






044 106 378 219





D. CHRISTIANI GOTTLIEB LVDWIG
ORD. MED. IN ACAD. LIPS.
DECANI


DEFINITIONES GENERVM PLANTARVM

OLIM
IN VSVM AVDITORVM COLLECTAS
NVNC
AVCTAS ET EMENDATAS
EDIDIT

D. GEORGIVS RVDOLPHVS BOEHMER
MEDIC. PROF. PVBL. ORD.
WITTEBERGENSIS.



LIPSIAE,
EX OFFICINA IOH. FRIDERIC. GLEDITSCHII.
MDCC LX.


VE
RI
TAS



REI HERBARIAE


STVDIOSIS

S. P. D.

CHRISTIANVS GOTTLIEB LVDWIG.



In rerum naturae consideratione versantibus tanta se offert corporum contemplandorum copia & varietas, vt ideae vix in ordinem redigi et conuenientia et discrepantia corporum definiri queat, nisi naturae indagatores summa cum attentione disquisitionem partium, ex quibus corpora naturalia componuntur, suscipiant et inde rerum classes et ordines repetant. In definitionibus partium accu-


VE
RI
TAS



REI HERBARIAE

STVDIOSIS

S. P. D.

CHRISTIANVS GOTTLIEB LVDWIG.



In rerum naturae consideratione versantibus tanta se offert corporum contemplandorum copia & varietas, vt ideae vix in ordinem redigi et conuenientia et discrepantia corporum definiri queat, nisi naturae in[...] s summa cum attentione disquisitio[...] quibus corpor[...] suscipiant et [...] repetant.

rate concinnandis maxima quidem difficultas ſe exſerit. Exiguntur nimirum verae et ex compoſitione partium, quae corporum eſſentia eſt, deſumtae ideae, genuinis verbis explicandae nec allegoricae denominationes et ingenii luſus immiſcendi ſunt, qui tamen haud raro praeſtantiſſimos Viros confundunt.

In hac re praeſtanda hiſtorica cognitio non ſufficit, ſed phyſica quoque adiungenda eſt. Licet enim illa, vtpote facilior, phyſicae praemitti debeat, ii tamen, qui tirones ad colendam hiſtoriam naturalem ducunt, accuratius iam inſtructi eſſe debent, quo poſt omnem hiſtoriae et ſcientiae naturalis ambitum perueſtigatum, primarium rerum ordinem et ipſi intelligant et ſelectas diſpoſitiones methodicas inde eruant. In vulgaribus et vbique obuiis corporibus naturalibus ordinandis primae lineae methodi ducendae ſunt, quo, his rite diſpoſitis, et ea, quae curioſiorem fabricam oſtendunt, cum prioribus comparari et ſuis locis inſeri queant; poſtquam vero ex his cognitionis prin-

principiis vniuerſalis corporum conſideratio ſtabilita eſt, tunc ad examen ſingulorum corporum, quae nobis offeruntur, regrediendum erit, quo genera, ſpecies et varietates ex characteribus his definitis accurate coordinentur et electa methodus perficiatur.

Hunc ipſum laborem in omni rerum naturalium ambitu ſemel iterumque ſuſcepi, et cum eundem vere arduum inuenerim, non ita quidem perfeci, vt ſcientiam acquiſitam in aliorum commodum conuertere potuerim; mihi potius in perueſtigandis rebus naturalibus normam praeſcripſi, ad quam cum aliqua conſtantia ideas dirigere poſſem, tandem vero pro ratione ſtudiorum meorum ad ſolam rem herbariam colendam et aliis tradendam me compoſui et variis opuſculis, in hunc vſum conſcriptis, doctrinae noſtrae alumnis vtilis eſſe tentaui.

Anno itaque trigeſimo ſeptimo huius ſeculi, monente Ill. WALTHERO, definitiones

tiones generum plantarum, quas, ad methodum RIVINI, in vſus eorum, qui in rei herbariae cognitione a me inſtruendi erant, conſcripſeram, publici iuris feci, quo normam haberent, ad quam plantas detegerent, vel detectas accuratius cum congeneribus compararent. In ipſo autem hoc libello conſcribendo et ambitu totius ſtudii botanici emetiendo facile perſpexi, hiſtoriae et ſcientiae naturalis fundamenta & principia his ipſis amicis exponenda eſſe, quo methodicae diſpoſitionis ratio ex iis ſtabiliretur. Anno itaque ſequenti aphoriſmos botanicos praelectionibus academicis accommodatos concinnaui. Cum autem tunc temporis in re herbaria colenda maxime occupatus eſſem et ferme quotidie vel viuas plantas examinarem, vel eas cum optimis deſcriptionibus Botanicorum conferrem, in characteribus eruendis et ad naturae legem ordinandis aliquam peritiam obtinui. In inſtitutionibus itaque rei herbariae, anno quadrageſimo ſecundo editis, fundamenta rei botanicae, et ratione hiſtoricae, et phyſicae partis accuratius ſtruere anniſus ſui et ſimul animum ad

ad definitiones generum perficiendas applicaui.

Attentio LINNAEI, quam post MALPIGHIVM et BOERHAAVIVM in stamina et pistilla florum conuerterat, ita me mouit, vt harum partium accuratissimas descriptiones in meas partes ducerem et eius methodum cum Riuiniana coniungerem. In noua itaque definitionum generum plantarum editione, quam anno quadragesimo septimo exhibui, obseruationes Linnaeanas meis addidi, Tournefortianas, Boerhaauianas aliasque definitiones ex his correctiores reddidi, et, quo aliquis quasi generum et nominum genericorum pinax esset, ex reliquis quoque rei herbariae scriptoribus omnia congessi et in obseruationibus subieci, quae ad institutum meum potissimum pertinere videbantur,

Libellus vix editus erat, cum iam varia mutanda addendaque esse cognoscerem. Licet enim in vsum discentium vix necessarium videretur, paginarum numeros ex

ſcriptis botanicis transſcribere, tamen, cum noſtrum ſtudium et aliis bibliotheca inſtructis Botanicis non prorſus diſpliceret, apparatum librorum ſtudioſe euoluere, numeros adiicere et continuata ad plantas attentione obſeruationes noſtras, quantum fieri poſſet, augere decreui: ſed munera in Academia noſtra mihi impoſita, alii ſuſcepti labores et occurrentia impedimenta ita mihi omne tempus eripuerunt, vt per decem iam annos plantas in hortulo noſtro cultas, et ad hunc vsque diem conſeruatas fugitiuo tantum oculo aſpicere, nunquam tamen ad confirmandos characteres botanicos accurate contemplari potuerim Sic a deliciis Florae remotus diſquiſitiones repetitas, ad rem herbariam perficiendam omnino neceſſarias, praeſtare haud potui.

Equidem anno quinquageſimo ſexto res meae ita comparatae erant, vt ad amoeniſſimam Floram redirem et botanicis laboribus crebrius vacarem, ſed otium, tunc temporis mihi conceſſum, in nouam editionem inſtitutionum regni vegetabilis impendendum

dum erat, quae, cum anno ſequenti prodiiſſet, ſpem quandam faciebat, me etiam nouam generum editionem, quam bibliopola vrgebat, ſuſcipere poſſe; ſed auctis, vndique impedimentis, facile praeuidebam me, aut incompletum opus, aut nullum daturum eſſe, inprimis cum praeter examen plantarum repetitum recentiores ſcriptores quoque euolui et cum noſtris obſeruationibus comparari deberent.

Rebus ſic ſe habentibus quaerendus erat amicus, qui his laboribus, a me vix praeſtandis, par eſſet, illosque lubenter in ſe ſuſciperet. Hunc inueni in GEORGIO RVDOLPHO BOEHMERO, Profeſſore Publico apud Wittebergenſes celeberrimo. Poſtquam enim ille ex ſcholis noſtris exiiſſet, non tantum rei herbariae fundamenta ſtudioſis noſtris tradidit, ſed ſpecimen quoque ſtudii ſui, in culturam regni vegetabilis collocati, Floram Lipſiae indigenam, exhibuit. Lipſia quoque relicta, in Academia Wittebergenſi, et propter officii rationem, et ob peculiarem animi propenſionem ad rem herbariam

D. CHRISTIANI GOTTLIEB LUDWIG

ORD. MED. IN ACAD. LIPS.

DECANI

DEFINITIONES GENERUM PLANTARUM

OLIM

IN USUM AUDITORUM COLLECTAS

NUNC

AUCTAS ET EMENDATAS

EDIDIT

D. GEORGIUS RUDOLPHUS BOEHMER

MEDIC. PROF. PUBL. ORD.


WITTEBERGENSIS.



LIPSIAE,

EX OFFICINA IOH. FRIDERIC. GLEDITSCHII.

M DCC LX.


VE
RI
TAS



REI HERBARIAE

STVDIOSIS

S. P. D.

CHRISTIANVS GOTTLIEB LVDWIG.



In rerum naturae conſideratione verſantibus tanta ſe offert corporum contemplandorum copia & varietas, vt ideae vix in ordinem redigi et conuenientia et diſcrepantia corporum definiri queat, niſi naturae indagatores ſumma cum attentione diſquiſitionem partium, ex quibus corpora naturalia componuntur, ſuſcipiant et inde rerum claſſes et ordines repetant. In definitionibus partium accu-

rate concinnandis maxima quidem difficultas ſe exſerit. Exiguntur nimirum verae et ex compoſitione partium, quae corporum eſſentia eſt, deſumtae ideae, genuinis verbis explicandae nec allegoricae denominationes et ingenii luſus immiſcendi ſunt, qui tamen haud raro praeſtantiſſimos Viros confundunt.

In hac re praeſtanda hiſtorica cognitio non ſufficit, ſed phyſica quoque adiungenda eſt. Licet enim illa, vtpote facilior, phyſicae praemitti debeat, ii tamen, qui tirones ad colendam hiſtoriam naturalem ducunt, accuratius iam inſtructi eſſe debent, quo poſt omnem hiſtoriae et ſcientiae naturalis ambitum perueſtigatum, primarium rerum ordinem et ipſi intelligant et ſelectas diſpoſitiones methodicas inde eruant. In vulgaribus et vbique obuiis corporibus naturalibus ordinandis primae lineae methodi ducendae ſunt, quo, his rite diſpoſitis, et ea, quae curioſiorem fabricam oſtendunt, cum prioribus comparari et ſuis locis inſeri queant; poſtquam vero ex his cognitionis prin-

principiis vniuersalis corporum consideratio stabilita est, tunc ad examen singulorum corporum, quae nobis offeruntur, regrediendum erit, quo genera, species et varietates ex characteribus his definitis accurate coordinentur et electa methodus perficiatur.

Hunc ipsum laborem in omni rerum naturalium ambitu semel iterumque suscepi, et cum eundem vere arduum inuenerim, non ita quidem perfeci, vt scientiam acquisitam in aliorum commodum conuertere potuerim; mihi potius in peruestigandis rebus naturalibus normam praescripsi, ad quam cum aliqua constantia ideas dirigere possem, tandem vero pro ratione studiorum meorum ad solam rem herbariam colendam et aliis tradendam me composui et variis opusculis, in hunc vsum conscriptis, doctrinae nostrae alumnis vtilis esse tentaui.

Anno itaque trigesimo septimo huius seculi, monente Ill. WALTHERO, definitiones

 tiones

tiones generum plantarum, quas, ad methodum RIVINI, in vſus eorum, qui in rei herbariae cognitione a me inſtruendi erant, conſcripſeram, publici iuris feci, quo normam haberent, ad quam plantas detegerent, vel detectas accuratius cum congeneribus compararent. In ipſo autem hoc libello conſcribendo et ambitu totius ſtudii botanici emetiendo facile perſpexi, hiſtoriae et ſcientiae naturalis fundamenta & principia his ipſis amicis exponenda eſſe, quo methodicae diſpoſitionis ratio ex iis ſtabiliretur. Anno itaque ſequenti aphoriſmos botanicos praelectionibus academicis accommodatos concinnaui. Cum autem tunc temporis in re herbaria colenda maxime occupatus eſſem et ferme quotidie vel viuas plantas examinarem, vel eas cum optimis deſcriptionibus Botanicorum conferrem, in characteribus eruendis et ad naturae legem ordinandis aliquam peritiam obtinui. In inſtitutionibus itaque rei herbariae, anno quadrageſimo ſecundo editis, fundamenta rei botanicae, et ratione hiſtoricae, et phyſicae partis accuratius ſtruere anniſus ſui et ſimul animum

ad

ad definitiones generum perficiendas applicaui.

Attentio LINNAEI, quam post MALPIGHIVM et BOERHAAVIVM in stamina et pistilla florum conuerterat, ita me mouit, vt harum partium accuratissimas descriptiones in meas partes ducerem et eius methodum cum Riuiniana coniungerem. In noua itaque definitionum generum plantarum editione, quam anno quadragesimo septimo exhibui, obseruationes Linnaeanas meis addidi, Tournefortianas, Boerhaauianas aliasque definitiones ex his correctiores reddidi, et, quo aliquis quasi generum et nominum genericorum pinax esset, ex reliquis quoque rei herbariae scriptoribus omnia congessi et in obseruationibus subieci, quae ad institutum meum potissimum pertinere videbantur,

Libellus vix editus erat, cum iam varia mutanda addendaque esse cognoscerem. Licet enim in vsum discentium vix necessarium videretur, paginarum numeros ex

a 4 scriptis

tiones generum plantarum, quas, ad methodum RIVINI, in vſus eorum, qui in rei herbariae cognitione a me inſtruendi erant, conſcripſeram, publici iuris feci, quo normam haberent, ad quam plantas detegerent, vel detectas accuratius cum congeneribus compararent. In ipſo autem hoc libello conſcribendo et ambitu totius ſtudii botanici emetiendo facile perſpexi, hiſtoriae et ſcientiae naturalis fundamenta & principia his ipſis amicis exponenda eſſe, quo methodicae diſpoſitionis ratio ex iis ſtabiliretur. Anno itaque ſequenti aphoriſmos botanicos praelectionibus academicis accommodatos concinnaui. Cum autem tunc temporis in re herbaria colenda maxime occupatus eſſem et ferme quotidie vel viuas plantas examinarem, vel eas cum optimis deſcriptionibus Botanicorum conferrem, in characteribus eruendis et ad naturae legem ordinandis aliquam peritiam obtinui. In inſtitutionibus itaque rei herbariae, anno quadrageſimo ſecundo editis, fundamenta rei botanicae, et ratione hiſtoricae, et phyſicae partis accuratius ſtruere anniſus fui et ſimul animum

ad

ad definitiones generum perficiendas applicaui.

Attentio LINNAEI, quam post MALPIGHIVM et BOERHAAVIVM in ſtamina et piſtilla florum conuerterat, ita me mouit, vt harum partium accuratiſſimas deſcriptiones in meas partes ducerem et eius methodum cum Riuiniana coniungerem. In noua itaque definitionum generum plantarum editione, quam anno quadrageſimo ſeptimo exhibui, obſeruationes Linnaeanas meis addidi, Tournefortianas, Boerhaauianas aliasque definitiones ex his correctiores reddidi, et, quo aliquis quaſi generum et nominum genericorum pinax eſſet, ex reliquis quoque rei herbariae ſcriptoribus omnia congeſſi et in obſeruationibus ſubieci, quae ad inſtitutum meum potiſſimum pertinere videbantur,

Libellus vix editus erat, cum iam varia mutanda addendaque eſſe cognoſcerem. Licet enim in vſum diſcentium vix neceſſarium videretur, paginarum numeros ex

ſcriptis botanicis transſcribere, tamen, cum noſtrum ſtudium et aliis bibliotheca inſtructis Botanicis non prorſus diſpliceret, apparatum librorum ſtudioſe euoluere, numeros adiicere et continuata ad plantas attentione obſeruationes noſtras, quantum fieri poſſet, augere decreui: ſed munera in Academia noſtra mihi impoſita, alii ſuſcepti labores et occurrentia impedimenta ita mihi omne tempus eripuerunt, vt per decem iam annos plantas in hortulo noſtro cultas, et ad hunc vsque diem conſeruatas fugitiuo tantum oculo aſpicere, nunquam tamen ad confirmandos characteres botanicos accurate contemplari potuerim Sic a deliciis Florae remotus diſquiſitiones repetitas, ad rem herbariam perficiendam omnino neceſſarias, praeſtare haud potui.

Equidem anno quinquageſimo ſexto res meae ita comparatae erant, vt ad amoeniſſimam Floram redirem et botanicis laboribus crebrius vacarem, ſed otium, tunc temporis mihi conceſſum, in nouam editionem inſtitutionum regni vegetabilis impendendum

dum erat, quae, cum anno ſequenti prodiiſſet, ſpem quandam faciebat, me etiam nouam generum editionem, quam bibliopola vrgebat, ſuſcipere poſſe; ſed auctis, vndique impedimentis, facile praeuidebam me, aut incompletum opus, aut nullum daturum eſſe, inprimis cum praeter examen plantarum repetitum recentiores ſcriptores quoque euolui et cum noſtris obſeruationibus comparari deberent.

Rebus ſic ſe habentibus quaerendus erat amicus, qui his laboribus, a me vix praeſtandis, par eſſet, illosque lubenter in ſe ſuſciperet. Hunc inueni in GEORGIO RVDOLPHO BOEHMERO, Profeſſore Publico apud Wittebergenſes celeberrimo. Poſtquam enim ille ex ſcholis noſtris exiiſſet, non tantum rei herbariae fundamenta ſtudioſis noſtris tradidit, ſed ſpecimen quoque ſtudii ſui, in culturam regni vegetabilis collocati, Floram Lipſiae indigenam, exhibuit. Lipſia quoque relicta, in Academia Wittebergenſi, et propter officii rationem, et ob peculiarem animi propenſionem ad rem herbariam

colendam, maximam partem otii ſui in examinandis generibus et ordinandis ſpeciebus plantarum conſumſit.

Non recuſabat eruditus hic et attentus Botanicus onus in ſe ſuſcipere, quod ei imponebam, ſed amici deſideriis mox ſatisfaciebat, obſeruationes ſuas cum libello noſtro conferebat, omnia, quae hactenus a praeſtantiſſimis rei herbariae ſcriptoribus propoſita fuerant, caute ponderabat, et paſſim adſiciebat, quo non tantum iis, qui pinacem quaſi generum expetunt, ſed et ſtrenuis et eruditis plantarum indagatoribus ſatis faceret.

In delineatione methodi, a nobis electae, nihil mutauit, cum perſuaſum haberet, in examine ſucceſſiuo partium floris ideam generalem aptis vocabulis exprimendam, et in definitionibus ipſam harum partium vlteriorem explicationem comprehendendam eſſe, quo genera inferiora commode inter ſe conferri queant. Non tantum vero characteres eſſentiales ex flore et fructu petitos,

titos, ſed et accidentales ex reliquis plantae partibus colligendos interdum ſubiecit, licet enim ex his genera tuto definiri nequeant, euidentiores tamen characteres tirones botanicos nonnunquam, inprimis in plantarum officinalium contemplatione, inſtruere ſolent.

In generibus inferioribus et nominibus genericis paſſim a ſententiis meis antea expoſitis receſſit, ipſe etiam genera quaedam nouis nominibus inſigniuit, qua in re vel ideo taxandus non erit, quoniam rationem mutationis ſemper expoſuit, nec audacter vnam alteramque ſpeciem a genere antiquo decerpſit, ſed accurate definitis plantis, et quarum nomina aſſumta confuſionem introducere videbantur, ea nomina addidit, quae forte et aliis Botanicis diſplicere haud poterunt.

Inprimis vero ille eum finem, quem in libello ante hac delineato mihi praefixeram, ſollicite perſequutus eſt et introductionem in omnia Botanicorum ſcripta perfecit, ita, vt

vt in citatis eorum libris quilibet facili negotio plantam descriptam euoluere et dissensum, qui saepius occurrit, cognoscere et diiudicare queat.

Sunt quidem inter rei herbariae indagatores, qui plantarum definitiones et praecipue limites inferiorum generum ex ipsa idea methodi assumtae, per peculiarem interdum et naturalem conuenientiam limitatae, et ideo ex veris principiis, deducunt. Sunt alii, qui, leuiori saepe partium differentia commoti, genera noua constituunt. Ex his quidem priores tantum citandi fuissent, quoniam non nisi illi, qui totum rei herbariae ambitum perspiciunt, et ideo per omnes artificiales methodos ducti, naturalem quasi sibi propriam reddiderunt, Auctores sequendi sunt; ad vlteriorem tamen studii botanici perfectionem omnino facit, si omnia monita scriptorum congeruntur, quo quilibet perspicere queat, num et ii, qui singularia saepe genera constituerunt, hanc rem ex veris cognitionis principiis deduxerint. Si enim praestantissimos Viros


Viros, LINNAEVM et HALLERVM, a definitionibus RAII, TOVRNEFORTII et RIVINI recedentes, et ita mutationes praecipuas, hoc ipſo ſeculo factas, proponere voluiſſet, mancam exhibuiſſet tractationem, colligendae ſimul erant praecipuae denominationes, quae ante haec tempora inuentae fuerant, et maxime quidem illae, quas BOERHAAVIVS, DILLENIVS, MICHELLIVS aliique experientia et fida obſeruatione ducti mutauerant.

Haec maximam quidem partem in vltima definitionum editione a me iam praeſtita fuerant, addenda tamen erant alia, hoc ipſo decennio a praeſtantiſſimis Viris adiecta, ex quibus, ſi vnicum BROWNIVM nomino, autorem inuenio, qui veram doctrinam in plantis nouis diſquirendis ſequutus eſt. Nec defuerunt alii, qui ſingularia quaedam genera accurate deſcripſerunt, et ideo iure ſuo locum in noſtris definitionibus ſibi vindicare poterant. Quo tandem completa eſſet hiſtorica generum plantarum delineatio, denominationes eorum Auctorum, qui methodi

methodi verae legibus non obediunt, non negligendae, ſed paſſim in obſeruationibus additis ſubiungendae erant.

Cum itaque optimo BOEHMERO nunc grates perſoluam, quod tantum laborem beneuole ſuſcipere, multa, quae corrigenda et augenda erant, ſtudioſe annotare et addere, huiusque libelli editionem, per aliquot annos iam retardatam, exhibere voluerit, non opus eſt, vt illud amicis botanophylis commendem; qui enim fauor noſtris olim laboribus contigit, hunc nec auctiori et ad modernam huius ſtudii indolem accommodatae editioni defuturum ſperamus. Ego vero, quem ſenium imminens et cumulati labores, qui ob munerum rationem ſuſcipiendi ſunt, non patiuntur rei botanicae eam operam impendere, qua eius praeſtantia attingitur, id tantum in votis habeo, vt, pace reddita, interdum tranquille inter plantas, in horto meo cultas, verſari et ex reiterata contemplatione aliquid oblectamenti capere poſſim. Itaque eidem hunc libellum, in quo quaedam partes

partes meae erant, prorſus trado; ille enim in diſquirendis generibus et ſpeciebus crebrius occupatus, et futuris temporibus habebit, quae, vel ex propria obſeruatione, vel, ex aliorum ſcriptis addat et quibus oſtendat RIVINI, HEVCHERI, WALTHERI, et HEBENSTREITII induſtriam et in rem herbariam impenſos ſumtus in noſtris Academiis non ſine fructu fuiſſe.



Diſpo-

DISPOSITIO METHODI

Flores ſunt.	Plantae ſunt
I. Inuoluti.	
A. Perfecti.	
I. Petaloidei.	
1. monopetali.	
α. ſimplices.	
a. regulares.	1. monopetalae regulares.
b. irregulares.	2. monopetalae irregulares.
β. compoſiti.	
a. tubuloſi.	3. compoſitae tubuloſae.
b. lingulati.	4. compoſitae lingulatae.
c. mixti.	5. compoſitae mixtae.
2. dipetali.	6. dipetalae.
3. tripetali.	7. tripetalae.
4. tetrapetali.	
α. regulares.	8. tetrapetalae regulares.
β. irregulares.	9. tetrapetalae irregulares.
5. pentapetali.	
α. regulares.	10. pentapetalae regulares.
β. irregulares.	11. pentapetalae irregulares.
γ. vmbellati.	12. pentapetalae vmbellatae.
6. hexapetali.	13. hexapetalae.
7. polypetali.	14. polypetalae.
II. Apetali.	15. apetalae.
B. Relatiui.	
1. monophyti.	16. relatiuae monophytae.
2. diphyti.	17. relatiuae diphytae.
II. Nudi.	18. nudae.

Diſpo-

DISPOSITIO GENERVM.

Classis. I.

Plantae Fl. Monopetalo simplici regulari.

A. DIANTHERAE.

MONOSTYLAE.

α. Fr. capsulari.

Lilac. 1

β. Fr. bacato.

Olea. 2
Phillyrea. 3
Chionanthus. 4
Iasminum. 5
Liguſtrum. 6

γ. Fr. ignoto.

Eranthemum. 7

B. TRIANTHERAE.

MONOSTYLAE.

α. Fr. gymnoſpermo.

Boerhaauia. 8

β. Fr. capſulari.

Crocus. 9
Bulbocodium. 10

γ. Fr. baccato.

Caſſytha. 11
Comocladia. 12

C. TETRANTHERAE.

1. MONOSTYLAE.

α. Fr. gymnoſpermo.

Gallium. 13
Rubeola. 14
Aſperula. 15
Spermacoce. 16
Knoxia. 17
Auicennia. 18

β. Fr. capſulari.

a. vniloculari.

Centunculus. 19
Scoparia. 20

b. biloculari.

Capraria. 21
Sanguiſorba. 22
Buchnera. 23
Buddleia. 24
Polypremum. 25
Citharexylon. 26
Hedyotis. 27
Plantago. 28
Exacum. 29
Linnaea. 30
Sibthorpia. 31
Diodia. 32

c. biloculari.

Blaeria. 33

d. quadriloculari.

Sarcocolla. 34

γ. Fr. baccato.

Ciſſus. 35
Pavetta. 36
Catesbaea. 37
Eriphia. 38
Callicarpa. 39
Lygiſtum. 40
Mitchella. 41
Rubia. 42
Randia. 43
Peteſia. 44
Coccocipſilum. 45
Sicelium. 46
Siphonanthus. 47
Scurrula. 48

2. DISTYLAE.


Cuſcuta. 49
Baſella. 50

Sebe-

methodi verae legibus non obediunt, non negligendae, ſed paſſim in obſeruationibus additis ſubiungendae erant.

Cum itaque optimo BOEHMERO nunc grates perſoluam, quod tantum laborem beneuole ſuſcipere, multa, quae corrigenda et augenda erant, ſtudioſe annotare et addere, huiusque libelli editionem, per aliquot annos iam retardatam, exhibere voluerit, non opus eſt, vt illud amicis botanophylis commendem; qui enim fauor noſtris olim laboribus contigit, hunc nec auctiori et ad modernam huius ſtudii indolem accommodatae editioni defuturum ſperamus. Ego vero, quem ſenium imminens et cumulati labores, qui ob munerum rationem ſuſcipiendi ſunt, non patiuntur rei botanicae eam operam impendere, qua eius praeſtantia attingitur, id tantum in votis habeo, vt, pace reddita, interdum tranquille inter plantas, in horto meo cultas, verſari et ex reiterata contemplatione aliquid oblectamenti capere poſſim. Itaque eidem hunc libellum, in quo quaedam partes

partes meae erant, prorſus trado; ille enim in diſquirendis generibus et ſpeciebus crebrius occupatus, et futuris temporibus habebit, quae, vel ex propria obſeruatione, vel, ex aliorum ſcriptis addat et quibus oſtendat RIVINI, HEVCHERI, WALTHERI, et HEBENSTREITII induſtriam et in rem herbariam impenſos ſumtus in noſtris Academiis non ſine fructu fuiſſe.



Diſpo-

DISPOSITIO METHODI

Flores sunt.	Plantae sunt
I. Inuoluti.	
A. Perfecti.	
I. Petaloidei.	
1. monopetali.	
α. simplices.	
a. regulares.	1. monopetalae regulares.
b. irregulares.	2. monopetalae irregulares.
β. compositi.	
a. tubulosi.	3. compositae tubulosae.
b. lingulati.	4. compositae lingulatae,
c. mixti.	5. compositae mixtae.
2. dipetali.	6. dipetalae.
3. tripetali.	7. tripetalae.
4. tetrapetali.	
α. regulares.	8. tetrapetalae regulares.
β. irregulares.	9. tetrapetalae irregulares.
5. pentapetali.	
α. regulares.	10. pentapetalae regulares.
β. irregulares.	11. pentapetalae irregulares.
γ. vmbellati.	12. pentapetalae vmbellatae,
6. hexapetali.	13. hexapetalae.
7. polypetali.	14. polypetalae.
II. Apetali.	15. apetalae.
B. Relatiui.	
1. monophyti.	16. relatiuae monophytae.
2. diphyti.	17. relatiuae diphytae.
II. Nudi.	18. nudae.

Dispo-



DISPOSITIO GENERVM.

Classis. I.

Plantae Fl. Monopetalo simplici regulari.

A. DIANTHERAE.

MONOSTYLAE.

α. Fr. capsulari.

Lilac. 1

β. Fr. bacato.

Olea. 2
Phillyrea. 3
Chionanthus. 4
Iasminum. 5
Liguſtrum. 6

γ. Fr. ignoto.

Eranthemum. 7

B. TRIANTHERAE.

MONOSTYLAE.

α. Fr. gymnoſpermo.

Boerhaauia. 8

β. Fr. capſulari.

Crocus. 9
Bulbocodium. 10

γ. Fr. baccato.

Caſſytha. 11
Comocladia. 12

C. TETRANTHERAE.

1. MONOSTYLAE.

α. Fr. gymnoſpermo.

Gallium. 13
Rubeola. 14
Aſperula. 15
Spermacoce. 16
Knoxia. 17
Auicennia. 18

β. Fr. capſulari.

a. vniloculari.

Centunculus. 19
Scoparia. 20

b. biloculari.

Capraria. 21
Sanguiſorba. 22
Buchnera. 23
Buddleia. 24
Polypremum. 25
Citharexylon. 26
Hedyotis. 27
Plantago. 28
Exacum. 29
Linnaea. 30
Sibthorpia. 31
Diodia. 32

c. biloculari.

Blaeria. 33

d. quadriloculari.

Sarcocolla. 34

γ. Fr. baccato.

Ciſſus. 35
Pavetta. 36
Catesbaea. 37
Eriphia. 38
Callicarpa. 39
Lygiſtum. 40
Mitchella. 41
Rubia. 42
Randia. 43
Peteſia. 44
Coccocipſilum. 45
Sicelium. 46
Siphonanthus. 47
Scurrula. 48

2. DISTYLAE.

Caſcuta. 49
Baſella. 50

Sebe-

2. TRISTYLA.

Euphorbia. 232

3. TETRA *vel* POLYSTYLA.

Ficoides. 233

Classis II.

Plantae Fl. Monopetalo simplici irregulari.

A. MONANTHERAE.

MONOSTYLAE.

Canna. 234
Curcuma. 235
Amomum. 236
Costus. 237
Maranta. 238
Alpinia. 239

B. DIANTHERAE.

MONOSTYLAE.

α) Fr. gymnospermo.

Morina. 240
Collinsonia. 241
Saluia. 242
Rosmarinus. 243
Lycopus. 244
Amethystina. 245
Monarda. 246
Ziziphora. 247

β) Fr. capsulari.

Zingiber. 248
Pinguicula. 249
Lentibularia. 250
Gratiola. 251
Veronica. 252
Paederota. 253
Adhatoda. 254
Iungia. 255
Monnieria. 256

C. TRIANTHERAE.

1. MONOSTYLAE.

α. Fr. gymnospermo.

Valeriana. 257
Valerianella. 258

β. Fr. capsulari.

Gladiolus. 259
Antholyza. 260
Cunonia. 261
Iris. 262

γ. Fr. ignoto.

Olax. 263

2. TRISTYLA.

Montia. 264

D. TETRANTHERAE.

MONOSTYLAE.

α. Fr. gymnospermo.

a) vnico.

Schwalbea. 265
Phryma. 266
Manettia. 267

b) duplici.

Mesosphaerum. 268

c) quaterno.

Teucrium. 269
Bugula. 270
Lamium. 271
Galeopsis. 272
Stachys. 273
Prasium. 274
Phlomis. 275
Leonurus. 276
Cardiaca. 277
Oruala. 278
Dracocephalon. 279
Moldauica. 280
Brunella. 281
Cassida. 282
Betonica. 283
Ballote. 284

E. PEN-

β. Tha-

Gaura.

F. DE-

F. DECANTHERAE.

MONOSTYLAE.

1. *Tetrapetalae.*

a) Fr. vniloculaeri.

b) Fr. biloculari.

2. *Pentapetalae.*

a) Fr. vniloculari.

b) Fr. biloculari.

G. POLYANTHERA.

MONOSTYLA.

Classis X.

Plantae Fl. Pentapetalo regulari.

A. TRIANTHERAE.

MONOSTYLAE.

B. PEN-

B. PENTANTHERAE.

I. MONOSTYLAE.

α) *Fr. gymnospermo.*

Lagoecia. 671
Brunia. 672

β) *Fr. capsulari.*

Mangifera. 673
Metopium. 674
Iron. 675
Celosia. 676
Achyranthes. 677
Parnassia. 678
Telephium. 679
Tamariscus. 680
Gronouia. 681
Itea. 682
Waltheria. 683
Cupania. 684
Claytonia. 685
Watsonia. 686
Ayenia. 687
Hermannia. 688
Ceiba. 689

γ) *Fr. baccato.*

Frangula. 690
Ziziphus. 691
Rhamnus. 692
Celastrus. 693
Vitis. 694
Hedera. 695
Euonymus. 696

2. DISTYLAE.

Nama. 697
Heuchera. 698
Staphylodendron. 699
Aureliana. 700
Ribes. 701

2. TRISTYLAE.

Cotinus. 702
Rhus. 703
Corrigiola. 704
Turnera. 705
Sarothra. 706
Spathe. 707
Chloroxylum. 708
Paliurus. 709
Maurocenia. 710
Granadilla. 711

4. PENTASTYLAE.

Statice. 712
Limonium. 713
Suriana. 714
Rorella. 715
Aldrouanda. 716
Melochia. 717
Diosma. 718
Linum. 719
Aralia. 720
Barreria. 721

C. HEXANTHERA.

MONOSTYLA.

Franca. 722

D. HEPTANTHERAE.

MONOSTYLAE.

Limeum. 723
Dracontium. 724

E. OCTANTHERAE.

I. MONOSTYLA.

Baeckea. 725

2. DISTYLA.

Acer. 726

F. ENNEANTHERA.

TRISTYLA.

Gardenia. 727

G. DE-

2. DI-

Impe-

Classis XIII.

Plantae Fl. Hexapetalo.

A. DIANTHERAE.

MONOSTYLAE.

B. TRIANTHERAE.

MONOSTYLAE.

C. HEXANTHERAE.

I. MONOSTYLAE.

a) Fructu capsulari.

α) uniloculari.

β) biloculari.

γ) triloculari.

Peti-

3. TE-

c 2 2. TRI-

Classis XVII.

Plantae Fl. relatiuo diphyto.

A. MONOPETALAE.

Vallisneria.	1135
Ruscus.	1136
Pisonia.	1137
Zanonia.	1138
Papaya.	1139
Tamnus.	1140

B. TRIPETALAE.

Empetrum.	1141
Phoenix.	1142
Borassus.	1143
Areca.	1144
Caryota.	1145
Elate.	1146
Hydrocharis.	1147

C. TETRAPETALAE.

Fraxinus.	1148
Trophis.	1149
Gleditschia.	1150

D. PENTAPETALAE.

Iresine.	1151
Clutia.	1152
Kiggelaria.	1153
Coriaria.	1154
Gigalobium.	1155

E. HEXAPETALA.

Smilax.	1156

F. APETALAE.

1. MONANTHERA.

Cissampelos.	1157

2. TRIANTHERAE.

Salix.	1158
Iuniperus.	1159
Osyris.	1160

3. TETRANTHERAE.

Batis.	1161
Hippophae.	1162
Myrica.	1163

4. PENTANTHERAE.

Lupulus.	1164
Acnida.	1165
Cannabis.	1166
Datisca est *Decanthera*.	1167
Terebinthus.	1168
Lentiscus.	1169
Antidesma.	1170

5. HEXANTHERAE.

Dioscorea.	1171
Smilacia.	1172
Raia.	1173

6. HEPT. OCT. ET POLYANTHERAE.

Ephedra.	1174
Populus.	1175
Nyssa.	1176
Mercurialis.	1177
Bernardia.	1178
Cliffortia.	1179
Taxus.	1180

Classis XVIII.

Plantae Fl. nudo.

A. NVDAE.

Salicornia.	1181
Limnopeuce.	1182
Chara.	1183
Piper.	1184
Ornus.	1185
Dorstenia.	1186
Ruppia.	1187

B. FILICES.

Acrostichum.	1188
Asplenium.	1189
Polypodium.	1190
Blechnum.	1191
Adianthum.	1192
Pteris.	1193
Lonchitis.	1194
Hemionitis.	1195
Trichomanes.	1196
Osmunda.	1197

COM-

COMPENDIA CITATORVM AVCTORVM.

Allion. Spec.

CAROLI ALLIONII rariorum Pedemontii ſtirpium ſpecimen I. Aug. Taur. 1755. 4 mai. c. f.

Alp. Aegypt.

PROSP. ALPINI de plantis Aegypti liber. Venet. 1592. 4. c. f.

Alp. Exot.

Eiusdem de plantis exoticis libri II. Venet. 1627. 4. c. f.

Amm. vel Amman. Comm. Petr.

IO. AMMANVS in commentariis academiae ſcientiarum Petropolitanae.

Amm. Ruth.

Eiusdem ſtirpium rariorum in imperio Rutheno ſponte prouenientium icones et deſcriptiones. Petropoli 1739. 4 mai. c. f.

Battar. Fung.

I. ANTON. BATTARRAE fungorum agri Ariminenſis hiſtoria. Fauentiae 1755. 4 mai. c. f.

Boerh.

HERMANN BOERHAAVE index alter plantarum, quae in horto Lugd. Batauo aluntur. Lugd. Bat. 1727. 4. c. f.

Breyn. Cent.

IACOB. BREYNII exoticarum ſtirpium centuria I. Gedani 1675. fol. c. f.

Breyn. Prodr.

Eiusdem prodromi faſciculi rariorum plantarum I et II, editi cura IOAN. PHIL. BREYNII. Gedani 1739. 4 mai. c. f.

Brown. Iam.

PATRICK BROWNE the ciuil and natural hiſtory of Iamaica. London 1756. fol. c. f.

Büttn. Enum. Meth.

DAVID SIGISMVND BÜTTNER enumeratio methodica plantarum carmine IO. CHRISTIANI CVNO recenſitarum. Amſtelod. 1750. 8.

Burm. Afric.

IO. BVRMANNI rariorum Africanarum plantarum decades. Amſtelod. 1738 ſeqq. 4 mai. c. f.

Burm. Wach.

Eiusdem Wachendorfia. Amſtelod. 1757. fol. c. f.

Burm. Zeyl.

Eiusdem thesaurus Zeylanicus, plantas in hac insula nascentes exhibens. Amstel. 1737. 4 mai. c. f.
vid. et *Plum.*

Buxbaum. Comm. Petrop.

IOH. CHRIST. BVXBAVMIVS in commentariis academ. scient. Petropolitanae.

Buxb. Cent.

Eiusdem plantarum minus cognitarum Centuria I - V. Petropoli 1728. 4. c. f.

C. B. P.

CASPAR. BAVHINI pinax theatri botanici. Basil. 1671. 4 mai.

Caesalp.

ANDR. CAESALPINI de plantis libr. XVI. Florent. 1583. 4.

Cam. Epit.

IOACHIM. CAMERARII de plantis epitome P. A. MATTHIOLI. Francof. 1586. 4. c. f.

Catesb. Car.

MARC. CATESBY the natural history of Carolina, Florida etc. London 1731. fol. c. f.

Clus. Cur. Post.

CAROLI CLVSII curae posteriores. Antwerp. 1611. 4. c. f.

Clus. Hist.

Eiusdem historia plantarum exoticarum. Antwerp. 1601. fol. c. f.

Col. Ecphr.

FABII COLVMNAE minus cognitarum stirpium ἐκφρασις I et II. Rom. 1616. 4. c. f.

Col. Phyt.

Eiusdem φυτοβασανος siue plantarum aliquot historia. Neapoli 1592. 4. c. f.

Cold. Ess. in Edinb.

IOANNA COLDEN in to Essays and Obseruations physical and literary read before a Society in Edinburgh. Edinburgh. 8. c. f.

Commel. H. Amst.

IO. et CASP. COMMELINI horti medici Amstelodamensis descriptio et icones rariorum plantarum. Amstel. Tom. I. 1697. Tom. II. 1701. fol.

Condam. Act. Paris.

CONDAMINE in Hist. et Mem. de l'Académie Royale des Sciences a Paris. Edit. Amstelod. in 8.

Cord.

Cord. Hist.

VALERII CORDI historiae stirpium libr. IV posthumi cum Eiusd. Annot. in DIOSCORIDEM editi a CONR. GESNERO. Argent. 1561. fol. c. f.

Cornut. Canad.

IACOBI CORNVTI Canadensium plantarum historia. Paris. 1635. 4. c. f.

Dal. Pharm.

SAMVEL DALE Pharmacologia. Lugd. Batau. 1739. 4 mai.

Dalech.

IACOBI DALECHAMPII historia generalis plantarum. Lugdun. 1587. fol. c. f.

Dill. G. vel Giss.

IO. IACOB. DILLENII catalogus plantarum circa Gissam nascentium; accedunt noua plantarum genera. Franco 1719. 8. c. f.

Dill. H. Elth.

Eiusdem hortus Elthamensis. Londini 1732. fol. regal. c. f.

Dill. Musc.

Eiusdem historia muscorum. Oxonii 1741. 4 mai. c. f.

Dill. Syn. vid. RAIVS.

Dod.

REMBERTI DODONAEI stirpium historiae pemptades sex. Antwerp. 1616. fol. c. f.

Du Hamel. Arb.

DV HAMEL DV MONCEAV Traité des Arbres et Arbustes. a Paris 1755. Tom. I. II. 4 mai. c. f.

Ellis.

HENR. ELLISIVS a LINNAEO citatur.

Fabric.

PHIL. CONRAD. FABRICII enumeratio methodica plantarum horti medici Helmstadiensis. Helmst. 1759. 8.

Feuill.

LOVIS FEVILLEE Journal des Obseruations physiques botaniques etc. a Paris 1714 et 1725. 4 mai. c. f.

Garc. Phil. Trans.

GARCINVS in Philosophical Transactions.

Gled. Act. Berol.

IO. GOTTLIEB GLEDITSCH in Hist. de l'Acad. des Sciences a Berlin.

Gled. Fung.

Eiusdem methodus fungorum. Berolini 1753. 8. c. f.

Gled. Fl. Lipſ.

Eiusdem obſeruationes quae exſtant in G. R. BOEHMERI Flora Lipſiae indigena. Lipſ. 1750. 8.

Gmel. Sibir.

IO. GEORG. GMELINI Flora Sibirica. Petropoli. Tom. I. 1747. Tom. II. 1749. 4 mai. c. f.

Gronou. Virg.

IO. FRIDER. GRONOVII Flora Virginica exhibens plantas a IO. CLAYTONO lectas. L. Bat. 1739. 8.

Guett.

GVETTARD Obſeruations ſur les plantes. Tom. I et II. a Paris 1748. 8.

Hall.

ALB. HALLERI enumeratio plantarum horti regii et agri Goettingenſis aucta et emendata. Goetting. 1753. 8.

Hall. Helu.

Eiusdem enumeratio methodica ſtirpium Helueticarum. Tom. I. II. Götting. 1742. fol. c. f.

Hebenſtr.

IO. ERNEST. HEBENSTREITII definitiones plantarum. Lipſ. 1731. 4.

Heiſt. Brunsw.

LAVRENT. HEISTERI deſcriptio noui generis plantae ex bulboſarum claſſe, Brunswigiae dictae. Brunswig. 1753. fol. reg. c. f.

Heiſt. Cat.

Eiusdem index plantarum horti academiae Iuliae 1730-1733. 8.

Heiſt. Epiſt.

Eiusd. praefatio addita Epiſtolae IO. HENR. BVRKHARDI, qua characterem naturalem plantarum oſtendit. Helmſt. 1750. 8. c. f.

Heiſt. Fabric. vid. *Fabric.*

Heiſt. Syſt.

Eiusdem ſyſtema plantarum generale. Helmſt. 1748. 8.

Herm. Par.

PAVLI HERMANNI Paradiſus Batauus. Lugd. Bat. 1705. 4. c. f.

Heucb. Ind. vel *Prov.*

IO. HENR. HEVCHERI index plantarum horti medici Witembergenſis. Witteb. 1711. 4. *Item* Noui prouentus. Ibid. 1711. et 1713. 4.

Hill.

Hill.

IOHN HILL Natural history of Plants. London 1751. fol. c. f.

Hofer. Act. Helu.

IOAN. HOFERVS in Actis Helueticis physico-mathematico-botanico-medicis.

Hort. vel *H. Eyst.* vel *Aich.*

Hortus Eystetensis in quatuor partes diuisus per BASIL BESLERVM 1613. fol. reg. c. f.

Hort. vel *H. Mal.*

Hortus Malabaricus cura HENR. RHEEDE VAN DRAAKENSTEIN editus. Amstelod. 1678 seqq. fol. c. f. Voll. XII.

Houst.

HOVSTONVS citatur a ROYENO et LINNAEO.

I. Bauh.

IOH. BAVHINI historia plantarum vniuersalis etc. Tomi III. Ebroduni 1650. fol. c. f.

Imp.

FERRANTIS IMPERATI historiae naturalis libr. XXVIII. Bremae 1695. 4. c. f.

Iohr.

MART. DAN. IOHRENII vademecum botanicum. Colbergae. s. a. 8.

Isnard.

ANTON. DANY D'ISNARD in Mem. de l'Acad. des Sciences à Paris. Edit. Amst. in 8.

Iuss.

ANTON DE IVSSIEV in Mem. modo citatis.

Kaempf.

ENGELBERTI KAEMPFERI amoenitatum exoticarum fasciculi V. Lemgauiae 1712. 4. c. f.

Klein Monogr.

IAC. THEOD. KLEIN Tithymaloides frutescens naerii folio. Gedani 1730. 4. c. f.

Knaut.

CHRISTIAN. KNAVTII methodus plantarum. Lips. 1716. 8.

Koenig. de Lam.

SAM. FRID. KOENIGII diss. de Lamio PLINII. Argent. 1742. 4. c. f.

Lafit. Gins.

IOSEPH. FRANC. LAFITEAV Mémoire concernant la précieuse plante de Ginseng. a Paris 1728. 12.

Linn.

Linn. Amoen.

CAROLI LINNAEI amoenitates academicae. Holmiae 1749 seqq. 8. c. f. Tomi III.

Linn. Fl. Zeyl.

Eiusdem Flora Zeylanica. Holmiae 1747. 8. c. f.

Linn. G. ed. I.

Eiusd. genera plantarum. L. Bat. 1737. 8.

Linn. G. edit. prior.

Idem liber. L. Bat. 1742. 8.

Linn. G. edit. V.

Eiusdem genera plantarum. Editio V. Holmiae 1754. 8.

Linn. H. Cliff.

Eiusdem hortus Cliffortianus. Amstelod. 1737. fol. c. f.

Linn. Noa. Gen.

Eiusdem diss. noua plantarum genera exhibens. Holmiae 1747. 4.

Linn. Phil. Bot.

Eiusdem philosophia botanica. Stockholm. 1751. 8.

Linn. Spec. I. vel. II.

Eiusdem species plantarum To. I et II. Holmiae 1753. 8.

Linn. Syst. Nat. Edit. X.

Eiusdem systema naturae. Editio X. Holmiae 1759. 8. Tomus II, continens regnum vegetabile.

Lob. adu.

MATTH. LOBELII stirpium aduersaria noua. Antwerp. 1576. fol. c. f.

Lob. Ic.

Eiusdem plantarum s. stirpium icones. Antwerp. 1581. 4. oblong.

Loefl.

LOEFLINGIVS citatur a LINNAEO.

Ludw. Def.

CHRIST. GOTTL. LVDWIGII definitiones generum plantarum. Lips. 1747. 8 mai.

Ludw. Def. ed. prior.

Idem liber edit. Lips. 1737. 8.

Magn. Char.

PETRI MAGNOLII character plantarum nouus. Opus posthumum. Monspelii 1720. 4.

Magn. Hort.

Eiusdem hortus regius Monspeliensis. Monspel. 1697. 8. c. f.

Manet. Vir.

XAVERII MANETTI Viridarium Florentinum. Florentiae 1751. 8.

Marcb.

Marcb. Act. Parif.

IOH. MARCHANTIVS in Mem. de l'Acad. Roy des Sciences a Paris. Edit. Amstelod. in 8.

Marf.

Histoire physique de la Mer par LOVIS FERDINAND Comte de MARSILLI. a Amsterd. 1725. fol. c. f.

Mart. Cent.

IOH. MARTYN historia plantarum rariorum decades IV. Londini 1728. fol. c. f.

Mattb.

PETR. ANDR. MATTHIOLI opera omnia a C. BAVHINO illustrata. Ed. 2. Basil. 1674. fol. c. f.

Micb. vel *Michel.*

PETR. ANTON. MICHELII noua plantarum genera iuxta TOVRNEFORTII methodum disposita. Florentiae 1729. fol. c. f.

Mill. Plant.

A Sett of the figures of Plants adapted to the Gardeners Dictionary by PHIL. MILLER. fol.

Mitcb.

IO. MITCHELL in Actis physico medicis Academiae naturae curiosorum.

Moebr.

PAVL. HENR. GERH. MOEHRING primae lineae horti priuati. Oldenburgi 1736. 8.

Mont. Comm. Bonon.

IOSEPHVS MONTIVS in commentariis de Bononiensi scientiarum et artium Instituto et Academia.

Mont. Gram.

Eiusdem catalogi stirpium agri Bononiensis prodromus, gramina affinia complectens. Bonon. 1719. 4. c. f.

Morif. Hift. Oxon.

ROBERTI MORISONI plantarum historiae vniuersalis Oxoniensis Tomi III. Oxon. 1715. fol. c. f.

Niff. Act. Parif.

GVILIELM. NISSOLE in Mem. de l'Academie Roy des Sciences a Paris. Edit. Amstelod. in 8.

Oelb. Dant.

NICOLAI OELHAPII elenchus plantarum circa Dantiscum nascentium. Bisextili 1656. 8. c. f.

Petit. Epift.

FRANCISCI PETIT. Trois lettres d'un Médecin des hospitaux du Roy a un autre Medecin de ses amis. a Namur. 1710. 4.

Petiu.

Petiu. Gaz.

IACOB PETIVERII Gazophylacii naturae et artis decades X. Lond. 1702. fol. c. F.

Petiu. Muſ.

Muſei Petiueriani centuriae decem. Londini 1692. 8.

Piſon.

GVILIELM. PISON. hiſtoria naturalis Indiae. Amſtelod. 1658. fol. c. f.

Piſ. Mant.

Eiusd. Mantiſſa aromatica, quae in praecedenti libro exſtat.

Pluckn.

LEONHARD. PLVCKNET phytographia ſ. ſtirpium illuſtriorum icones. Pars I-IV. Lond. 1691. 4 mai.

Eiusdem Almageſtum botanicum ſ. phytographiae onomaſticon. Lond. 1696. 4. Mantiſſa almageſti botanici. ibid. 1700. Amaltheum botanicum. ibid. 1705. 4.

Plum. G.

CAROLI PLVMIER noua plantarum Americanarum genera. Pariſ. 1703. 4. c. f.

Plum. a Burm. edit.

Eiusdem plantae Americanae, quas in lucem edidit IOH. BVRMANNVS Amſtel. 1755. fol. c. f. Faſc. I-X.

Pont. Anth. vel *Diſſ.*

IVLII PONTEDERAE Anthologia acc. Diſſertationes XI. Patauii 1720. 4. c. f.

Pont. Epiſt.

Eiusdem compendium tabularum botanicarum, acc. Epiſt. ad GVIL. SHERARDVM. Patauii 1718. 4.

Rai.

IOH. RAII methodus plantarum aucta. Londin. 1733. 8.

Rai. Hiſt.

Eiusdem hiſtoria plantarum. Londini 1686. fol. Tomi III.

Rai. Syn. III.

Eiusdem ſynopſis methodica ſtirpium Britannicarum. Edit. III. auctior edita a DILLENIO. Londin. 1724. 8. c. f.

Riu. Mon.

AVG. QVIRIN. RIVINI ordo plantarum flore monopetalo irregulari. Lipſ. 1690. fol. c. f.

Riu. Tetr.

Eiusdem ordo plantarum, quae ſunt flore irregulari tetrapetalo. Lipſ. 1691. fol. c. f.

Riu. Pent.

Eiusdem ordo plantarum, quae ſunt flore irregulari pentapetalo. Lipſ. 1699. fol. c. f.

Riu.

Riu. Hex.

Eiusdem ordo plantarum, quae sunt flore irregulari hexapetalo. Lips. fol. c. f.

Roy.

ADRIAN. van ROYEN Florae Leydensis prodromus. L. Bat. 1740. 8.

Rudb. Act. Vps.

OLAVS RVDBECKIVS in actis Vpsaliensibus in 4. editis.

Rumph. Amb.

GEORG. EVERH. RVMPHII herbarium Amboinense editum a IO. BVRMANNO. Amstelod. 1741 seqq. fol. c. f. Tomi VI.

Rupp.

HENR. BERNH. RVPPII Flora Ienensis quarta vice auctior et emendatior edita ab ALB. HALLERO. Ienae 1745. 8. c. f.

Rupp. ed. II.

Idem liber. Francof. et Lips. 1726. 8. editus.

Sauu. Monsp.

FRANCISC. de SAVVAGES methodus foliorum. s. plantae Florae Monspeliensis. a la Haye 1751. 8. c. f.

Scheuchz.

IOH. SCHEVCHZERI Agrostographia. Tiguri 1719. 4. c. f.

Schreib. Act. Erud.

IOH. FRID. SCHREIBER in actis Eruditorum Lipsiensibus.

Segu. Ver.

IOH. FRANC. SEGVIERII plantae Veronenses. Veronae 1745 seqq. 8. c. f. Tomi III.

Sesl. Epist.

VITALIANO DONATI della storia naturale marina dell' Adriatico, giunta vna lettera del LIONARD SESLER in Venezia 1750. 4 mai. c. f.

Shaw.

THOMAS SHAW Trauels or Obseruations relating to seueral parts of Barbary and the Leuant. Oxford. 1738. fol. c. f.

Siegesb.

IOH. GEORG. SIEGESBECKII primitiae Florae Petropolitanae. Rigae 1736. 4.

Sloan.

HANS SLOANE. A Voyage of the Islandes Madera, Barbados etc. London 1707 seqq. fol. c. f. Tomi II.

Tab.

Tab. vel *Tabern.*

IAC. THEOD. TABERNAEMONTANI *Neu vollkommen Kräuterbuch vermehrt durch* CASPAR. BAVHINVM. Basl. 1731. fol. c. f.

Tourn.

IOSEPH. PITTON. TOVRNEFORTII institutiones rei herbariae. Edit. 3. cura ANT. de IVSSIEV edita. Paris. 1719. 4. c. f.

Tourn. Act. Par.

Idem in Mem. de l'Academie Roy. des Sciences a Paris. Edit. Amst. in 8.

Tourn. Cor.

Eiusd. corollarium institutionum rei herbariae. Par. 1705. 4.

Tourn. Voy.

Eiusdem Relation d'un Voyage de Levant. a Lyon. 1717. 8. c. f. Voll. 3.

Trag.

HIERON. TRAGI historia stirpium. Argentinae 1552. 4.

Trew.

CHRISTOPH. IAC. TREWIVS in commercio litterario Noribergensi.

Trew Plant. Dec.

Eiusdem plantarum selectarum decuriae 1750 seqq. fol. c. f. ill.

Vaill. Act. Par.

SEBASTIAN VAILLANT in Mem. de l'Acad. Roy des Sciences a Paris. Edit. Amst. in 8.

Vaill. Par.

Eiusdem Botanicum Parisiense publié par Mr. BOERHAAVE. Leid. 1727. fol. c. f.

Vaill. Serm. de Fl.

Eiusdem Sermo de structura floris. L. Bat. 1728. 4.

Vesl. Aegypt.

IOH. VESLINGII Obseruationes et notae ad PR. ALPINI libr. de plantis Aegypti. Patauii 1638. 4.

Watf. Phil. Trans.

GVIL. WATSON in Philosoph. Transact.

Zinn.

IOH. GOTTFR. ZINNII catalogus plantarum horti academici et agri Goettingensis. Goetting 1757. 8. c. f.

Zinn. Gom. Goett.

Idem in commentariis societatis regiae scientiarum Goettingensis.





CLASSIS I.

Plantae flore involuto, perfecto, monopetalo, ſimplici, regulari.

A. DIANTHERAE.

MONOSTYLAE.

1. LILAC. *Tourn.* 601. SYRINGA. *Rupp.* 24. *Linn.* Ed. V. n. 22.

Calix breuis, tubuloſus, quadridentatus, perſiſtens; corolla infundibuliformis, limbo quadrifido; ſtamina intra tubum; ſtigma bifidum; capſula compreſſa, acuminata, bilocularis, ſemina margine membranacea, compreſſa, ſolitaria continet. *Flores racematim diſpoſiti.*

2. OLEA. *Tourn.* 598. *Linn.* Ed. V. n. 20.

Calix minor, tubuloſus, quadridentatus, deciduus; corollae tubus brevis, limbus quadrifidus; ſtigma bifidum; fructus oblongus vel ſubrotundus, ſub pulpa pingui nucem continet, unico ſemine foetam. *Folia oblonga, ſemper virentia.*

3. PHILLYREA. *Tourn.* 596. *Linn.* Ed. V. n. 19.

Calix minimus, quadridentatus, persistens; corolla campaniformis, quadrifida; stigma simplex; bacca globosa, monopyrena. *Folia coniugata, semper virentia.*

4. CHIONANTHVS. *Linn.* Ed. V. n. 21.

Calix monophyllus, paruus, quadripartitus, persistens; corollae tubus breuissimus, limbus quadrifidus, laciniis angustissimis; stamina tubo inserta, quandoque tria; stigma trifidum; bacca ossiculum striatum continens.

5. IASMINVM. *Tourn.* 587. *Linn.* Ed V. n. 17. GELSEMINVM. *I. Bauh.* II. 101.

Calix monophyllus, breuis, tubulosus, quinquedentatus; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido; stamina tubo accreta; stigma bifidum; fructus pulposus, bilocularis, vel didymus, semina bina continet. *Folia vel pinnata, vel ternata.*

NYCTANTHES *Linn.* Ed. V. n. 16. *Hall. Goett.* 233. *Calicis et corollae limbo octofido, a praecedenti differt, ast propter hanc unicam notam non debet distingui, cum et in hoc, et priori genere species numero laciniarum varient.*

6. LIGVSTRVM. *Tourn.* 596. *Linn.* Ed. V. n. 18.

Calix monophyllus, exiguus, quadridentatus; corolla infundibuliformis, quadrifida; stylus breuissimus; stigma bifidum; fructus pulposus, uni- vel bilocularis; semina quaterna, angulosa. *Folia opposita, decidua; flores racemosi.*

7. ERAN-

7. ERANTHEMVM. *Linn.* Ed. V. n. 23.

Calix exiguus, monophyllus, quinquefidus, perſiſtens; corolla infundibuliformis, tubo longiſſimo, limbo quadri vel quinquepartito; antherae extra tubum eminent; ſtigma ſimplex; fructus ignotus. *Flores ſpicati, bracteis ſuffulti.*

B. TRIANTHERAE MONOSTYLAE.

8. BOERHAAVIA. *Vaill. Serm. de flor.* p. 53. *Linn.* Ed. V. n. 9. ANTANISOPHYLLVM. *Vaill. Act. Pariſ.* 1722. p. 190. PLVMBAGINOIDES. *Boerh.* II. 268.

Calix ovarium cingens, minimus, quinquefidus; corolla campanulata, erecta, quinquefida, laciniis emarginatis; ſtigma globoſum; ſemen unicum, anguloſum.

Ad monantheras Linnaeus, ad triantheras Ludwigius retulit, tot etiam numeravit in ſpecie diffuſa Brown: lam. p. 123., quae penes nos ſemper monanthera fuit; ſpecies autem ſcandens diantbera eſt.

9. CROCVS. *Tourn.* 350.

Spathae duae alternae, florem, e terra prorumpentem, cingunt; corolla tubo longo, tenui e radice ſurgens, in ſex lacinias profundas, oblongas, erectas, concauas diuiſa; antherae ſagittatae; ouarium infra tubum floralem; ſtigmata tria, conuoluta, ſerrata, *in officinali ſpecie longiora*; capſula ſubrotunda, trigona, trilocularis, ſemina plura, rotunda continens. *Radix bulboſa, fere ſolida, maior effoeta minorem ſuſtinet fertilem; folia graminea, anguſta, linea alba notata.*

10. BVLBOCODIVM. *Tourn. Cor.* p. 50.

Cum Croco quodammodo, et radice etiam conuenit; ſpatha vero diphylla eſt; corolla tubo fere carens, profunde ſexfida, hexapetaloides; ouarium in medio corollae poſitum.

CROCVS *Linn.* Ed. V. n. 53. *vtrumque genus coniungit.*

11. CASSYTHA. *Linn.* Ed. V. n. 52.

Calix minimus, tridentatus, perſiſtens; corolla tripartita, cui filamenta nouem, glandulas nectariferas ſuſtinentia, adhaerent; ſtigma acutum; bacca ouata, monopyrena. *Habitus Cuſcutae.*

12. COMOCLADIA. *Brown. Iam.* p. 124.

Calix monophyllus, paruus, fere tripartitus; corolla tripartita, patens, laciniis ouatis, inciſuris calicis oppoſitis; ſtamina ex inciſuris corollae orta; ouarium vmbilico carnoſo cinctum, ſtylo vix vllo, ſtigmate obtuſo praeditum; bacca oblonga, vnica nuce biloba foeta.

C. TETRANTHERAE

1. *MONOSTYLAE.*

Sequentes plantae a non nullis ſtellatae dicuntur, ob folia, ſtellatim ex quouis caulis et ramorum nodo prouenientia.

Stamina ex interſtitiis ſegmentorum corollae oriunda; ſtylus ſuperius bifidus.

Ouarium ſub flore haeret, et calice vix conſpicuo quadridentato coronatur.

RVBIA quoque huc referri poſſet, ſed ob fructum pulpoſum paullo inferius collocanda.

13. GAL-

13. GALLIVM. GALIVM *Hall. Helu.* 458. *Goett.* 187.

Calix minimus, quadripartitus; corolla quadrifida, plana, vel leuiter concaua, tubo carens; fructus ſiccus gemellus, glaber, vel hirſutus, vel tuberculatus.

Hoc genere cum Hallero coniungimus GALLIVM *Tourn.* 114. APARINEN *Tourn.* 114. CRVCIATAM *Tourn.* 115, et VALANTIAM *Tourn. Act. Pariſ.* 1706. p. 85.

Linnaeus in priori Edit. n. 98. APARINEN *ſeparauit,* GALLIVM *et* CRVCIATAM *nomine* GALII n. 97. *coniunxit, in Ed. V. vero n.* 117. APARINEN *et* GALIVM *combinauit, et* CRVCIATAM *ad* VALANTIAM *n.* 1019 *reduxit*

Corolla in his omnibus eadem eſt ac ſimilis, ſemina vero variant; et ſi ad ea attendere vellemus, plura conſtituenda forent genera. Nec ad ſexum reſpiciendum erit, cum ubique in his ſteriles fertilibus miſti inueniantur flores, maresque non ſemper trifidi et tribus antheris, ſed aeque quadrifidi, quatuorque antheris inſtructi ſaepe adſint. Haec ſexus differentia forte morboſa erit conditio.

Ad hoc genus porro pertinet:

MOLLVGO *C.B.P.* 334. *Boerh.* I. 148. *quae folia nec aſpera nec villoſa habet.*

GALLIOIDES *Knauth. p.* 35. *quae corolla eſt trifida*, et

CRVCIATAE *ſpicatae Boerh.* I. 148.

14. RVBEOLA. *Tourn.* 130. *Hall. Helu.* 457. CRVCIANELLA *Linn.* Ed. V. n. 118.

Calix triphyllus; corolla infundibuliformis, calice longior, ſegmentis inflexis; ſemina duo, connata, oblonga.

Huc, non vero ad GALLIVM *pertinet* MATRISYLVA *Trag. p.* 496.

HOVSTONIA Linn. Ed. V. n. 116. *ad* RVBEOLAM *proxime accedit, licet calix quadridentatus ſit. Si vero capſulam vere bilocularem et bivaluem gerit, ſingulare conſtituat genus.*

15. ASPERVLA. *Ludw. Def. n.* 13. *Hall. Helu.* 457.

Flores in faſtigio caulium vmbellatim diſpoſiti, foliis floralibus ciliatis cincti, de reliquo RVBEOLAE ſimiles; ſemina plerumque globoſa.

SHERARDIA *Dill. Gen. p.* 96. *Linn. Ed. V. n.* 112. DILLENIA *Heiſt. Cat.* 1730. *p.* 37. *Seminibus binis coalitis, ſingulis calice tridentato coronatis, a praecedenti differt, et vel huc, vel potius cum Dillen. in H. Elth. ad* SPERMACOCEN *referatur.*

Hall. Helu. 457. SHERARDIAM *ſeparauit, in H. Goett. p.* 186. *ad* ASPERVLAM *retulit.*

ASPERVLA *Linn. Ed. V. n.* 113. *nonnullas quoque* RVBEOLAE *ſpecies comprehendit.*

ASPERVLA *Zinn.* p. 229. ASPERVLAM *Linn.* SHERARDIAM *Linn.* et RVBEOLAM *Tourn. coniungit.*

16. SPERMACOCE. *Dill. H. Elth.* p. 370. *Linn.* Ed. V. n. 111.

Calix minimus; corolla cylindracea, quadripartita; ſemina duo connata, bicornia. *Folia coniugata; flores alares, verticillati, non raro in ſummitate in capitulum collecti.*

17. KNOXIA. *Linn.* Ed. V. n. 115.

Calix tetraphyllus, ouario inſiſtens, deciduus; corolla infundibuliformis, tubo longo, tenui, limbo

limbo quadripartito; ſtigmata duo capitata; fructus globoſus in duo reſoluitur ſemina, introrſum plana, externe conuexa, ſtriata.

18. AVICENNIA. *Linn.* Ed. V. n. 125.
ANACARDIVM *C. B. P.* 511. OEPATA
H. Mal. T. IV. p. 95.

Calix quinquefidus, perſiſtens; corolla plana, quadrifida; fructus vnilocularis, ouatus, coriaceus, ſtylo perſiſtente acuminatus, non dehiſcens; ſemen compreſſum, unicum.

19. CENTVNCVLVS. *Dill. Gen.* p. 111.
Linn. Ed. V. n. 135. ANAGALLIDASTRVM *Mich.* p. 14.

Calix quadripartitus, patens, corolla maior; corolla rotata, quadripartita; ſtylus perſiſtens; capſula globoſa, vnilocularis, horizontaliter dehiſcens; ſemina exigua. *Folia alterna.*

20. SCOPARIA. *Linn.* Ed. V. n. 134.
SAMOLOIDES *Boerh.* II. 265.

Calix in quatuor ſcabra ſegmenta diuiſus; corolla caua, quadrifida; ſtamina aequalia; ſtigma acutum; capſula oblonga, vnilocularis, biualuis; ſemina copioſa.

21. CAPRARIA. *Herm. Par.* p. 110.
Linn. Ed. V. n. 686.

Calix oblongus, perſiſtens, quinquepartitus, laciniis linearibus; corolla campanulata, quinquefida; ſtamina duo paullo breuiora; ſtigma cordatum, biualue; capſula bilocularis; ſemina plurima.

CAPRARIA *Linn. Ed. prior. n.* 636. *vtrumque genus coniungit; optime vero ſeparatim aſſumitur.*

22. SANGVISORBA. *Rupp.* 3. et 63. *Linn.* Ed. V. n. 136. PIMPINELLA *Tourn.* 157. *Hall. Helu.* 469. *Goett.* 197.

Calix bifolius, ouarium quadrangulum continens; corolla plana, ouario insidens, profunde diuisa, ferme tetrapetala, persistens; stigmata duo plumosa; fructus bilocularis; semina oblonga. *Flores in spicam densam digesti.*

POTERIVM *Linn.* Ed. V. n. 948. SANGVISORBVLA *Heist. Syst.* 11. *et stamina plura, et flores nonnullos ouario abortiuo praeditos ostendit, ob summam tamen habitus conuenientiam huc cum Hallero referatur.*

23. BVCHNERA. *Linn.* Ed. V. n. 690.

Calix tubulosus, quinquedentatus, persistens; corolla infundibuliformis, tubo longissimo, tenui, arcuato, limbo breui quinquefido; stamina duo reliquis breuiora; capsula oblonga, acuminata, bilocularis, apice dehiscens; semina angulosa.

24. BVDDLEIA. *Houst.* et *Linn.* Ed. V. n. 131. OPHIOXYLON *Pluckn.* Tab. 210.

Calix minimus, quadridentatus, persistens; corolla semiquadrifida, ampla; stamina laciniis corollae inserta; stylus petalo breuior; capsula oblonga, bilocularis; semina copiosa, exigua. *Flores spicati.*

25. POLYPREMVM. *Linn.* Ed. V. n. 128.

Calix tetraphyllus, persistens, foliolis interne coloratis; corolla rotata, quadripartita; stigma truncatum; capsula ouata, bilocularis, septo contrario, biualuis; semina copiosa.

26. CI-

26. CITHAREXYLON. *Pluk.* Tab. 161. *Linn.* Ed. V. n. 678.

Calix monophyllus, campanulatus, ſtriatus, quinquedentatus; corolla infundibuliformis, tubo calice multum longiore, limbo rotato, quinquepartito, ſupra villoſo; ſtigma capitatum, bifidum; capſula bilocularis; ſemina ſubrotunda.

Brownius Iam. p. 264. rudimentum quinti ſtaminis et baccam nucibus binis bifidis bilocularibus refertam deſcribit.

27. HEDYOTIS. *Linn.* Ed. V. n. 110.

Calix monophyllus, quadrifidus, ouario inſidens; corolla infundibuliformis, ſemiquadrifida; ſtigma duplex; capſula globoſa, bilocularis, iuxta calicem perſiſtentem rima transuerſali dehiſcens; ſemina nonnulla angulosa.

AVRICVLARIA *Dal. Pharm. p.* 160. *et* VALERIANELLAE *ſpecies Burm. Zeyl. p.* 227. *huc pertinent.*

28. PLANTAGO. *Tourn.* 126. *Linn.* Ed. V. n. 133.

Calix monophyllus, minimus, profunde quadrifidus; corolla infundibuliformis, tubo globoſo, cylindraceo, limbo quadripartito, ſtellato; ſtamina longa; capſula ouata, nonnihil acuminata, bilocularis, horizontaliter dehiſcens; ſemina exigua. *Flores ſpicati; caules aphylli.*

PSYLLIVM *Tourn.* 128. *caule folioſo et ramoſo, nec non* CORONOPVS *Tourn.* 128. *foliis longis pinnato-dentatis, a* PLANTAGINE *tantum differunt, et optime huc a Linnaeo reducuntur.*

Raius p. 104. *et Rupp. p.* 88 *ad tetrapetalas referunt, quia fructus increſcens corollam tabeſcentem*

in quatuor partes diuellit, sed florendi tempore eadem perfecte cohaeret, infundibuliformis est, et fructus auctus eandem cylindraceo-globosam efficit.

29. EXACVM. *Linn.* Ed. V. n. 132.

Calix tetraphyllus; corolla ex tubo subgloboso quadripartita; stigma capitatum; capsula et calice et corolla persistente cincta, subrotunda, bilocularis; semina plura, thalamo medio affixa.

Si fructus horizontaliter dehiscit, esset Plantagini similis.

30. LINNAEA. *Linn.* Ed. V. n. 692. SERPILLIFOLIA *Buxb. Act. Petropolit.* T. II. p. 346. OBOLARIA *Siegesb.* 79.

Foliola quatuor fructum, calicis instar, succingunt; calix quinquefidus, ouario insistens; corolla semiquinquefida; stamina duo reliquis longiora; stylus inclinatus; stigma globosum; capsula bilocularis; semina solitaria, subrotunda.

31. SIBTHORPIA. *Linn.* Ed. V. n. 693.

Calix monophyllus, quinquefidus, persistens; corolla patens, quinquepartita, laciniis rotundis; stigma capitatum; capsula orbiculata, compressa, bilocularis, biualuis; semina quaedam oblonga.

32. DIODIA. *Linn.* Ed. V. n. 114.

Calix ouario impositus, bifolius; corolla tubulosa, limbo paruo quadripartito, laciniis aequalibus; stigma bifidum; capsula calice persistente coronata, oblonga, tetragona, bilocularis; semina solitaria, oblonga.

Linnaeus in priori Edit. n. 609. didynamiis annumerauit plantam, corollamque bilabiatam descripsit.

33. BLAE-

33. BLAERIA. *Linn.* Ed. V. n. 130.

Calix quadrifidus; corolla tubulosa, tubo calicis longitudine, limbo paruo, quadrifido, reflexo; antherae emarginatae; stylus corolla multo longior; capsula quadrangularis, quadrilocularis; semina subrotunda.

Habitu quidem ad ERICAM *accedit, vario tamen modo ab eadem diuersa.*

34. SARCOCOLLA. *Linn. Syst. Nat.* Ed. I. PENAEA *Linn.* Ed. V. n. 129.

Calix bifolius, coloratus, deciduus; corolla campanulata, limbo quadrifido; stylus quatuor membranis alatus, stigma cruciforme; capsula tetragona, stylo persistente ornata, quadrilocularis, quadriualuis, in quolibet loculo semina duo.

35. CISSVS. *Linn.* Ed. V. n. 137.

Calix monophyllus, minimus, integerrimus; corolla semiquadrifida; stigma simplex; bacca rotunda, semine vnico foeta.

36. PAVETTA. *H. Mal.* T. IV. p. 19. *Linn.* Ed. V. n. 124.

Calix ouarium cingens, quadridentatus, minimus; corolla infundibuliformis, tubo longo, limbo quadripartito; stylus corolla multum longior; bacca subrotunda, monopyrena.

IXORA *Linn. quam ad* IASMINVM *retulit Burm. Zeyl. p.* 125, *ad* PAVETTAM *reducitur a Brown. Iam. p.* 142. *Flos in vtroque genere idem est, baccam vero vnilocularem et semina quatuor in Prior. Edit. n.* 101, *bilocularem autem et semina duo angulosa in Ed. V. n.* 122 *descripsit Linnaeus. Ast semen solitarium esse, modo basi quadrifidum concedit Burm. in Fasc. VII. Plant. Plum. p.* 150. *et*

et Brownius, qui etiam addit baccam calice coronatam et stylum in duo stigmata diuisum esse.

37. CATESBAEA. *Linn.* Ed. V. n. 121.

Calix monophyllus, minimus, quadridentatus, persistens; corolla infundibuliformis, tubo longissimo, limbo quadrifido; stigma simplex; ouarium subrotundum, calice coronatum, fit bacca vnilocularis, seminibus angulosis foeta.

Calicem et corollam quinquefidam, stamina inaequalia, et stigma vaginatum describit Brown. Iam. p. 142.

38. ERIPHIA. *Brown. Iam.* p. 270.

Calix monophyllus, ventricosus, quinquedentatus; corolla tubulosa, leniter ampliata, in quinque paruas subrotundas lacinias diuisa; stamina cum rudimento quinti arcuata, conniuentia, antheris agglutinatis; stigma bifidum; bacca globosa, calice tecta et coronata, vnilocularis, bifariam longitudinaliter notata; semina plurima, minutissima.

39. CALLICARPA. *Linn.* Ed. V. n. 127.
SPHONDYLOCOCCOS *Mitchell. Eph. N. C.* p. 128.

Calix monophyllus, campanulatus, quadrifidus; corolla tubulosa, limbo quadrifido; stamina corolla longiora; stigma obtusum; bacca globosa, glabra, semina quatuor compressa continens.

40. LYGISTVM. *Brown. Iam.* 142.

Calix monophyllus, campanulatus, quadridentatus; corolla tubulosa, tubo longo, limbo quadripartito; stamina tubo adnata; stylus bipartitus;

tus; bacca globosa, quadrilocularis; semina quatuor, oblonga.

Styli diuisiones denuo bifidas, et ita stigmata quatuor adesse in descriptione legimus, in icone vero duo modo stigmata videmus, nec fructus delineatio descriptioni accurate respondet.

41. MITCHELLA. *Linn.* Ed. V. n. 126.
CHAMAEDAPHNE *Mitch. G.* 27.

Flores duo vni insistunt ouario; calix quadridentatus, persistens; corolla infundibuliformis, limbo quadripartito, intus hirsuto; stigmata quatuor; ouarium didymum fit bacca bipartita, semina quatuor compressa continens.

42. RVBIA. *Tourn.* 113. *Linn.* Ed. V. n. 119.

Calix ouarium continens, quadridentatus, minimus; corolla campaniformis, patens, quadrifida vel quinquefida; stamina quandoque quinque; stylus profunde bifidus, et fere duplex; fructus est bacca duplex, quarum singula semen vmbilicatum continet. *Folia verticillata.*

43. RANDIA. *Linn.* Ed. V. n. 195.
Brown. Iam. p. 143.

Calix monophyllus, quinquedentatus, persistens; corolla monopetala, tubulosa, tubo longo, limbo amplo, quinquefido; stylus in duo stigmata diuisus; bacca globosa, cortice ficciori tecta; in pulpa semina sex vel plura, orbiculata, compressa haerent.

Antheras quinque Linnaeus, quatuor vero Brownius descripsit; ast in icone Ehreti sex adparent; Brownius calicem truncatum et corollam quadripartitam dixit, Ehretus vero calicem quinquefidum et

corollam

corollam sexpartitam sistit, quae differentia forte ex falsa iconum citatione dependet.

44. PETESIA. *Brown. Iam. p.* 143.

Calix monophyllus, quadridentatus, ouarium cingens; corolla tubulosa, limbo quadripartito; stamina tubo inferne accreta; stigma acutum; bacca globosa, coronata, bilocularis, binis nucleis referta.

45. COCCOCIPSILVM. *Brown. Iam. p.* 144.

Calix monophyllus, in quatuor angustas lacinias ad basin fere sectus; corolla tubuloso infundibuliformis, limbo patente, quadrifido; ouarium calice tectum; stylus in apice bipartitus; pars infima calicis cum ouario concrescit et baccam sphaericam bilocularem, laciniis calicis coronatam sistit; semina plurima, parua.

46. SICELIVM. *Brown. Iam. p.* 144.

Calix campanulatus, inferne parum ventricosus, ouarium continens, collo coarctatus, quatuor crenis notatus; corolla similis, longior modo, et profundius diuisa; stylus corolla longior, ad medium diuisus; bacca sphaerica, bilocularis, intra calicem sita; semina plurima.

47. SIPHONANTHVS. *Linn.* Ed. V. n. 120. SIPHONANTHEMVM *Amman. Ruth. p.* 214.

Calix monophyllus, profunde quinquefidus, persistens; corolla infundibuliformis, tubo tenui, longissimo, limbo quinquefido; antherae triangulares; stigma simplex; fructus sistit quatuor

tuor baccas, calici insistentes, quae semina solitaria, subrotunda continent.

48. SCVRRVLA. *Linn.* Ed. V. n. 123.

Calix nullus; corolla tubulosa, semiquadrifida; stamina corollae inserta; ouarium, sub flore positum, mutatur in baccam turbinatam. *Planta parasitica; flores alares.*

Definitio a Brownio Iam. p. 197 *data, recedit ab hac, dum calix duplex, ouarii triphyllus, floris, margo ouarii, integer; corolla hex vel pentapetala, petalis conniuentibus; stamina sex vel quinque; bacca nucleo vnico referta describitur.*

2. *DISTYLAE.*

49. CVSCVTA. *Tourn.* 652. *Linn.* Ed. V. n. 156.

Calix paruus, succulentus, quadragonus, quadrifidus; corolla campaniformis, quadrifida; squamulae quatuor ad basin corollae adnatae; fructus est capsula subrotunda, bilocularis, horizontaliter dehiscens, in quolibet loculo semina duo. *Caules volubiles, aphylli, parasitici; flores in capitula collecti.*

50. BASELLA. *Hort. Mal.* T. VII. p. 45. *Linn.* Ed. V. n. 343.

Calix succulentus, quinquedentatus; corolla parua, campaniformis, quinquefida; *stamina et pistilla interdum in diuersis floribus*; fructus pulposus vnicum semen continet. *Habitus scandens; folia succulenta.*

Cum CVSCVTA *coniunxit Linn. Ed. prior.* n. 124.

Chara-

Characterem genericum aliter paullo describit Linnaeus, scil. Calix nullus; corolla sexfida, basi carnosa, laciniis duabus exterioribus latioribus; stamina quinque; styli tres; corolla succulenta clausa, vnicum semen continens.

3. *TETRASTYLAE.*

51. COLDENIA. *Linn.* Ed. V. n. 159.

Calix tetraphyllus; corolla infundibuliformis; stamina tubo inserta; ouula quatuor, totidem stylis ornata, mutantur in semina scabra, stylo persistente rostrata.

52. AQVIFOLIVM. *Tourn.* 600. AGRIFOLIVM *Rai.* 160. ILEX *Linn.* Ed. V. n. 158.

Calix paruus, quadridentatus; corolla plana, quadrifida; fructus subrotundus, baccatus; semina quatuor, triquetra.

DODONAEA *Plum. G.* 20. *quae vnam partem numeri in omni fructificatione excludit, huc refertur a Linnaeo.*

D. PENTANTHERAE.

1. *MONOSTYLAE.*

53. SERIPHIVM. *Linn.* Ed. V. n. 894. HELICHRYSOIDES *Vaill. Act. Par.* 1719. p. 296. BREYNIA *Petiu. Gaz.* p. 2 et 9.

Calix duplex, exterior pentaphyllus, tomentosus, interior pentaphyllus, glaber, longior; corolla ouario insistens, infundibuliformis, calice interiori breuior, quinquefida; filamenta libera, antherae in tubum coalitae; stigma bifolium; calix clausus semen oblongum continet.

Hoc

Hoc genus partim ad ARTEMISIAM *Linn. in H. Cliff.* p. 403. *partim ad* STOEBEN *Royen.* p. 146. *reduxerunt.*

54. CORYMBIVM. *Linn.* Ed. V. n. 896.

Calix tetraphyllus, foliolis binis majoribus, angulosis, binis minimis; corolla tubo breuissimo, limbo quinquefido instructa; filamenta libera, antherae in cylindrum coalitae; ouulum corolla coronatum, calice cinctum, semen vnicum, oblongum, lanatum sistit.

Ex lege methodi, dum modo vnicus flos calice continetur, haec duo genera huc debent referri, licet summa analogia sit cum floribus compositis.

55. MIRABILIS. *Rupp.* 1. *Linn.* Ed. V. n. 215. IALAPPA *Tourn.* 129. *Hall. Goett.* 211. NYCTAGE *Roy.* 417.

Calix monophyllus, profunde quinquefidus, persistens; corolla ex basi globosa, *quam nectarium falso dicunt*, infundibuliformis, tubo longo, tenui, sensim in limbum plicatum extensa; stigma globosum; semen coronatum, sub duro tegmine, ex basi globosa corollae enato, nucleum farinaceum continet. *Radix carnosa; folia opposita.*

Cum radix IALAPPAE *offic. non ex hac, sed* CONVOLVULI *specie desumatur, nomen* MIRABILIS *adsumsimus.*

56. PLVMBAGO. *Tourn.* 140. *Linn.* Ed. V. n. 196. DENTELLARIA *Rupp.* 2.

Calix tubiformis, monophyllus, quinquedentatus, hispidus, et tuberculis aspersus, per-

sistens; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido; filamenta staminum inferne latiora; stigma quinquefidum; semen unicum oblongum.

Quae sequuntur plantae tetraspermae a non nullis asperifoliae dicuntur, licet tantum in plurimis, non vero omnibus folia aspera inueniantur. Stamina quinque petali tubo interius adhaerent; stylus simplex. Semina quatuor, thalamo fungoso, in fundo calicis sito, affixa, integumentum, quo involuta sunt, vix deponunt.

ECHIUM *et* LYCOPSIS, *nisi vere irregularem corollam haberent, optime huc referri possent.*

57. BORRAGO. *Tourn.* 133. *Linn.* Ed. V. n. 172.

Calix monophyllus, expansus, laciniis angustis profundis; corolla fere sine tubo rotata, profunde quinquefida, segmentis cuspidatis; eminentiae squamosae decem, quarum quinque emarginatae coronam quasi faciunt, quinque lata basi assurgunt, et staminibus adstant; semina rugosa, viperino capiti similia.

58. BORRAGINOIDES. *Boerh. I.* 188. CYNOGLOSSOIDES *Isnard. Act. Paris.* 1718. p. 256. BORRAGINELLA *Siegesb.* 20.

Calix pentagonus, inferius in quinque alas acutas desinens; corolla tubuloso rotata, in ortu segmentorum maculis quidem, nullis vero squamis ornata; semina interna parte crenata.

Ad praecedens genus retulerunt Linnaeus, Hallerus Goett. *p.* 225. *aliique, sed evidentissimi adsunt, distin-*

distinctionis characteres, et si haec duo genera, certe plura alia, conjungenda essent.

59. BVGLOSSVM. *Tourn.* 133. ANCHUSA *Linn.* Ed. V. n. 167.

Calix erectus, segmentis profundis, angustis; corolla infundibuliformis, tubo longo, segmentis limbi orbicularibus, orificio tubi quinque squamulis clauso; semina obtusa; oblonga.

ANCHUSA *Raj.* p. 58. *est* BUGLOSSI *species radice rubra.*

LYCOPSIS, *a Ludwigio huc relata, vid. in classe sequenti.*

60. CYNOGLOSSVM. *Tourn.* 139.

Calix monophyllus, in quinque profundas lacinias dissectus; corolla tubo breui, segmentis orbicularibus, *in officinali specie erectis, in aliis magis expansis,* squamae quinque in medio tubo, loco harum quandoque modo plicae ab ipsa corolla factae; semina plana, integumentis asperis tecta.

LAPPULA Riv. CYNOGLOSSOSPERMUM *Siegesb. p.* 40. *a Linnaeo ad* LITHOSPERMUM *refertur, melius propter echinata semina huc reposuit Hall. Helu. p.* 521.

GUETTARDA *Manett. p.* 36. *quae* BVGLOSSVM *angustifolium semine echinato Tourn. sistit, corolla exigua, calice comprehensa et semine nudo differt, et a Linnaeo nunc ad* LITHOSPERMVM, *nunc ad* MYOSOTIDEM *refertur, optime cum Hall. Goett. p.* 222. *ad* CYNOGLOSSVM *amandatur.*

CYNOGLOSSOIDES *Siegesb. p.* 40. *huc quoque pertinet.*

OMPHALODES *a Linn.* Ed. V. n. 168. *et Linn.* p. 258. *ad* CYNOGLOSSVM *reducitur.*

61. CERINTHE. *Tourn.* 79. *Linn.* Ed. V. n. 171.

Calix monophyllus, quinquefidus, laciniis inaequalibus, profundis; corolla tubuloso-ventricosa, quinquedentata, denticulis vel conniventibus, vel apertis; fructus constat testis duabus, singulis in duo loculamenta, non dehiscentia, diuisis; semina quatuor oblonga. *Folia plerumque glauca, verrucosa; flores penduli.*

CERINTHOIDES *Boerh.* I. 196. *huc referri poterit, licet quatuor distincta semina adpareant.*

62. SYMPHYTVM. *Tourn.* 138. *Linn.* Ed. V. n. 170. CONSOLIDA *Rupp.* 8.

Calix minor, profunde quinquefidus, segmentis acutis; corolla cylindracea, tubo ventricoso, limbo quinquefido; squamulae quinque, tubo accretae, conniuentes; semina gibba, acuminata, polita. *Folia magna, cuspidata, decurrentia.*

63. LITHOSPERMVM. *Tourn.* 137. *Linn.* Ed. V. n. 166.

Calix ad basin fere quinquefidus, segmentis acutis, carinatis; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido, faux plicis munita; stigma bifidum; semina quatuor subrotunda, polita, durissima.

MILIVM SOLIS *Offic. est species hujus generis.*

64. PVL-

64. PVLMONARIA. *Tourn.* 136. *Linn.* Ed. V. n. 169.

Calix monophyllus, tubulosus, pentagonus, quinquedentatus; corolla infundibuliformis, ex tubo longiori in limbum quinquefidum, concauum expansa, laciniis rotundis, erectis, in fauce squamulae breues, pilosae; semina subrotunda, splendentia.

65. OMPHALODES. *Tourn.* 140. OMPHALIA *Siegesb.* 80. VMBILICARIA *Heist. Fabric.* 42.

Calix profunde quinquefidus; corolla ex tubo breuiori rotata, quinquefida, laciniis rotundis, squamae quinque ad orificium tubi; capsulae quatuor cauae, vmbilicatae, semina plana continent.

Ad CYNOGLOSSVM *retulit Linnaeus.*
OMPHALOSPERMVM *Siegesb.* p. 81. *huc refer.*

66. HELIOTROPIVM. *Boerh.* I. 190. *Linn.* Ed. V. n. 164.

Calix tubulosus, quinquefidus; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido, tubo non squamulis, sed plicis clauso; semina quatuor ouata, acuminata. *Flores in spicas longas, vnilaterales, in formam caudae scorpii reflexas, dispositi.*

67. MYOSOTIS. *Dill. G.* 99. *Linn.* Ed. V. n. 165. SCORPIVRVS *Knauth.* 38. *Hall. Helv.* 519. *Goett.* 221.

Faux corollae praeter plicas, squamulis quinque coloratis, stamina tegentibus; clausa; reliqua Heliotropii.

 Ad

Ad HELIOTROPIVM *retulit Ludw. Def. G. n.* 39. *Verum ornamenta corollae tanti momenti nobis videntur, vt pro charactere generico possint assumi. In* CYNOGLOSSO *quidem etiam aliae species plicas modo, aliae veras squamulas habent, ast ibi seminis character his praeferendus.*

68. ASPERVGO. *Tourn.* 135. *Linn.* Ed. V. n. 173.

Calix monophyllus, dum floret, quinquefidus, segmentis quatuor angustis, quinto inferiori latiori minimo, forma biualui post excussam corollam conniuens; corolla infundibuliformis, tubo breuissimo, limbo paruo, semiquinquefido, squamulae quinque in fauce positae; semina quatuor oblonga, compressa. *Habitus asper; folia in vnum latus reclinata.*

69. ANAGALLIS. *Tourn.* 142. *Linn.* Ed. V. n. 189.

Calix quinquefidus, segmentis profundis, angustis; corolla rotata, quinquefida; filamenta inferius hirsuta; stigma capitatum; capsula globosa, unilocularis, horizontaliter dehiscens; semina plura angulosa.

70. LYSIMACHIA. *Tourn.* 141. *Linn.* Ed. V. n. 188. NVMMVLARIA *Rupp.* 18.

Calix persistens, quinquefidus, segmentis angustis; corolla rotata, quinquefida; filamenta staminum basi connata; capsula rotunda, apice dehiscens, vnilocularis; semina plurima subrotunda.

Datur species calice corollam superante.

NVMMVLARIA *C. B. Pin. p.* 309. *Anagallis fl. luteo, necnon* LYTHRVM *Siegesb. p.* 70. *huc referantur.*

71. BEL-

71. BELLONIA. *Plum. G.* 19. *Linn.* Ed. V. n. 207.

Calix ouarium arcte cingens, monophyllus, segmentis acutis; corolla rotata, limbo magno, laciniis subrotundis; capsula oblonga, calicis laciniis conniuentibus tecta, vnilocularis, seminibus plurimis exiguis foeta.

72. SAMOLVS. *Tourn.* 143. *Linn.* Ed. V. n. 205.

Calix profunde quinquefidus, segmentis angustis; corolla rotata, tubo breui, limbo quinquefido instructa; squamulae stamina munientes quinque; stigma capitatum; capsula vnilocularis, apice dehiscens; semina plurima exigua.

73. ANDROSACE. *Tourn.* 123. *Linn.* Ed. V. n. 179.

Calix monophyllus, quinquelobatus; corollae tubus ventricosus, limbus planus, quinquefidus; stigma globosum; fructus globosus, vnilocularis, apice dehiscens; semina subrotunda. *Flores vtplurimum in vmbella, foliolis, calicem communem referentibus, succincta.*

74. ARETIA. *Hall. Helu.* 485.

Calix monophyllus, campanulatus, semiquinquefidus; corollae tubus cylindraceus, segmenta plana; glandulae decem sub origine segmentorum corollae; fructus androsaces.

ARETIAE *genus nunc quoque adsumsit Linn.* Ed. V. n. 178. *in speciebus vero T. I.* ARETIAM *villosam scapis vnifloris, modo sub eodem recensuit, reliquas, ab Hallero adductas, species partim ad* DIAPENSIAM, *partim ad* ANDROSACEM *retulit.*

VITALIANA *Sesler. Ep*[illegible] *Donat.* p. 69. *ad* PRIMVLAM *a Linn. Spec. I.* p. 143. *reducta, potius ad* ARETIAM *pertinet, vt docuit Allionius Specim. I.* p. 25. *et certe propter corollae glandulas, quas obtinet, huc potest reduci.*

75. HOTTONIA. *Boerh. I.* 206. *Linn.* Ed. V. n. 186. MYRIOPHYLLVM *Riu. Rupp.* 20. STRATIOTES *Vaill. Act. Paris.* 1719. p. 20. ARACHNIVM *Siegesb.* 12.

Calix persistens, monophyllus, segmentis gracilibus, instar stellae expansis; corolla tubulosa, limbo quinquefido, plano, laciniis profundis; stigma globosum; capsula sphaerica, vnilocularis, apice dehiscens; semina sphaerica. *Planta aquatica; radix fibrosa; caulis erectus nudus; folia capillaria, pinnata; flores in spica verticillata.*

76. GLAVX. *Tourn.* 88. *Linn.* Ed. V. n. 257. GLAVCOIDES *Rupp.* 20.

Calix nullus; corolla campaniformis, quinquefida, laciniis reuolutis; stigma capitatum; capsula globosa, vnilocularis, quinqueualuis; semina quinque subrotunda. *Radix perennis; folia opposita, crassiuscula; flores alares.*

77. CORTUSA. *Boerh. I.* 206. *Linn.* Ed. V. n. 181.

Calix paruus, quinquefidus, persistens; corolla rotata, tubo breuissimo, limbo amplo, quinquefido, ad cujus basin prominent tubercula quinque; capsula subrotunda, acuminata, vnilocularis, biualuis; semina parua, numerosa. *Datur species calice corollam superante.*

78. CY-

78. CYCLAMEN. *Tourn.* 154. *Linn.* Ed. V. n. 184.

Calix monophyllus, semiquinquefidus, persistens, corolla nutans, tubulosa, in quinque amplas; longas et retroflexas lacinias dissecta; antherae conniuentes; capsula globosa, vnilocularis, apice dehiscens; semina subrotunda, angulosa. *Radix orbiculata, tuberosa; folia carnosa; cauliculi vniflori, aphylli, ex radice oriundi.*

79. MEADIA. *Catesb. Car. III. p.* 1. *T. I.* DODECATHEON *Linn.* Ed. V. n. 183.

Calix monophyllus, persistens, quinquedentatus, laciniis reflexis; corollae tubus breuis, in quinque lacinias longas reflexas terminatus; antherae sagittatae, conniuentes; capsula oblonga, vnilocularis, apice dehiscens; semina minima, copiosa. *Flores in vmbella, inuolucro communi polyphyllo cincta.*

80. HYDROPHYLLVM. *Tourn.* 81. *Linn.* Ed. V. n. 187.

Calix monophyllus, quinquefidus, segmentis gracilibus, profundis, hispidis; corolla campaniformis, semiquinquefida, laciniis erectis; nectarium duae lamellae ex medio laciniae ad fundum extensae, conniuentes; stigma bifidum; capsula globosa, vnilocularis, biualuis; semina variae figurae, plerumque vnicum modo, rotundum.

81. PRIMVLA. *Linn.* Ed. V. n. 150.

Calix quinquefidus; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido, plus minus erecto, *numerus laciniarum et staminum in cultis non*

 raro

raro auctus; stigma globosum; capsula vnilocularis, apice dehiscens; semina numerosa parua. *Radix perennis; flores in vmbella, inuolucro vniuersali polyphyllo succincta, interdum singulares.*

AVRICVLA VRSI *Tourn.* 120. *Folia laeuia, pinguia, vtplurimum farina conspersa; calix breuis, quinquefidus; capsula globosa.*

PRIMVLA VERIS *Tourn.* 124. *Folia oblonga, rugosa; calix monophyllus, tubulosus, pentagonus, quinquedentatus; capsula oblonga.*

82. MENYANTHES. *Tourn.* 117. *Linn.* Ed. V. n. 185. MENOANTHES *Hall. Helu.* 487. ACOPA *Moris. Hist. Oxon.* III. S. 5. T. 2. FIBERINVM *Siegesb.* 45. TRIFOLIVM FIBRINVM *offic.*

Calix monophyllus, paruus, persistens, quinquefidus; corolla infundibuliformis, profundius quinquefida, laciniis retroflexis, pilis crispis interius obsitis; stigma bifidum; capsula oblonga, vnilocularis, bifariam dehiscens; semina plurima subrotunda.

NYMPHOIDES *Tourn.* 154. *a Linnaeo huc recte refertur, cum in essentialibus non nisi leuissima differentia inueniatur.*

83. SOLDANELLA. *Tourn.* 182. *Linn.* Ed. V. n. 182.

Calix paruus, quinquefidus, persistens; corolla campanulata, ore fimbriato; capsula cylindracea, vnilocularis, apice dehiscens; semina parua numerosa. *Radix perennis; folia rotunda minora, rigida.*

84. THE-

84. THEOPHRASTA. *Linn.* Ed. V. n. 190. ERESIA *Plum. G.* 8.

Calix persistens, paruus, semiquinquefidus; corolla campanulata, semiquinquefida, laciniis obtusis; capsula globosa, magna, vnilocularis; semina plurima subrotunda. *Caulis nudus, in apice frondosus.*

85. CHOMELIA. *Linn.* Ed. prior. n. 167.

Calix ouarium inuoluens, semiquinquefidus, persistens; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido, segmentis oblongis, reflexis; capsula vnilocularis, calice coronata; semina quatuor.

Genus hoc in Linn. Ed. V. *non reperitur.*

86. GALAX. *Linn.* Ed. V. n. 244. VITICELLA *Mitch. G.* 24.

Calix decaphyllus, foliolis alternis exterioribus, breuioribus, reflexis; corollae tubus cylindraceus, limbus quinquefidus, laciniis obtusis; antherae conniuentes; ouarium villosum; stylus semibifidus; capsula vnilocularis, biualuis; semina duo connata, quasi vnum bilobum.

87. PERVINCA. *Tourn.* 119. VINCA *Riv. et Linn.* Ed. V. n. 261.

Calix persistens, monophyllus, quinquefidus, segmentis gracilioribus; corolla infundibuliformis, ampla, ore pentagono, in quinque lacinias profundas oblique secta; ouaria duo, stylus simplex vtrique adhaerens, stigmate duplici; fructus sistit folliculos duos membranaceos, longitudinaliter dehiscentes; semina oblonga, non papposa. *Planta non lactescens, sarmentis longis repens.*

88. ECHI-

88. ECHITES. *Brown. Iam.* p. 182.

Calix paruus, pentaphyllus, foliolis angustis; corolla tubulosa, tubo longo angusto, quinque striis notato, limbo patente, in quinque lacinias, contra motum solis reflexas, secto; filamenta breuia tubo adnata, antherae conniuentes; glandulae quinque minores circa ouarium positae; stigma crassum, antheris agglutinatum; folliculi duo reflexi, vniualues; semina plurima papposa.

Habet cum familia APOCYNORVM *similitudinem; propter stylum simplicem vero huc posuimus; forte et congeneres, inprimis* NERIVM *hic deberent collocari. Ad* TABERNAEMONTANAM *retulit Linnaeus Syst. Nat. Edit. X. p.* 945.

89. STRAMONIVM. *Tourn.* 119. DATVRA *H. Eyst. Pl. Aut. fol.* 12. *Linn.* Ed. V. n. 218.

Calix monophyllus, tubulosus, pentagonus, quinquedentatus, in maturitate fructus prope basin ab orbiculari fundo persistente secedens; corolla infundibuliformis, tubo longo, limbo patente, quinqueplicato, et quinquedentato; stigma bilamellatum; fructus, plus minus spinosus, est capsula quadriualuis, bilocularis, quolibet loculo supra medium septo distincto, hinc quadrilocularis adparet; semina reniformia, thalamo magno affixa.

STRAMONIOIDES *Feuill. II. Tab. 46. capsula inermi differt.*

90. PORT-

90. PORTLANDIA. *Brown. Iam. p.* 164. *Linn. Syst. Nat. Edit X. n.* 1121.

Calix pentaphyllus, ouario insistens, foliolis oblongo lanceolatis; corolla infundibuliformis, tubo longo, limbo quinquedentato; antherae longissimae; capsula oblonga, quinque striis sulcata, calice coronata, bilocularis, biualuis; semina plurima subrotunda.

91. NICOTIANA. *Tourn.* 117. *Linn.* Ed. V. n. 220.

Calix monophyllus, semiquinquefidus, persistens; corolla infundibuliformis, limbo quinquedentato, et quinqueplicato; stigma capitatum; capsula oblonga, acuminata, bilocularis, apice dehiscens; semina exigua, thalamo pulposo, vtrinque septo adnato, adhaerentia.

PETVM *Riu. Rupp.* 24. PRIAPEIA *Knauth.* 56. *tubo corollae ampliore, breuiore, limbo paruo, modo plicato, nec non fructu subrotundo, a vulgari quidem, non autem generice differt; cum in aliis speciebus quoque tubus et limbus variare soleant.*

92. MYRSTIPHYLLVM. *Brown. Iam.* p. 152.

Calix minimus, monophyllus, quinquedentatus; corolla campanulata, quinquepartita; staminum filamenta breuia, hirsuta; stigma ampliatum, bilobum; fructus siccus, subrotundus, bilocularis, dispermus.

93. LISIANTHIVS. *Brown. Iam. p.* 157.

Calix pentaphyllus, foliolis angustis, acuminatis, carinatis, ad dorsum angulatis; corolla tubu-

tubulosa, tubo longo, inferne coarctato, sensim ampliato, limbo magno quinquefido, laciniis acutis; stamina longa, tubo accreta; stigma capitatum; capsula oblongo ouata, bilocularis, polysperma.

94. SPIGELIA. *Linn.* Ed. V. n. 192. ARAPABACA *Plum. G.* 11. ANTHELMIA vulgo. ANTHELMENTHIA *Brown. Iam.* p. 156.

Calix monophyllus, quinquefidus, persistens; corolla infundibuliformis, tubus calice multum longior, inferius angustus, limbus quinquefidus, segmentis acutis; fructus ex binis capsulis globosis constat; semina minima multa.

95. RONDELETIA. *Plum. G.* 15. *Linn.* Ed. V. n. 206.

Calix ouarium cingens, monophyllus, quinquefidus, persistens; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido, laciniis subrotundis; capsula subrotunda, bilocularis, coronata; semina exigua.

96. QVINQVINA. *Condam. Act. Paris.* 1738. *p.* 319. CINCHONA *Linn.* Ed. V. n. 208.

Calix monophyllus, minimus, persistens, quinquedentatus; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido, laciniis acutis; stigma crassum simplex; capsula calice coronata, bifariam dehiscens, bilocularis; semina oblonga, compressa, thalamo imbricatim adnata, marginata.

Deficit interdum quinta pars numeri in flore.

97. CHI-

97. CHIRONIA. *Linn.* Ed. V. n. 227.

Calix persistens, monophyllus, quinquefidus, segmentis acutis; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido, laciniis ouatis; stamina ex orificio tubi, antherae conniuentes; stylus declinatus, capitatus; capsula bilocularis; semina exigua.

In quibusdam speciebus Linnaeus assumit fructum pulposum, habetque speciem corolla duodecemfida.

98. MITREOLA. *Linn.* Ed. prior n. 234.
MITRA *Houst.* OPHIORHIZA *Linn.*
Ed. V. n. 193.

Calix monophyllus, quinquedentatus, persistens; corolla infundibuliformis, quinquedentata; ouarium bifidum; stylus stigmate duplici terminatus; capsula erecta, lata, bipartita, bilocularis, introrsum dehiscens; semina exigua.

Linnaeus in prior. Edit. aliam definitionem dedit, et ad digynias retulit plantam.

99. ROELLA. *Linn.* Ed. V. n. 202.

Calix ouarium cingens, persistens, quinquefidus, segmentis magnis, dentatis; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido, squamulae quinque ad orificium tubi, quibus stamina adhaerent; stigma duplex; capsula cylindracea, bilocularis, calice coronata; semina plurima.

100. CAMPANVLA. *Tourn.* 108. *Linn.* Ed. V. n. 202.

Calix quinquefidus, ouarium in se recipiens; corolla campaniformis, quinquefida in margine, tubo

tubo non perforata; basis filamentorum staminum amplior inflexa; stigma tripartitum; fructus angulosus, plerumque trilocularis, quolibet loculo parte inferiori per maturitatem aperto; semina parua copiosa.

SPECVLVM VENERIS *Raj.* 85. SPECVLARIA *Heist. Syst.* 8. *Fabric.* p. 121. PENTAGONIA *Moehring.* 76. *Corolla magis expansa, fere rotata, et fructu longo quinqueloculari:*

MEDIVM *Raj.* p. 85. VIOLA MARIANA *vulgo. Fructu quinquecapsulari, calicis laciniis reflexis tecto, a* CAMPANVLA *differunt.*

MACROCNEMVM *Brown. Iam.* p. 165. *filamentis staminum villosis, inferne corollae adnatis; capsula inuerse conica, biloculari et seminibus imbricatim positis gaudet, et forte huc referri posset.*

101. IASIONE. *Linn.* Ed. V. n. 896.

Calix communis decaphyllus, foliolis alternis inferioribus, persistens; calix proprius quinquedentatus, ouario insidens, persistens; corollae laciniae lanceolatae, erectae; antherae basi connexae; stigma bifidum; capsula subrotunda, calice proprio coronata, bi vel trilocularis; semina parua.

Ad RAPVNCVLVM *retulit Ludw. Def. G. n.* 276.

102. TRACHELIVM. *Tourn.* 130. *Linn.* Ed. V. n. 204.

Calix minor, ouarium arcte cingens, quinquefidus; corolla infundibuliformis, tubo tenuissimo, longo, limbo paruo, quinquefido; stylus longissimus, stigma globosum; fructus trigonus, trilocularis; semina exigua.

103. PO-

103. POLEMONIVM. *Tourn.* 146. *Linn.* Ed. V. n. 200.

Calix monophyllus, tubulosus, quinquefidus, persistens; corolla tubo breuissimo instructa, quinquefida, fere irregularis; filamenta staminum inferne latiora, introrsum flexa, tubum corollae instar valuularum claudunt; stigma per maturitatem trifidum; capsula subrotunda, triualuis trilocularis; semina exigua. *Folia alterna pinnata.*

104. DIAPENSIA. *Linn.* Ed. V. n. 178.

Calix pentaphyllus accessoriis quibusdam foliolis ad basin vestitus; corolla hypocrateriformis, tubus amplior, limbus quinquefidus, laciniis obtusis; stamina in interstitiis laciniarum; stigma obtusum; capsula trilocularis, triualuis; semina subrotunda, plura.

105. CONVOLVVLVS. *Tourn.* 82. *Linn.* Ed. V. n. 198.

Calix quinquefidus, externo bifolio interdum accedente auritus; corolla infundibuliformis, vel campaniformis, limbo repando, plicato, vix dentato; filamenta staminum basi plerumque latiora; stigma duplex; capsula vt plurimum trilocularis, raro quadri vel vni locularis; semina angulosa. *Folia alterna, saepius lactescentia, caulis volubilis.*

CONVOLVVLOIDES *Heist.* 1730. *p.* 37. *species sistit non volubiles.*

SCAMMONIVM SOLDANELLA *et* TVRPETHVM *officinarum species sunt* CONVOLVVLI.

QVAMOCLIT *Tour.* 116. IPOMAEA *Linn. Ed. V. n.* 199. *vix distinctum esse potest genus. Inter corollam enim infundibuliformem, tubo longissimo instructam et campaniformem in speciebus nulli dantur limites, et stigmatum numerus variat, hinc species* CONVOLVULI, *simplici, duplici triplicique,* IPOMAEAE *etiam triplici capitatoque instructae inueniuntur. Conjunctionem horum generum suasit Hallerus Goett.* 205. *et hunc omnino sequamur.* CONVOLVULO *stigma duplex* QVAMOCLIT *capitatum adscripsit Linnaeus et Zinnius p.* 238. *habet vero Linnaeus speciem stigmatibus binis Spec. I. p.* 161.

VOLVBILIS *Dill. H. Elth. p.* 318. *quam Linnaeus in Prior. Edit. n.* 157. *ad* CONVOLVVLUM, *in Edit. V. vero ad* IPOMAEAM *reduxit, huc pertinet, et conjunctionem horum generum egregie confirmat.*

106. PHILYCA. *Linn.* Ed. V. n. 236. ALATERNOIDES *Boerh. II.* 214.

Calix triphyllus, persistens; corolla imperforata, tubo conico, limbo quinquepartito vel quadripartito; squamulae stamina munientes; fructus tricoccos, siccus; semina subrotunda. *Folia alterna, semper virentia; flores in capitula collecti.*

107. LYCHNIDEA. *Dill. H. Elth. p.* 203. PHLOX *Lin.* Ed. V. n. 197.

Calix brevis, monophyllus, quinquedentatus, angulatus, persistens; corolla infundibuliformis, tubo longo, incuruo, limbo quinquefido; stamina inaequalia; stigma trifidum; capsula

la trigona, trilocularis, triualuis, trifperma. *Habitus Lychnidis; folia oppofita.*

108. SYMPHORICARPOS. *Dill. H. Elth. p.* 371.

Calix ouarium arcte cingens, quinquedentatus; corolla campaniformis, femiquinquefida; capfula quadrilocularis; femina folitaria, grani milii magnitudine. *Folia oppofita; flores alares.*

Ad LONICERAM *refert Linn. Ed. V. n.* 210.

109. AZALEA. *Linn.* Ed. V. n. 195. *Hall. Helv.* 416.

Calix paruus, quinquedentatus, ftellatus, coloratus, perfiftens; corolla major, ex bafi angufta ampliata, campaniformis vel infundibuliformis, quinquefida, laciniarum lateribus inflexis; capfula quinquelocularis, quinqueualuis; femina parua, fubrotunda.

CHAMAERHODODENDROS *Tourn. quaedam fpecies huc pertinent.*

110. CEDRELA. *Brown. Iam. p.* 158. *Linn. Syft. Nat.* Ed. X. n. 1124. CEDRO *Loefl.*

Calix monophyllus, minimus, quinquedentatus; corolla infundibuliformis, quafi pentapetala, tubo inferne ventricofo, laciniis erectis, ad tertiam partem thalamo adnatis; thalamus quinquangularis, ouarium fufcipit globofum; ftigmate capitato terminatum; capfula ouata, quinquelocularis, quinqueualuis; thalamo columnari, pentagono, adhaerent femina inferne compreffa, fuperne membranacea, alata.

Huc pertinet MAHAGONY *lignum.*

111. AHOVAI. *Tourn.* 658. *Plum. G.* 20.
THEVETIA *Linn. Ed. prior. n.* 214.

Calix minor, quinquefidus; corolla infundibuliformis, limbus latior, quinquefidus; fructus carnosus quasi pyriformis, brevis, compressus, officulo fere trigono foetus, quod semen oblongum continet.

Hoc genus Linnaeus Ed. V. n. 260. *cum* CERBERA, *quam Edit. prior. n.* 215. *separatim exhibuit, conjunxit, retinuitque et* CERBERAE *nomen, et definitionem, quae ita se habet: Calix pentaphyllus, deciduus; corolla infundibuliformis, tubo clauato, superius quinquangulari, limbo magno quinquepartito; stigma capitatum; fructus magnus, subrotundus, carnosus, sulco excauatus, bilocularis; nuces solitariae compressae.*

112. MATTHIOLA. *Plum. G.* 16. *Linn.* Ed. V. n. 1101.

Calix triphyllus, brevis, persistens, ouario insistens; corolla infundibuliformis, e tubo angusto sensim ampliata in limbum crenatum; bacca mollis, nuce globosa foeta.

113. MORINDA. *Vaill. Act. Par.* 1722. *p.* 202. *Linn.* Ed. V. n. 212. ROIOC. *Plum. G.* 11.

Calix vix conspicuus; corolla infundibuliformis, ouario insidens, tubo sensim ampliato; limbo sexfido, segmentis acutis; stigma bifidum; bacca angulosa, minor, vnico semine foeta. *Flores in globum collecti, sessiles.*

PHILLYREASTRVM *Vaill. Act. Par.* 1722. *Linnaeus huc refert, ast vel florem tetrapetalum, vel*

vel ad minimum quaternarium partium numerum ostendit.

114. COLLOCOCCVS. *Brown. Iam. p.* 167.

Calix paruus, monophyllus, campanulatus, tri- vel quinque dentatus, persistens; corolla ad basin fere quinquefida, laciniis ouatis; filamenta staminum hirsuta, corollae inferne adnata, laciniis ejus opposita; stylus in quatuor inaequalia stigmata diuisus; bacca subrotunda, oblique et lateraliter aucta, nucleo vnico bilobo foeta.

115. RAVWOLFIA. *Plum. G.* 40. *Linn.* Ed. V. n. 259.

Calix minimus, quinquedentatus, persistens; corolla infundibuliformis, tubo cylindraceo, basi globoso, limbo quinquefido, laciniis subrotundis, emarginatis; stigma capitatum; bacca vnilocularis; semina duo cordata.

116. COFFEA. *Linn.* Ed. V. n. 209. COFFÉ *Iuss. Act. Paris.* 1713. *p.* 292.

Calix ouarium recipiens, quinquedentatus; corolla infundibuliformis, quinquefida; stigmata duo; bacca subrotunda; semina bina, hinc gibba, inde plana, membrana inuoluta. *Folia Castaneae vel Lauri majora.*

117. PSYCHOTROPHVM. *Brown. Iam. p.* 160. PSYCHORIA *Linn. Syst. Nat. Edit. X. n.* 1122.

Calix monophyllus, tubulosus, quinquedentatus, corolla tubulosa, tubus fere aequalis, bre-

vissimus, limbo quasi rotato vel erecto, quinquepartito; stamina breuia, stylus apice bifidus, stigmata nunc oblonga, nunc cirrhosa reflexa, vel vaginata, vel simplicia; bacca subrotunda, calice tecta et coronata, bilocularis; nucleis duobus hemisphaericis foeta.

118. CHIOCOCCA. *Brown. Iam.* 164. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1120.

Calix quinquedentatus, ouario insistens, persistens; corolla tubulosa, quinquepartita, laciniis acutis, reflexis; stigma bifidum; bacca subrotunda, compressa, calice coronata, bilocularis, seminibus duobus foeta.

A Linnaeo in spec. I. p. 175. *ad* LONICERAM *refertur.*

119. SEBESTENA. *C. B. Pin. Dill. H. Elth. p.* 320. CORDIA *Plum. G.* 13. *Linn.* Ed. V. n. 228. MYXA *Boerh. II.* 246.

Calix monophyllus, tubulosus, tridentatus, persistens, corolla infundibuliformis, limbo vt plurimum quinquefido; stylus superne bifidus, stigmatibus denuo diuisis; fructus carnosus, pruniformis, calice exceptus, pedunculo longo insistit; nux oblonga, sulcata, bi vel trilocularis, in singulo loculo nucleus vnus.

GERASCANTHVS *Brown. Iam. p.* 170. *sistit* CORDIAE *vel* SEBESTENAE *species, quae calicem tri-quadri vel quinquecrenatum; corollam marcidam persistentem; stamina quinque et nucem quadrilocularem habent.*

CORDIA *Brown. Iam. p.* 202. *habet calicem tridentatum; corollam sexpartitam; stamina sex; stylum*

stylum superne bifidum; fructum quadrilocularem.

120. TOVRNEFORTIA. *Linn.* Ed. V. n. 176. PITTONIA *Plum. G.* 5.

Calix ouarium cingens, quinquefidus, persistens; corolla infundibuliformis, tubus basi globosus, limbus semiquinquefidus, segmentis acutis, bacca globosa bilocularis; semina duo oblonga.

121. VALDIA. *Plum. G.* 14. OVIEDA *Linn.* Ed. V. n. 705.

Calix monophyllus, quinquefidus, ouarium cingens; corolla tubulosa, longissimo ouario insistens, tripartita, fere aequalis; bacca turbinata, duobus seminibus oblongis foeta.

Linnaeus corollam bilabiatam, et stamina quatuor describit, quod cum icone Plumerii non convenit.

122. ALATERNVS. *Tourn.* 595.

Calix nullus, corolla infundibuliformis, imperforata, limbo quinquefido; stigma trifidum; bacca subrotunda, tria vt plurimum semina continet.

Ad RHAMNVM *retulit Linnaeus. vid. Class. Plant. Flor. Pentapetalo.*

123. CHRYSOPHYLLVM. *Linn.* Ed. V. n. 233. CAINITO *Plum. G.* 10.

Calix pentaphyllus, paruus, persistens; corolla campanulata, limbo decemfido, laciniis

alternis erectis et patulis; bacca magna oblonga, vnilocularis; semina tria, ossea.

Brownius Iam. p. 171. stigma obtusum radiatum, corollam modo quinquefidam, baccam autem decem locularem, totidem seminibus, nonnullis vero semper abortiuis, foetam descripsit.

124. SIDEROXYLVM. *Dill. H. Eltham. p.* 357. *Linn.* Ed. V. n. 234.

Calix semiquinquefidus, paruus, persistens; corolla quinquefida, denticulis serratis quinque laciniis petali interpositis; bacca subrotunda, vnilocularis; semina quatuor.

125. MVSSAENDA. *Burm. Zeyl* 165. *Linn.* Ed. V. n. 214.

Calix persistens, pentaphyllus, foliolis linearibus; corolla infundibuliformis, tubo longo, tenui, hirsuto, limbo quinquefido; stigma duplex; fructus oblongus, succulentus, coronatus; semina copiosa, in quatuor phalangas digesta.

126. BÜTTNERIA. *Brown. Iam. p.* 168.

Calix minor, campanulatus, quinquedentatus, corolla tubulosa, superne parum ampliata, in quinque lacinias lanceolatas secta; filamenta breuissima, antherae fere corollae adnatae, pomum globosum, coronatum, vniloculare, linea longitudinali interne bifariam sulcatum, semina plurima.

127. AL-

127. ALKEKENGI. *Tourn.* 105. *Hall-Goett* 214. PHYSALIS *Linn.* Ed. V. n. 223. HALICACCABVM *Siegesb.* 51.

Calix monophyllus, campaniformis, quinquefidus; corolla ex tubo breui expanſa, quodammodo campaniformis, laciniis quinque latis, plus minus profundis, plicatis; ſtamina libera; fructus pulpoſus, globoſus, bilocularis, ſeminibus planis plurimis foetus, in veſica, ex calice ampliato, ſuperius conniuente, enata, complexus.

128. PHYSALODES.

Calix monophyllus, ad baſin quinquefidus, quinquangularis, laciniae ſingulae vtrinque inferius appendicibus ſagittatis auctae; corolla ex breuiſſimo tubo campanulata, margine quodammodo plano, in quinque latas lacinias minus profunde diuiſo; ſquamulae quinque tubo corollae accretae, ſtellulam ſiſtentes; filamenta ſtaminum inferne latiora, introrſum flexa, ouarium tegunt, dein recta aſſurgunt; ſtylus ſtaminibus breuior, ſtigma orbiculare; calix auctus, angulis arcte clauſis, fructum inuoluit, qui capſula potius eſt quam bacca, nulla pulpa praeditus, externe quatuor lineis, cruciatim ſulcatus, non dehiſcens, quadrilocularis, raro trilocularis; ſemina compreſſa, thalamo magno quadri-raro tripartito adhaerent.

Siſtimus hoc genere ALKEKENGI *flore amplo violaceo Feuill. Tab.* 16. *Ab* ALKEKENGI *figura corollae, ſtaminibus diſtantibus, calice et fructu differre, ipſe monet Linnaeus ſpec. I. p.* 181. *hinc ad* ATROPAM *reduxit. Verum et iisdem chara-*

ctteribus ab hoc genere recedit, et omnino singulare constituit genus.

HEISTERIA *Siegesb.* PENTAGONIA *Heist. Fabric. p.* 184. *huc pertinet.*

129. SOLANVM. *Tourn.* 148. *Linn.* Ed. V. n. 224.

Calix persistens, monophyllus, quinquefidus, corolla ex tubo breui ampliata, fere rotata; plus minus profunde quinquefida, antherae conniventes, bacca bilocularis; semina plurima.

LYCOPERSICVM *Tourn.* 150. POMA AMORIS *Cam. Epit.* 821. *a Linnaeo et Hall. Goett. p.* 213. *ad* SOLANVM *refertur, et nonnisi calice ac corolla saepius multifidis, fructu in plurimos cellulas, seminibus planis foetas, diuiso, ab eodem differt.*

MELONGENA *Tourn.* 151. MALA INSANA *Dod.* 458. OVARIA *Heist. Fabric. p.* 193. *cujus fructus carnosus major est, et seminibus reniformibus, sine ordine nidulantibus, praeditus, ab iisdem Auctoribus bene huc reducitur.*

PSEUDO CAPSICVM *Dod. p.* 718. f. AMOMVM *Plinii, nec non* DVLCAMARA *Siegesb. p.* 42. *et* SOLANASTRVM *Heist. Fabric. p.* 194. *verae sunt* SOLANI *species.*

130. CAPSICVM. *Tourn.* 152. *Linn.* Ed. V. n. 225.

Calix persistens, monophyllus, quinquefidus; corolla cum solano conuenit; fructus variae figurae, cauus, sub cuticula densa pulpam exsuccam et semina plurima reniformia continet.

131. MAN-

131. MANDRAGORA. *Tourn. 76. Linn.* Ed. V. n. 221.

Calix monophyllus, magnus, quinquangularis, ſemiquinquefidus, perſiſtens; corolla campaniformis, profunde quinquefida; ſtamina arcuata, baſi villoſa; ſtigma capitatum; bacca magna, globoſa, bilocularis; ſemina plurima, reniformia, *Radix craſſa, pedunculi florum cum foliis ex radice orti.*

Ad ſequens genus retulit Linn. Syſt. Nat. Ed. X. p. 933.

132. BELLADONNA. *Tourn. 77. Hall. Helv. 506.* ATROPA *Linn.* Ed. V. n. 222.

Calix perſiſtens, monophyllus, ſemiquinquefidus; corolla ex tubo breui, anguſto ampliata, fere campaniformis, limbus paruus, quinquefidus, fere irregularis; ſtamina [illegible] conniuentia, ſuperne diuergentia, arcuata; [illegible]s inclinatus; ſtigma capitatum; bacca gl[illegible] bilocularis; ſemina plurima, reniformia.

133. STRYCHNVS. *Linn.* Ed. V. n. 226.

Calix quinquefidus, minimus, deciduus; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido, ſegmentis acutis; bacca magna, globoſa, ſub fragili integumento pulpam continens; ſemina orbicularia, depreſſa, villoſa.

NVX VOMICA *offic. huc pertinet.*

134. CE-

134. CESTRVM. *Linn.* Ed. V. n. 231. HEDIVNDA *et* PARQVI *Feuill. II.* 25. *et* 32. HORSTIA *Heist. Syst.* 15.

Calix breuis, tubulosus, quinquedentatus, corolla infundibuliformis, vel campanulata, tubo longissimo, limbo plano, quinquefido; filamenta staminum tubo adnata, in medio denticulo notata; bacca ouata, vnilocularis; semina subrotunda.

LYCIVM *Linn. Ed. V. n.* 232. *Calix et corolla vt in* CESTRO; *filamenta inclinata, non denticulata; bacca bilocularis; huc retulit Ludwig Def. G. n.* 92.

IASMINOIDES *Dill. G.* 159. *Mich. p.* 224. *vtrumque genus conjungit.*

135. BRVNFELSIA. *Plum. G.* 12. *Linn.* Ed. V. n. 230.

Calix persi[illegible]s, campanulatus, quinquedentatus; coro[illegible]ndibuliformis, tubo longissimo, limbo q[illegible]fido; bacca globosa vnilocularis; semina [illegible]otunda.

136. OPHIOXYLON. *Linn.* Ed. V. n. 1011.

Calix minimus, quinquedentatus; corolla infundibuliformis, tubo longo, tenui, limbo quinquepartito; stamina breuissima in medio tubi; stigma capitatum; bacca didyma, bilocularis; semina solitaria.

Dantur, notante Linnaeo, et flores mares in eadem planta, qui in ore corollae nectarium cylindraceum gerunt, et in eodem duo modo stamina.

137. GE-

137. GENIPA. *Plum. et Tourn.* 658. *Linn.* Ed. V. n. 229.

Calix ouarium amplectens, margine breui, integro; corolla infundibuliformis, tubo breui, limbo magno, quinquefido; filamenta reflexa; antherae conniuentes; fructus ouatus, carnosus, bilocularis; semina multa, plana.

THEVETIAM *dixerat Linnaeus in prima Generum editione.*

138. VARRONIA. *Brown. Iam. p.* 172. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1118.

Calix persistens, monophyllus, campanulatus, in quinque lacinias reflexas diuisus; corolla tubuloso campanulata, quinque crenata; stigmata quatuor; bacca bilocularis; nuclei subrotundi biloculares, dispermi. *Flores in capitulum collecti.*

Linnaeus ad LANTANAE *species reduxerat. In icone Brownii tria modo adparent stigmata; et Linnaeus baccam vnilocularem nucleumque quadrilocularem describit.*

139. EHRETIA. *Brown. Iam. p.* 168. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1119.

Calix monophyllus, quinquedentatus, minimus, persistens; corolla campanulata, ad medium fere in quinque lacinias reflexas secta; stylus leuiter bifidus, bacca bilocularis, binis nucleis bilocularibus et dispermibus, hinc conuexis, inde planis, foeta.

140. BEU-

140. BEURERIA. *Brown. Iam. p.* 169.

Calix monophyllus, quinquefidus; laciniis aliquando inaequalibus; corolla tubulosa, tubo calice longiore, limbo in quinque obtusas, patentes lacinias secto; stamina tubo accreta; stylus apice bifidus; bacca quatuor nucleis bilocularibus referta, nucleis externe sulcis membranaceis, oblique dispositis, ornatis.

Ad CORDIAM *retulit Linn. Syst. Nat. Ed. X. p.* 936.

141. MYRSINE. *Linn.* Ed. V. n. 238.

Calix persistens, paruus, quinquepartitus; corolla campanulata, semiquinquefida; stamina medio flori sub segmentis inserta; stigma trifidum, fimbriatum, extra corollam pendulum, bacca subrotunda, quinquelocularis; semina solitaria. *Flores congesti, alares.*

142. ERITHALIS. *Brown. Iam. p.* 165. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1123.

Calix subrotundus, truncatus, cyathiformis, minimus, corolla in quinque lacinias lineares ad basin fere secta, stigma acutum; bacca decem locularis, globosa, coronata, seminibus pluribus referta.

143. PATAGONICA. *Dill. H. Elth. p.* 306. PATAGONULA *Linn.* Ed. V. n. 191.

Calix minimus, quinquedentatus; corolla rotata, quinquepartita; stylus semibifidus, stigmatibus denuo semibifidis; fructus insidens calici maximo

ximo, laciniis longis emarginatis praedito; fructus natura ignota.

Habitat in Patagonica; vnde vtrumque nomen non bene desumptum.

2. *DISTYLAE.*

144. GOMPHRENA. *Linn.* Ed. V. n. 279.

AMARANTHOIDES *Tourn.* 654. CARAXERON *Vaill. Act. Parif.* 1722. *p.* 193.

Flores in capitulum squamosum collecti, quilibet inter tria foliola imbricata, calice proprio persistente quinquepartito inuolutus haeret; corolla parua, quinquepartita, *nectarium a Linnaeo dicta;* semen subrotundum, calyptra inuolutum, plerumque aduncum.

Ad monopetalos compositos tubulosos flores forte referri debere, monuit Ludw. Def. G. n. 96.

145. CRESSA. *Linn.* Ed. V. n. 277. ANTHYLLIS *Alp. Exot.* 157. *Magn. Char.* 212.

Calix persistens, pentaphyllus; corolla tubulosa, inferne ventricosa, limbo quinquepartito; capsula ouata vnilocularis, biualuis; semen vnicum oblongum.

Ad QVAMOCLIT *retulit Tourn. Cor. p.* 4.

146. GENTIANA. *Tourn.* 80.

Calix persistens, monophyllus, semiquinquefidus, quinquangularis; corolla vel campaniformis, profunde quinquefida, vel calathoidea, quinquedentata; capsula acuminata, vnilocularis, biualuis, bicornis; semina orbiculata, vt plurimum margine cincta.

Nume-

Numerus partium et figura maxime variat; corolla vel patens, vel villis clausa, campaniformis, infundibuliformis, limbo plicato, stellato, etiam quadrifido, laciniis aliis quandoque interpositis; antherae liberae vel connatae; solus fructus perpetuo idem est. Hinc diuersa constituta fuerunt genera:

GENTIANELLA *Riu. Rupp. p. 21. flore calathoideo distinguitur, verum incerti sunt figurae in corolla limites.*

GENTIANA *Linn. Ed. V. n.* 285. *conjungit* GENTIANAM *et* CENTAVRIVM MINVS *Tourn. distinguit vero* SWERTIAM *n.* 284. *quae in singula corollae magis rotatae lacinia ad basin duo tubercula, villis cincta obtinet; nectaria vero in vna specie subtus corniculata sunt.*

CENTAVROIDES *Moehr. p.* 109. *et* GENTIANOIDES *Feuill. III. p.* 20. *corollam habet quadrifidam.*

PNEVMONANTHE *Gleditsch. Act. Berol.* 1751. *p.* 158. *illas sistit* GENTIANAE *species, quarum antherae in cylindrum coalitae sunt.*

SEGVIERIA *Manet. Vir. p.* 53. *est* CENTAVREI *species, calice et corolla octofidis.*

Hallerus Helv. p. 473. *Hort. Goett.* 199. *nec non Zinnius p.* 249. *haec omnia genera nomine* GENTIANAE *conjungunt, nos* CENTAVRIVM *propter fructum bilocularem, et stylum simplicem, stigmate spongioso terminatum, distinguimus.*

147. CENTAVRIVM. *Centaurium minus Tourn.* 122.

Calix monophyllus, breuis, in quinque segmenta acuta diuisus; corolla infundibuliformis, quin-

quinquefida; capsula cylindracea, bilocularis; semina exigua.

148. APOCYNVM. *Linn.* Ed. V. n. 269.

Calix vel minimus, vel nullus, quinquedentatus; corolla campaniformis, semiquinquefida; stamina minima; ouaria bina, stylis breuibus instructa; fructus duplex, vnilocularis, vniualuis, membranaceus; semina compressa, papposa, squamatim posita. *Planta lactescens.*

Linnaeus in cit. loc. descripsit etiam nectarium, ex corpusculis quinque ouarium ambientibus, et setis totidem compositum, quod eo lubentius etiam assumimus, quo saepius insecta, ex hausto floris succo mortua, obseruauimus.

APOCYNVM *fl. Lilii conuallium est* APOCYNASTRVM *Heisteri, Fabric.* 139.

149. ASCLEPIAS. *Linn.* Ed. V. n. 270.

Calix minimus, quinquedentatus; corolla quinquefida, plana, vel reflexa; nectaria quinque caua, aurita, cum corniculis; stamina parua corpusculo conico truncato adnata; ouaria bina stylis breuissimis instructa; capsulae duae vniloculares, vniualues; semina vt in Apocyno. *Planta lactescens vel non lactescens.*

BEIDELSAR *Knaut.* 47. *et*

VINCETOXICVM *offic. huc pertinent.*

150. CYNANCHVM. *Linn.* Ed. V. n. 268.

Nectario cylindraceo, orificio quinquedentato ab Asclepiade differt.

APOCYNVM *Tourn.* 91. *tria haec genera, ob lacteum plantae succum, conjuncta sistit, quae Hallerus Hort. Goett.* 227. *ita diuidit, vt* ASCLEPIAS *absque nectario sit,* APOCYNVM *quinque nectaria habeat. Vellemus lubenter vel ideo Cl. Virum sequi, cum in* ASCLEPIADIS *inprimis speciebus nectaria diuersam habeant formam et structuram, nisi et in* VINCETOXICO, *et* APOCYNO *fl. Lilii conuallium, quae ad* ASCLEPIADEM *suam retulit Hallerus, etiam vera nectaria adessent.*

151. STAPELIA. *Linn.* Ed. V. n. 271.

GRASSA *Riu. Rupp.* 26. STISSERIA *Heist. Cat.* 1730. *p.* 36. MELEAGRIS *Siegesb.* 73. *Fritillaria crassa Hortulanorum.*

Calix persistens, minor, quinquefidus; corolla rotata, quinquepartita; nectarium stellatum, quinquefidum; stamina et styli stellula singulari tecta; reliqua vt in Asclepiade. *Folia crassa, quadrangularia, in marginibus dentata.*

Nectarium copiose et accurate descripsit Hallerus Goett. p. 228.

152. PERIPLOCA. *Linn.* Ed. V. n. 267.

Calix persistens, minor, quinquefidus; corolla fere rotata, profunde quinquefida, laciniis obtusis; nectarium quinque sistit foueas, totidem filamentis arcuatis interpositis ornatas; reliqua cum Asclepiade conueniunt. *Planta lactescens, scandens.*

Stylus in flore vix duplex, simplex potius adparet.

153. NE-

153. NERIVM. *Tourn.* 604. *Linn.* Ed. V. n. 262. RHODODENDRON *Dod.* 851.

Calix persistens, paruus, quinquefidus; corolla infundibuliformis, orificio tubi corona villosa, lacera, nectarium dicta, instructo, laciniis magnis, profundis, obliquis; antherae sagittatae, conniuentes, filo terminatae; ouarium breuibus stylis instructum; fructus cum praecedentibus conuenit. *Rami et surculi trichotomi; folia rigida, ad singulos nodos terna.*

Linnaeus scribit: stylum nullum, stigmata modo simplicia adesse; ex ouario autem verus surgit stylus longus, simplex, longitudinali linea diuisus, duplici circulari eminentia coronatus.

154. PLVMERIA. *Tourn.* 659. *Linn.* Ed. V. n. 263.

Calix et corolla Nerii, tubus vero corollae non coronatus; antherae conniuentes; fructus sistit folliculos duos, utrinque reflexos; semina foliata, non papposa, squamatim posita. *Planta lactescens.*

155. CEROPEGIA. *Linn.* Ed. V. n. 266.

Calix minimus, quinquedentatus, persistens; corolla e basi globosa in tubum extensa, limbo quinquefido, laciniis acutis, apice conniuentibus, stylus vix vllus, stigmata duo; fructus sistit siliquas binas, longissimas, rectas, vniloculares, vniualues; semina imbricata, papposa, continentes.

156. TABERNÆMONTANA. *Plum.* G. 18. *Linn.* Ed. V. n. 265.

Calix persistens, minimus, monophyllus, campanulatus, quinquedentatus; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido, laciniis angustis, obliquis; fructus sistit capsulas duas vniloculares, vniualues, horizontaliter flexas; semina oblonga, imbricata, pulpa inuoluta.

CAMERARIA *Plum. G.* 18. *Linn. Ed. V. n.* 264. *capsulis ad basin vtrinque lobatis differt, et naturae ac Burmanni Fasc. III. Plant. Plum. p.* 61. *auctoritate, huc referatur: in familia enim harum dicarparum plantarum fructus figura multum variat.*

3) *TRISTYLAE.*

157. VIBVRNVM. *Tourn.* 607. *Linn.* Ed. prior. n. 292.

Calix exiguus, monophyllus, quinquedentatus, ouarium amplectens; corolla ex breuissimo tubo ampliata, quinquefida; bacca ouata, monopyrena. *Flores in corymbo.*

TINVS *Tourn.* 607. *Linn. Ed. prior. n.* 291. *accurate cum priori conuenit, et huc referatur.*

158. OPVLVS. *Tourn.* 607. *Linn.* Ed. prior. n. 293. SAMBVCVS AQVATICA *Rai.* 151.

Flores, in corymbi margine positi, calicem paruum, quinquedentatum, et corollam planam, quinquefidam, sine staminibus et stylis ostendunt; medii autem eorumque fructus cum viburno conueniunt.

OPV-

OPVLVS *in hortis cultus vix vllum florem perfectum, corollam vero auctam ostendit.*

VIBVRNVM *Linn. Ed. V. n.* 332. *et Linn. p.* 209. *conjungit* VIBVRNVM, TINVM *et* OPVLVM *Tourn.*

159. SAMBVCVS. *Tourn.* 606. *Linn.* Ed. V. n. 334.

Calix ouarium continens, quinquedentatus; corolla rotata, concaua, quinquefida; bacca plerumque trisperma. *Rami medulla copiosa farcti.*

EBVLVS *Matth.* 874. *et Pont. Anthol. p.* 270. *caulo herbaceo differt.*

160. CASSINE. *Linn.* Ed. V. n. 333.

Calix quinquefidus persistens; corolla campanulata, patens, quinquefida; bacca trilocularis; semina oblonga, solitaria. *Folia conjugata; flores in corymbo.*

Ad PHYLLYREAM *retulit Dillenius H. Elth. p.* 315.

MAVROCENIAM *huc quoque reduxit Linnaeus.*

4. *PENTASTYLA.*

LIMONIVM, *vid. Fl. Pentapet. n.* 696.

E. HEXANTHERAE.

1. *MONOSTYLAE.*

161. RICHARDIA. *Houst. et Linn.* Edit. V. n. 397.

Calix monophyllus, ouarium cingens, sexfidus; corolla cylindracea, limbo sexfido, laci-

niis acutis; ſtylus tribus tubis inſtructus; ſemina tria anguloſa.

162. TILLANDSIA. *Linn.* Ed. V. n. 357.
CARAGVATA *Plum. G.* 10.

Calix monophyllus, trifidus, ſegmentis acutis, perſiſtens; corolla infundibuliformis, tubo longo, ventricoſo, limbo breui, trifido; ſtigma trifidum; capſula oblonga, trigona, acuminata, vnilocularis, triualuis; ſemina filo longo affixa.

163. HYPOXIS. *Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1127.

Calix nullus; corolla ouario inſiſtens, ſexpartita, laciniis ouatis, patentibus; ſtamina breuiſſima; capſula oblonga, corolla perſiſtente coronata, trilocularis, triualuis; ſemina plurima, ſubrotunda.

164. ALOE. *Tourn.* 366. *Linn.* Ed. prior. n. 343.

Calix nullus; corolla tubuloſa, inferius ventricoſa, ſuperius in ſex lacinias vel profundas, vel minus profundas, erectas vel reflexas diviſa; ouarium in aliis ſpeciebus infra, in aliis intra eandem poſitum; fructus cylindraceus, quodammodo hexagonus, vel trigonus, trilocularis; ſemina plana, in quolibet loculo duplici ſerie poſita. *Radix perennis, fibroſa vel tuberoſa; folia integra, vtplurimum craſſa, ſucculenta.*

ALOES *genus diuidit Linnaeus Edit. V. et* ALOEN *n.* 389. *dixit ſpecies africanas et aſiaticas, a quibus americanae, corolla magis regulari, ſtaminibus longioribus, et ouario infra receptaculum floris poſito, diffe-*

differunt, ex his nouum genus n. 390. AGAVE *constituit. Verum, nec* AGAVE *bonum nomen, cum idem significat ac mirabilis, nec nouum genus assumendum ideo, cum separatione specierum facta, plura constitui deberent genera.*

STAPELIA *Trew. Comm. Norimb.* 1744. *p.* 375. *sistit speciem floribus luteis, foetidis, corolla ex conglutinatis laciniis tubulosa, et fructu pyramidali praeditam. Optime cum reliquis conjungenda.*

165. YVCCA. *Boerh. II.* 132. *Linn.* Ed. V. n. 388. YVCA *Ponted. Anth.* 294. CORDYLINE *Roy.* 22.

Calix nullus; corolla campanulata, profunde sexfida; stylus fere nullus, stigma trifidum; fructus vt in Aloe. *Radix crassa, quasi tuberosa; folia angusta, longa, rigida, apice aculeata.*

166. NARCISSVS. *Tourn.* 353. *Linn.* Ed. V. n. 364.

Spatha membranacea, oblonga, compressa, in plano latere corollam per fissuram emittens; corolla tubulosa, partim in sex lacinias profundas, partim in tubum siue coronam, vel breviorem, vel longiorem, *nectarium a Linnaeo dictam*, extensa; stigma trifidum; ouarium sub corolla in spatha positum; fructus oblongus, trigonus, trilocularis; semina subrotunda. *Radix bulbosa, tunicata; folia linearia.*

167. PANCRATIVM. *Dill. H. Elth. p.* 299. *Linn.* Ed. V. n. 365.

Spatha compressa, plano latere dehiscens; ouarium sub flore; corolla profunde sexfida,

 ouario,

ouario adnata, ex quo surgit tubus non nihil ampliatus, angulosus, ore multifido, ex cujus angulis filamenta oriuntur, quae antheras versatiles gerunt; stigma simplex; capsula trilocularis, triualuis, seminibus globosis foeta. *Radix bulbosa.*

Ob magnam cum NARCISSO *conuenientiam huc collocauimus, licet Ludwig, Def. n. 728. ad hexapetalas eandem retulerit.*

168. CRINVM. *Linn.* Ed. V. n. 366.

Inuolucrum vniuersale bifolium, flores plures suscipiens; corolla tubuloso-ventricosa, inflexa, limbo sexpartito, laciniis angustis, carinatis, reflexis; stigma trifidum; capsula trilocularis; semina plurima.

HYACINTHO-BVTOMVS *Moehr.* 108. *nec non* TVLBAGHIA *Heist. in libell. de Brunswigia p.* 10. *huc pertinent.*

169. ASPHODELVS. *Tourn.* 343. *Linn.* Ed. V. n. 379.

Calix nullus; corolla stellata, profundius sexfida, *in officinali specie irregularis apparens;* stamina basi filamentorum ampla, quandoque barbata, versus ouarium flexa; stylus simplici stigmate, vel tribus globulis terminatus; capsula globosa, trilocularis, semina triquetra vel angulosa. *Radix ex multis tuberibus ab vno corpore pendulis, constans; flores spicati.*

170. CAMERARIA. *Lilio-asphodelus Tourn.* 344.

Calix nullus; corolla inferius tubulosa, profunde sexfida, liliacea, flexa, laciniis tribus interioribus

rioribus latioribus; ſtamina ad ductum corollae flexa; ſtylus in vna ſpecie flexus, in altera rectus; ſtigma triangulare; fructus ouatus, trilobus, trilocularis; ſemina ſubrotunda. *Radix Aſphodeli.*

Quo, CAMERARIA *Linn. ad* TABERNAEMONTANAM *n.* 155. *relata, Clariſſimi Botanici Ioach. Camerarii memoria et in viuis plantis conſeruetur, compoſitum Tournefortii nomen cum* CAMERARIA *commutauimus.*

HEMEROCALLIS *Linn. Ed. V. n.* 391. *hoc genus cum* LILIASTRO *Tourn. conjungit.*

171. HYACINTHVS. *Tourn.* 180.

Calix nullus; corolla tubuloſa, in ſex lacinias reflexas diuiſa; ad apicem ouarii tres pori nectariferi; capſula ſubrotunda, trigona, trilocularis; ſemina ſubrotunda. *Radix bulboſa tunicata; folia longa anguſta.*

HYACINTHOIDES *Heiſt.* 1732. *p.* 24. *laciniis corollae profunde ſectis differt, et huc debet referri.*

172. MVSCARI. *Tourn.* 347. MVSCARIVS *Siegesb.* 76.

Calix nullus; corolla breuis, vrceolata, ad oras in ſex crenas reflexas diuiſa; fructus, radix et folia vt in Hyacintho.

HYACINTHVS *Linn. Ed. V. n.* 385. *vtrumque genus conjungit.*

173. ALETRIS. *Linn.* Ed. V. n. 387.

Calix nullus; corolla perſiſtens, ſexangularis, maxime rugoſa, ſemi ſexfida, laciniis acuminatis,

 erectis;

erectis; stamina basi laciniarum inserta; stigma trifidum; capsula trilocularis; semina plurima.

Ad HYACINTHVM *retulit Gronov. Virg.* 38. *et cum modo corolla rugosa et staminum situ differat, forte et hic relinquenda.*

174. POLIANTHES. *Linn.* Ed. V. n. 384.
HYACINTHVS TVBEROSVS *Boerh. II.* 114.
TVBEROSA *Magn. Char.* 178. *Heist. Cat.* 1730. *p.* 39.

Calix nullus; corolla infundibuliformis, tubo incuruo, limbo in sex lacinias diuiso; stamina ex fauce corollae orta; stigma tripartitum; capsula oblonga, trilocularis; semina plana. *Radix tuberosa; folia radicalia angusta longa; caulis altus, foliis vaginantibus cinctus.*

175. HAEMANTHVS. *Tourn.* 657. *Linn.* Ed. V. n. 394.

Flores in vmbella, calice communi hexaphyllo cincta; calix proprius nullus; corolla tubo breui, segmentis sex gracilibus, longis, erectis, instructa; ouarium, sub flore positum, mutatur in capsulam trigonam, trilocularem; semina solitaria triquetra. *Bulbus radicis squamosus, saepe quasi bifoliatim confectus; caulis simplex, maculatus.*

DRACVNCVLOIDES *Boerh. II.* 266. *cui flos hexapetalus male attribuitur, huc referatur.*

176. RENEALMIA. *Plum. G.* 27. *Linn.* Ed. V. n. 358.

Calix triphyllus, deciduus; corolla infundibuliformis, limbo tripartito; stigma trifidum; capsu-

capſula oblonga, acuminata, trilocularis, triualuis, ſemina oblonga, filo affixa.

A TILLANDSIA *parum differt. An vtrumque genus potius conjungendum?*

177. LORANTHVS. *Vaill. Act. Par.* 1722. *p.* 201. *Linn.* Ed. V. n. 400.

Calix minimus, integer, duplex, alius cingens, alius coronans ouarium; corolla ſexangularis, laciniis anguſtis, reflexis; ſtamina alterna, breuiora; bacca ſubrotunda, vnilocularis; ſemina ſex anguloſa.

Ad LONICERAM *retulit Plum. G.* 17. *cujus etiam delineatio in Faſc. a Burmanno edit. Tab.* 166. *deſcriptioni datae non exacte conuenit; bacca enim monopyrena, ſtylusque ſurſum flexus, ibidem obſeruatur.*

178. POLYGONATVM. *Tourn.* 78. SALOMONIA *Heiſt. Syſt.* 5. *Fabric. p.* 20.

Calix nullus; corolla tubuloſo-ventricoſa, ſexfida; bacca trilocularis, globoſa, immatura maculata, ſeminibus ſubrotundis plurimis foeta. *Radix tuberoſa, repens; caulis ſimplex, multis foliis neruoſis veſtitus; flores alares.*

179. CONVALLARIA. *Ludw. Def. no.* 127. LILIVM CONVALLIVM *Tourn.* 77. LILIAGO *Vaill. Par.* 116. MAIANTHEMVM *Siegesb.* 70.

Calix nullus; corolla campaniformis, globoſa, ſexfida; bacca globoſa immatura maculata; ſemina plurima.

CON-

CONVALLARIA *Linn. Ed. V. n.* 383. *non solum hoc et praecedens genus, sed* VNIFOLIVM *quoque comprehendit et baccam immaturam maculatam pro generica communi nota adsumit.*

POLYGONATVM *Hall. Helv.* 286. *Goett.* 77. POLYGONATVM *et* CONVALLARIAM *conjungit,* VNIFOLIVM *vero excludit.*

180. PRINOS. *Linn.* Ed. V. n 398.

Calix monophyllus, semi sexfidus, persistens; corolla rotata, limbo sexpartito; bacca subrotunda, sexlocularis; semina ossea, solitaria.

2. *TRISTYLA.*

181. COLCHICVM. *Tourn.* 348. *Linn.* Ed. V. n. 415.

Calix nullus; corolla tubi tenuissimi forma ex radice oriunda, sex laciniis profundis, oblongis, concauis, erectis conspicua; ouarium radici adhaerens; fructus oblongus, trigonus, trilocularis; semina subrotunda. *Radix tuberosa, duplex, perpendiculariter conjuncta; folia post florem delapsum cum fructu prorumpentia.*

F. HEPTANTHERAE.

MONOSTYLAE.

182. TRIENTALIS. *Riv. Rupp.* 20. *Linn.* Ed. V. n. 419. ALSINANTHEMVM *Oelh. Dant.* 10. *Hall. Goett.* 203.

Calix persistens, multifidus, stellatus, laciniis angustis; corolla rotata, ad fundum usque multifida,

tifida, segmentis cuspidatis; *numerus partium septenarius vulgatissimus est*; stigma capitatum; capsula sphaerica, trifariam dehiscens; semina angulosa. *Folia in summo cauliculo velut in vmbella posita, ex quibus pedunculi florum oriuntur.*

183. HALESIA. *Brown. Iam. p. 205.*

Calix minor, monophyllus, tubulosus, fere truncatus, vel minutim dentatus; corolla tubulosa, tubo calice multum longiore, limbo patente, in quatuor vel plures obtusas lacinias secto; stamina vt plurimum septem, quandoque pauciora, breuissima, tubo adnata; stigma oblongum; bacca forte quadri vel multilocularis, seminibus solitariis referta, calice tecta. *Arbor, folia subtus argentea; spicae homomallae plures pedunculo longo insistentes.*

G. OCTANTHERAE.

1. MONOSTYLAE.

184. ERICOIDES. *Ludw. Def. n.* 131. ERICA *Rupp.* 90. *Linn.* Ed. V. n. 435. *Hall. Helv.* 418.

Quatuor foliola plantae florem instar calicis sustinent; calix proprius quadrifolius, corollam superans; corolla minor, profunde quadrifida, vt fere tetrapetala videatur, cum calice marcescens, persistens; antherae bicornes vel emarginatae; stigma tetragonum, quadrifidum; capsula depressa, minor, quatuor lineis exterius diuisa; semina tenuissima. *Planta semper virens; folia tenuissima; flores spicati.*

Hallerus

Hallerus capſulam octo lineis diuiſam et ſemina quatuor deſcribit.

Tournefortius ad ERICAM *retulit.*

TETRALIX *Tourn. 373. Hall. Helv. 415. Goett. 164. calicem ſimplicem quadrifolium; corollam breuiter quadrifidam, dolii forma; antheras connatas, harumque duas ariſtatas, et ſtigma craſſum obtinet et forte huc referri poſſet.*

185. HALIMVS. *Brown. Iam. p. 206.*

Calix bifolius, minimus; corolla campanulata, in quinque lacinias ouatas, erecto patentes, profunde ſecta; ſtamina quandoque decem vel pauciora, alternis minoribus; ſtigma tri vel quadripartitum; capſula ſubrotunda, vnilocularis, horizontaliter dehiſcens, ſeminibus paucis foeta.

186. THYMELAEA. *Tourn. 594.* DAPHNE *Linn.* Ed. V. n. 436.

Calix nullus; corolla infundibuliformis, quadrifida; ſtylus breuiſſimus, ſtigma capitatum; fructus ouatus, nunc ſiccus, nunc ſucculentus, ſemen vnicum oblongum continens. *Folia integra: flores in gemma vel alis foliorum latentes.*

LAVREOLA *Raj. 159.* MEZEREVM *Siegesb. 76. huc referatur.*

PASSERINA *et congeneres huc forte eſſent collocandae, inter apetalas vero potius easdem relinquere voluimus. In* THYMELAEA *enim inuolucrum decidit, in reliquis perſiſtit.*

187. DIR-

187. DIRCA. *Linn.* Ed. V. n. 437.

Calix nullus; corolla tubuloſa, ſenſim amplior, margine integro; ſtamina corolla longiora; ſtylus longior, apice curvus; bacca vnico ſemine foeta.

Ad THYMELAEAM *retulit Gronov. Virg. n.* 155.

188. LAVRVS. *Linn.* Ed. V. n. 452.

Flores in quibusdam ſpeciebus ex alis foliorum, in gemma quadrifolia contenti, in aliis in ſummis ramulis; calix proprius nullus, vel exiguus; corolla quatuor, vel ſex, vel pluribus laciniis profundis inſignis; ſtamina octo, vel nouem, vel plura, in diuerſa ſerie poſita; in fundo floris nectaria tria tuberculata filamentoſa, et filamenta ſtaminum interiorum tuberculis annexis ornata; ſtylus ſimplex, ſtigma acutum; bacca oualis, quae ſub cortice nucleum, ſemine foetum, continet.

Sexus et numerus partium variat, ſtaminum tubercula pro conſtanti generico charactere aſſumit Linnaeus; et ab eodem huc refertur.

LAVRVS *Tourn.* 597. *Flores in alis foliorum conglomerati, flores ſtaminei et piſtillati in duplici planta, corolla vt plurimum quadrifida. Mas ſtamina octo, ad duodecim, femina piſtillum acuminatum et baccam oblongam praebet.*

CINNAMOMVM *Burm. Zeyl.* 28. CARVA *H. Mal. T. I. p.* 107. *Folia oblonga, trineruia; flores in ſummis ramulis; corolla ſexfida; bacca glandi quercinae ſimilis, in calice multifido contenta.*

CAM-

CAMPHORA *Boerh. II. 261. Folia neruosa; flores in alis foliorum racemosi; calix nullus; corolla profunde quinquefida, vel sexfida; fructus nuciformis, cortice et putamine fragili, nucleo bifido.*

BORBONIA *Plum. G. 3. Folia angusta, acuminata, neruis transuersalibus insignita; corolla sexfida, segmentis tribus majoribus, tribus minoribus; fructus glandiformis, in binos lobos fissilis, calici carnoso insidens.*

PERSEA *Plum. G. 44. Folia oblongo-acuminata, ex media costa neruosa; flores alares; corolla fere hexapetala; petalis tribus exterioribus, tribus interioribus; stamina sex; bacca major; semen durum, bilobum et membrana inuolutum,*

BENZOIN *Boerh. II. 259. Flores tres vel plures in gemma quadrifolia; calix nullus; corolla sexfida, vel octofida, stamina octo vel novem breuia; stylus longus; fructus* LAVRO *vulgari similis.*

SASSAFRAS *C. B. Pin. 431. Folia triloba, trineruia; flores ex alis foliorum in inuolucris tetraphyllis; flos et fructus* LAVRI.

LAVRVS INDICA *Aldini licet monente Hallero Goett. p. 15. charactere a* LAVRO *differat, optime huc potest referri, cum medius staminum ordo glandulas annexas gerat. Inuolucrum sex constat foliolis, quorum tria exteriora ad calicem, tria interiora ad corollam refert; stamina duodecim in triplici ordine.*

189. VACCINIVM. *Linn.* Ed. V. n. 434. *Hall. Helv.* 413. VITIS IDAEA *Tourn.* 607.

Calix ouarium comprehendens, breuissimus, quadri vel quinquefidus; corolla campanulata, plus

plus minus globosa, quadri vel quinquefida; antherae dorso aristis duabus instructae; *stamina quandoque decem;* bacca globosa, vmbilicata; semina exigua plura. *Flores vel sparsim vel racematim in summis ramis positi.*

VACCINIA *Dod.* 756. *et* MYRTILLVS *Matth.* 196. *huc referantur.*

OXYCOCCVM *Tourn.* 655. *huc quoque retulit Linnaeus et Zinn. p.* 200.

190. GVAIACANA. *Tourn.* 600. GVAIACVM PATAVINVM *Rai.* 161. DIOSPYROS *Linn.* Ed. V. n. 1027.

Calix vt plurimum quadrifidus, corolla campaniformis, tubulata, superius plerumque quadrifida; stylus tubis quatuor instructus; bacca subrotunda; semina ouata, in circulum posita. *Folia alterna caduca.*

Ad polygamias dioecias reduxit Linnaeus.

191. SANTALVM. *Linn.* Ed. V. n. 431.

Calix ouarium cingens, quadridentatus; corolla campanulata, quadrifida, segmentis acutis; stamina alterna breuiora; fructus pulposus nondum sufficienter cognitus.

2. *TETRASTYLA.*

192. MOSCHATELLINA. *Tourn.* 155. MOSCHATELLA *Cord. Heist.* 172. ADOXA *Linn.* Ed. V. n. 450.

Calix vel bi vel trifolius; corolla ouarium complectens, concaua, quinquefida; *laterales flores*

interdum quadrifidi, summus sexfidus; stamina quandoque decem et styli quinque; fructus pulposus, quatuor vel pluribus seminibus foetus. *Radix geniculata, ad latus fibrosa, flores in capitulum cubicum collecti.*

H. ENNEANTHERAE.

1. *MONOSTYLA.*

193. VOLKAMERIA. *Brown. Iam. p. 214.*

Calix monophyllus, campanulatus, ad mediam partem in quatuor vel quinque lacinias sectus; corolla profunde quadri vel quinquefida, conniuens; ouarium paruum, vaginula vrceolata inclusum; stylus breuis, stigma trilobum; bacca trilocularis, tribus oblongis seminibus referta.

2. *TRISTYLA.*

194. RHEVM. *Linn.* Ed. V. n. 454. RHABARBARVM *Tourn.* 89.

Calix nullus; corolla parua, campanulata, sexfida, laciniis tribus alternis angustioribus; styli reflexi, globoso stigmate terminati; fructus est semen vnicum, triquetrum, in angulis alatum. *Radix crassa, tuberosa; folia ampla, saepe vndulata; spicae irregulares ramosae.*

RIBES *Arabum C. B. Pin.* 455. *a Linnaeo huc refertur.*

I. DE-

I. DECANTHERAE.

1. *MONOSTYLAE.*

195. TRICHOGAMIA. *Brown. Iam. p.* 218.

Calix duplex, exterior paruus, bifolius, deciduus; interior monophyllus, in quinque lacinias ouatas sectus; corolla pentapetaloides, laciniis oblongis, erecto patentibus; filamenta staminum tomentosa; stylus tomentosus, stigma obtusum; fructus sphaericus, tenuis, lignosus, superficie inaequalis, unilocularis; nuclei duo bilobi, altero plerumque abortiuo.

196. KALMIA. *Linn.* Ed. V. n. 482.

Calix quinquepartitus, persistens; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido, cui decem cornicula nectarifera, extus e corolla prominentia, annexa sunt; capsula globosa, quinquelocularis, quinqueualuis; semina copiosa.

197. ERICA. *Tourn.* 602. ANDROMEDA *Linn.* Ed. V. n. 485. *Hall. Helv.* 416.

Calix paruus, quinquefidus, stellatus, persistens; corolla ouato-campanulata, quinquedentata; capsula subrotunda, quinqueualuis, quinquelocularis, corolla marcida cincta; semina exigua. *Planta semper virens; folia tenuissima; flores spicati.*

CHAMAEDAPHNE *Buxb. Comm. Petrop. T. I. p.* 241. HYDRAGONVM *Siegesb.* 56. POLIIFOLIA *Buxb. Comm. Petrop. T. II. p.* 343. LEDOI-

DES *Siegesb.* 63. *et* CHAMAERHODODENDROS *Tourn. quaedam species huc referri possunt.*

ERICAM SPVRIAM, f. TETRALIX *Rupp.* 39 *huc Ludw. Def. G. n.* 139. *nos ad* ERICOIDEM *retulimus, vid. n.* 184.

LEDVM *Mich.* 224. *Hall. Helv.* 417. *calice pentaphyllo exiguo, corolla rotata vel campanulata, profunde quinquefida, staminibus liberis, stigmate emarginato, ab* ERICA *differt, a Linnaeo huc refertur.*

RHODODENDRVM *Linn. Ed. V. n.* 484. *nonnullas* CHAMAERHODODENDROS *Tourn. et* LEDI *Mich. species sistit, et ob corollam infundibuliformem laciniis patulis obtusis separatur.*

198. EPIGAEA. *Linn.* Ed. V. n. 486. MEMECYLVM *Mitch.* 13.

Calix duplex, persistens; exterior triphyllus, interior longior, quinquepartitus; corolla tubulosa, tubo intus hirsuto, limbo quinquepartito; stigma emarginatum; capsula globosa, quinquelocularis, quinqueualuis; semina subrotunda.

Ad ARBVTVM *retulit Gronov. Virg.* 49.

199. GAVLTHERIA. *Linn.* Ed. V. n. 487.

Calix duplex, persistens; exterior diphyllus, internus quinquefidus, campanulatus; corolla ouata, quinquefida; squamulae decem ouarium cingentes; antherae bicornes; capsula subrotunda, quinquelocularis, quinqueualuis, tecta vndique calice exteriore in baccam, apice perviam, mutato; semina plurima angulosa.

200. AR-

200. ARBVTVS. *Tourn.* 598. *Linn.* Ed. V. n. 488.

Calix breuis, quinquefidus, persistens; corolla campaniformis, globosa, quinquefida; ouarium intra florem; fructus pulposus, quinquelocularis; semina plurima. *Folia oblonga, serrata, semper virentia.*

VVA VRSI *Tourn.* 599. ARCTOSTAPHYLON *Siegesb.* 13. *cum praecedente fere conuenit et huc a Linnaeo et Hallero Helv.* 415. *reducitur.*

201. ANACARDIVM. *Linn.* Ed. V. n. 467. ACAIOV *Tourn.* 658.

Calix monophyllus, quinquefidus, deciduus; corolla infundibuliformis, quinquefida, tubus breuis, laciniae longae, angustae, reflexae; stylus inflexus, stigma acutum; fructus pyriformis, mollis, cujus apici adhaeret nux reniformis, semen simile continens.

2. *DISTYLA.*

202. ROYENA. *Linn.* Ed. V. n. 491.

Calix ventricosus, quinquedentatus, persistens; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido, reuoluto; capsula vnilocularis, quadriualuis; semina ossea quatuor, calyptra obvoluta.

3. *PENTASTYLAE.*

203. COTYLEDON. *Tourn.* 90. *Dill. H. Elth.* 95. *Linn.* Ed. V. n. 512.

Calix paruus, quinquefidus; corolla campanulata, tubuloso-ventricosa, semiquinquefida, laciniis

laciniis reuolutis; squamulae quinque nectarife-rae ad basin ouariorum; fructus quinquecapsu-laris, capsula singula vniualui; semina exigua. *Habitus succulentus.*

Datur species, quae vnam partem numeri de-mit.

Staminum ortus in pluribus speciebus singularis: quinque scilicet ex ipso thalamo ex interstitiis ouariorum surgunt, corollae adcrescunt, dein secedunt, eoque in loco ex horum interstitiis quinque alia oriuntur, quae cum prioribus introrsum flectuntur, arcteque cingunt stylos. Priora et citius oriuntur, et longius extenduntur.

CRASSVLA *Dill. H. Elth. p.* 114. *Linn. Ed. V. n.* 352. *corolla infundibuliformi, fere ad basin diuisa, pentapetalode, et staminibus quinque a* COTYLEDONE *differt, et hinc, cum fructus, ac inprimis nectaria conueniant, a Ludw. Def. n.* 142. *huc refertur.*

204. OXYS. *Tourn.* 88. TRIFOLIVM ACETOSVM *C. B. P.* 330. ACETOSELLA *Riv. Rupp.* 127. OXALIS *Linn.* Ed. V. n. 515. OXYOIDES *Garcin. Phil. Transf. n.* 415. *p.* 377. LVIVLA *Siegesb.* 66.

Calix monophyllus, paruus, quinquefidus, persistens; corolla profunde quinquefida, pentapetalodes; stamina exteriora breviora; capsula pentagona, angulis dehiscens, per maturitatem elastica, quinquelocularis; semina angulosa.

K. DO-

K. DODECANTHERA.

MONOSTYLA.

205. HILLIA. HALESIA *Ellis. et Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1138.

Calix monophyllus, minimus, ouario insistens, quadridentatus; corolla campanulata, quadrifida; stamina raro sedecim; stylus corolla longior, stigma simplex; fructus est nux corticata, angulis membranaceis tetragona, bilocularis, semina solitaria continens.

In Libr. cit. p. 1044. *Linnaeus calicem quinquedentatum, stamina basi connexa, et nucem tetraspermam descripsit.* HALESIAM *Brown.* (*n.* 183.) *a Linnaeo non commemoratam inuenimus, hinc, cum vtriusque generis expositi characteres non vnum, sed diuersa potius genera, staminibus et fructu inprimis a se inuicem discrepantia constituant, huic generi Cel. Ioh. Hillii nomen imposuimus.*

L. POLYANTHERAE.

I. *MONOSTYLAE.*

a. Staminum filamentis in cylindrum coalitis.

Plantae, a vulgari MALVA *dicuntur Maluaceae, a virtute emollientes, Hallero columniferae; Linnaeo monadelphiae.*

Corolla est profunde quinquefida, vt pentapetala videatur, dum vero segmenta inferne in circulum coalescunt, et corolla integra decidit, aptius dicitur monopetala.

Stamina plurima, antheris distinctis, filamentis in tubum coalitis constant.

Stylus per tubum adscendens, vel integer, vel in plures tubas diuisus est.

206. ZYGIA. *Brown. Iam. p. 279.*

Calix minimus, quinquecrenatus; corolla tubulosa, quinquedentata, angusta, longa, persistens; stamina inferne in tubum angustum coalita, superne libera, tenuissima; stigma simplex; legumen longum, compressum, seminibus oblongis, compressis foetum.

207. MALVA. *Ludw. Def. n. 144.*

Calix duplex, exterior profunde trifidus, interior semiquinquefidus; segmenta corollae plana, apice cordata; tubae multae reflexae; fructus planus, orbiculatus, constans ex seminibus plurimis reniformibus, quorum singulum integumento persistente, non connato, cingitur, omnia mediae axi fructus circumposita.

MALVA *Tourn. 95. quae folia minus secta, rotunda, sinuata, angulosa obtinet, et*

ALCEA *Tourn. 97. quae nonnisi foliis in profundas lacinias diuisis, a* MALVA *differt, coniungantur.*

MALVA *Linn. Ed. V. n. 751.* MALVAS *et* ALCEAS *Tourn. coniungit et quasdam* ABVTILI *species, calice conuenientes, addit.*

MALVA *Hall. Goett. 120. et Zinn. p. 154.* MALVAM *et* LAVATERAM *Linnaei comprehendit.*

208. ALCEA. *Linn.* Ed. V. n. 750.

Maluas ſic dictas roſeas, quarum calix exterior ſemi ſexfidus, interior ſemiquinquefidus eſt, ſiſtit.

209. ALTHAEA. *Tourn.* 97. *Linn.* Ed. V. n. 749. BISMALVA *officin.*

Calix exterior monophyllus nouemfidus, interior ſemiquinquefidus; tubae et fructus Maluae. *Habitus lanuginoſus.*

ALTHAEA *Hall. Goett.* 119. *Zinn.* 153. *vtrumque genus vnit.*

ALTHAEASTRVM *Heiſt. Fabric. p.* 149. *ſiſtit* ALTHAEAE *fruteſcentis ſpecies.*

210. LAVATERA. *Tourn. Act. Par.* 1706. *p.* 86.

Calix et reliqua flori Maluae ſimilia; ſed ſemina ſuperius clypeo conuexo tecta.

Ad MALVAM *retulit Hall. Goett.* 120.

LAVATERA *Linn. Ed V. n.* 752. *et hoc genus et varias ſpecies* ALTHAEAE *Tourn. conjunxit, et characterem genericum in calice exteriori ſemitrifido poſuit, minime vero ad fructum reſpexit; ſpecies itaque, quae clypeo carent, a nobis ad Maluas reducuntur, niſi enim fructus aliquid valet, certe Hallerum ſequi debemus, immo nec* MALOPE *diſtinctum erit genus.*

211. MALACOIDES. *Tourn.* 98. MALOPE *Linn.* Ed V. n. 753.

Calix et reliqua flori Maluae ſimilia; fructus ex multis capſulis, in capitulum botryoideum collectis

lectis componitur; in singula capsula semen vnicum reniforme.

212. MALVINDA. *Dill. H. Elth. p.* 214.
MALVEOLA *Heist. Cat.* 1732. *p.* 32.

Calix simplex, multifidus; tubae multae; capsulae multae, quarum singula vnum semen continet, in orbem positae, vni vel bicornes, vel tantum eminentia quadam praeditae.

213. ABVTILON. *Tourn.* 99.

Calix simplex, monophyllus, erectus, semiquinquefidus, vel duplicatus, Malvae similis; corolla profunde diuisa; vel patens, vel contracta; stylus multifidus, fructus ex vaginulis multis, saepe cornutis, in capitulum collectis, constat; in singulis loculis semina plurima reniformia.

ABVTILOIDES *Siegesb. p.* 2. *huc referatur.*

SIDA *Linn. Ed. V. n.* 747. *et Linn.* 157. *non tantum* MALVINDAS, *sed quasdam quoque* ABVTILI *species, calice conuenientes, complectitur.*

ALTHAEODES *Magn. Char. p.* 226. *ad* SIDAM *refertur a Roy. p.* 348. ABVTILON *Hall. Goett.* 122. ABVTILON *et* MALVINDAM *conjungit, idque bene fecisse existimamus: nam summa, vt monet, similitudo harum plantarum ostendit, a calice solo characterem sumi non posse; cornua capsularum eas uniunt; an propter solum seminum diuersum numerum distinguenda?*

214. NA-

214. NAPAEA. *Hall. Goett*, 124. *Linn.* Ed. V. n. 748.

Calix vnicus, monophyllus, quinquefidus, persistens; laciniae corollae concauae, vel patulae, vel conuolutae; stylus superne decemfidus; capsulae conniuentes, muticae; semina solitaria, reniformia.

Flores saepe pleni occurrunt, et planta, pro femina ab Ehreto habita, ostendit etiam stamina, ast imperfectis antheris ornata.

215. GOSSYPIVM. *C. B. Pin.* 430. *Linn.* Ed. V. n. 755. XYLON *Tourn.* 101.

Calix exterior monophyllus, semitrifidus, interior monophyllus, erectus, quinquefariam emarginatus; stigmata quatuor; fructus est capsula acuminata, quadriualuis, quadrilocularis; semina subrotunda, lana inuoluta:

216. KETMIA. *Tourn.* 100.

Calix exterior octophyllus, vel vltra, interior monophyllus, campanulatus, quinquefidus; stylus in quinque tubas diuisus; fructus vt plurimum acuminatus, quinquelocularis, quinquevaluis; semina variae formae.

BAMMIA *Riv. Rupp.* 39. TRIONVM *Linn. Ed. prior. n.* 682. *calice externo multifido, interiori, praesente fructu, in vesicam quasi mutato, a praecedente differt.*

HIBISCVS *Linn. Ed. V. n.* 756. KETMIAM *Tourn. et* MALVAVISCVM *Dill. ob calicis conuenientiam conjungit, nunc quoque* TRIONVM *huc reduxit.*

reduxit. Ita etiam HIBISCI *genus adsumserat Hall. Goett.* 117. *et Zinn.* 151.

MVNCHHVSIA *Heist. Fabric. p.* 154. *huc referatur.*

217. VRENA. *Dill. H. Elth. p.* 430. *Linn.* Ed. V. n. 754.

Calix duplex, exterior monophyllus, semiquinquefidus, interior pentaphyllus, foliolis angustis; stigmata decem pilosa, reflexa; capsula quinquelocularis, hispida; semina solitaria, subrotunda.

218. STEWARTIA. *Linn.* Ed. V. n. 758.
MALACHODENDRON *Mitch. G.* 16.

Calix simplex, monophyllus, quinquepartitus, persistens; corolla fere ad fundum quinquefida, patens; tubae quinque; capsula quinquangularis, quinquelocularis; semina solitaria, compressa.

219. PENTAPETES. *Linn.* Ed. V. n. 757.
PTEROSPERMADENDRON *Amman. Comm. Petr. T. VIII. p.* 211.

Calix duplex, exterior triphyllus, qui quandoque deficit, interior quinquepartitus, coriaceus, interne lanatus; corolla pentapetalodes, patens; filamenta staminum connata, quorum decem fertilia, quinque sterilia, eo ordine, vt tertium semper sit sterile; stigma crassum; capsula quinquelocularis; semina plura, compressa, alata.

220. ADAN-

220. ADANSONIA. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. p. 1382.

Calix monophyllus, semiquinquefidus, deciduus, laciniis reuolutis; corolla pentapetaloidea, laciniis subrotundis, reuolutis, vnguibus sibi inuicem et staminibus innatis; stamina in tubum coalita, horizontaliter patentia; stylus longissimus, varie intortus, stigmatibus plurimis, villosis terminatus; capsula ouata, non dehiscens, multilocularis, semina numerosa, reniformia continens.

221. CAMELLIA. *Linn.* Ed. V. n. 759.

Calix polyphyllus, squamosus, deciduus; stylus vnico reflexo stigmate terminatus; capsula turbinata, sulcata, in loculis osseis semina minora continens.

222. MALVAVISCVS. *Dill. H. Elth.* p. 210.

Calix exterior polyphyllus, interior monophyllus, semiquinquefidus, erectus; laciniae corollae vel patentes, vel conuolutae; stylus eminens, superne quinquefidus; fructus pulposus, quinque seminibus foetus.

Ad HIBISCVM *refert Linnaeus et Hallerus.*

b. Filamentis staminum distinctis.

223. MIMOSA. *Linn.* Ed. V. n. 597. *Hall. Goett.* 300.

Calix monophyllus, quinquedentatus; corolla infundibuliformis, quinquefida; filamenta stami-

staminum longissima; fructus leguminosus, semina plurima continens. *Folia pinnata; flores in capitulum sphaericum collecti.*

Flores quandoque sexu variant, variant et staminum numero, quandoque modo decem, imo quinque adsunt, ita et corolla quandoque quadrifida.

Conjungitur hoc genere:

ACACIA *Tourn.* 605. *cujus fructus cylindraceus est vnilocularis, semina in foueis internis latentia.*

MIMOSA *Tourn.* 605. AESCHYNOMENE *Commel. H. Amstel. I. p.* 55. *Knauth. p.* 46. *cujus legumen compressum, articulatum, folia sensitiva.*

INGA *Plum. G.* 13. *cujus legumen carnosum. Consentit Burm. in Plant. Plum. Fasc. I. p.* 15.

224. GETHYLLIS. *Linn.* Ed. V. n. 523.

Spatha monophylla, vniflora; corolla ouario insidens, infundibuliformis, tubo tenuissimo, longissimo, limbo sexfido; stigma trifidum; capsula ventricosa, trilocularis; semina multa.

225. STYRAX. *Tourn.* 598. *Linn.* Ed. V. n. 527.

Calix monophyllus, breuis, quinquedentatus; corolla infundibuliformis; tubo breui; limbo in lacinias quinque vel sex majores diviso; stigma truncatum; fructus carnosus, duplici ossiculo foetus.

226. PLI-

226. PLINIA. *Plum. G. 9. Lin.* Ed. V. n. 596.

Calix paruus, quinquedentatus; corolla campanulata, patens, profunde quinquefida; laciniis ouatis, concauis; ſtamina copioſa; bacca magna, globoſa, ſulcata, ſemine magno globoſo foeta.

227. MELOCACTVS. *Tourn.* 653. ECHINOMELOCACTVS *Herm. Par.* 136.

Calix oblongo tubuloſus et ventricoſus, ſuperne vt plurimum ſexfidus, ouario inſidens; corolla petala plura inter ſe et cum calice coalita ſiſtit; ſtigma capitatum, multifidum; bacca oblonga, vel inuerſe conoidea, vnilocularis; ſemina numeroſa, parua, in pulpa nidulantia. *Planta habitu ſingulari praedita, tota ſubgloboſa, ſucculenta, tuberculata et echinata, foliis deſtituta; flores ex interſtitiis tuberculorum.*

228. CEREVS. *Iuſſ. Act. Par.* 1716. *p.* 148. *Boerh. I.* 292.

Calix ouarium complectens, longus, tubuloſus, ſquamulis obſitus, in ambitu multifidus, laciniis longioribus; corolla vt in Melocacto; fructus ſulcatus, oualis, ſub membrana hirta lenta mollem carnem, multis ſeminibus foetam oſtendit. *Radix fibroſa, ratione plantae exigua; planta aphyllos, ſucculenta, habitu ſpinoſo et anguloſo; caulis vel continuus, vel articulatus.*

229. OPVN-

229. OPVNTIA. *Tourn.* 239. TVNA *Dill. H. Elth. p.* 396. ANAPALLVS *Siegesb.* 9.

Calix ouarium complectens, superne multifidus; corolla sistit petala plura, vnguibus conjuncta; fructus carnosus, conicus, spinis tenuissimis hirtus, vmbilicatus; semina in pulpa nidulantia. *Plantae habitus singularis, ex multis foliis crassis, planis, succulentis, aliis ex aliis enascentibus composita; flos ex margine foliorum emergens.*

230. PERESKIA. *Plum. G.* 35.

Fructu globoso et foliis ornato a praecedentibus differt. *Planta fruticosa, foliis praedita.*

CACTVS *Linn. Ed. V. n.* 549. *et Hall. Goett.* 125. *quatuor praecedentia genera, quorum etiam corolla quibusdam dicitur polypetala, complectitur, et certe praeter habitum nullum genuinum divisionis characterem deprehendimus. Conf. Pr. nostrum de Melocacto ejusque in Cereum transformatione Witteb.* 1757. *in quo de his generibus fusius disseruimus.*

231. MARCGRAVIA. *Plum. G.* 7. *Linn.* Ed. V. n. 564.

Calix squamosus; corolla conica ouata, integra, vndique clausa, basi secedens, decidua; bacca globosa, vnilocularis; semina multa exigua. *Flores in vmbella dispositi, in cujus medio corpora singularia clavat[illegible]erent.*

2. TRI-

2. TRISTYLA.

232. EVPHORBIA. *Linn.* Ed. V. n. 536.

Calix forma duorum foliorum florem cingens, raro monophyllus; corolla ventricosa, quatuor vt plurimum segmenta semilunaria, non decidua, diuersa, a ventre, substantia ostendit; stamina successive ex ventre corollae emergunt; thalamus columnae instar assurgit et ouarium sustinet, cui bifidi plerumque styli adhaerent; capsula tri-vel hexagona, trilocularis, tricocca, ad latus reflexa, laevis, verrucosa vel hirsuta; semina subrotunda. *Planta lactescens.*

Ob ventrem corollae flos dicitur Tournefortio campaniformis globosus; Riuinus appendiculas tantum seu segmenta numerat et florem tetrapetalum irregularem adpellat, irregularis vero figura ab ouario emergente tantum dependet.

TITHYMALVS *Tourn.* 85. ESVLA *Riv. Tetr. fig.* 136. *sqq. species sunt foliis alternis integris donatae.*

CATAPVTIA *minor. offic. folia habet cruciatim opposita.*

EVPHORBIVM *Isnard. Act. Par.* 1720. *p.* 384. *caule crasso, carnoso, anguloso, aphyllo, non raro spinoso, a* TITHYMALO *Tourn. differt.*

TITHYMALOIDES *Tourn.* 654. *ventre corollae inferne ad basin in vno latere ampliato, vel flore forma calcei analogo a* TITHYMALO *Tourn. discrepat.*


EVPHORBIO TITHYMALVS *Burm. Zeyl. p.* 95. *huc quoque pertinet.*

3. *TETRA vel POLYSTYLA.*

233. FICOIDES. *Tourn. Act. Par.* 1705. *p.* 239. MESEMBRYANTHEMUM *Dill. G.* 148. *Linn.* Ed. V. n. 552. FICULA *Heist. Syst.* 8.

Calix carnosus, quadri vel quinquefidus, ouarium amplectens, laciniis nonnullis saepe alatis; corolla multis laciniarum seriebus, *hinc polypetala videtur*, in fundo intime in vnum annulum connexis, constans; filamenta non raro coalita; styli quatuor, quinque vel decem; capsula simili modo loculorum numero variat; semina plurima. *Folia conjugata, succulenta.*

MESEMBRYANTHEMOIDES *Siegesb. p.* 75. *partim huc, partim ad* FICOIDEAM s. AIZOON *pertinet.*



CLAS-

CLASSIS II.
Plantae flore inuoluto perfecto monopetalo simplici irregulari.

A. MONANTHERAE.

MONOSTYLAE.

234. CANNA. *Riv. Monop. Linn.* Ed. V. n. 1.
CANNACORVS *Tourn.* 367.

Ouarium sub flore; calix triphyllus, foliolis erectis, acutis; corolla tubulosa, sexpartita, laciniis tribus exterioribus erectis, acutis, tribus interioribus longioribus, binis harum sursum erectis, subrotundis, tertia antrorsum reflexa; filamentum et stylus laciniis corollae similia, anthera linearis; capsula scabra, calice persistente coronata, trisulca; trilocularis; semina sphaerica.

CANNOIDES *Linn. H. Cliff.* 488. *huc pertinet.*

235. CVRCVMA. *Linn.* Ed. V. n. 6.

Spathae partiales, deciduae, loco calicis; petalum tubo angusto, limbo quadripartito instructum, laciniis tribus angustis, quarta, *nectarium a Linnaeo dicta*, maxima; filamenta quinque, vnica tantum anthera ornata; stigma vncinatum; capsula trilocularis, triualuis, plurimis seminibus foeta.

236. AMOMVM. *Linn.* Ed. V. n. 2.

Spathae flores cingentes, loco calicis; corolla ouario insistens, breui tubo, laciniis quatuor irregulariter positis, *quartam harum nectarium dixit et limbum tripartitum descripsit Linnaeus*; stamen filamento membranaceo, anthera lineari instructum; fructus trigonus, trilocularis, trivalvis; semina angulosa.

Cel. Brown. Iam. p. 113. *diversos paullo characteres proposuit: scil. calix monophyllus, breuis, ouario insistens, tubulosus, trifidus; stigma obtusum, quod cum parte superiori styli in sinu antherae reconditur, et, vt videtur,* AMOMVM *et* MARANTAM *conjungit.*

CARDAMOMVM *Rai.* 127. *item*

GRANA PARADISI *offic. huc pertinent.*

237. COSTVS. *Linn.* Ed. V. n. 3.

Calix tridentatus, ouario insistens; corolla tripartita, laciniis lanceolatis, ex quarum medio petalum surgit, *a Linnaeo nectarium dictum*, magnum, tubulosum, bilabiatum, labio inferiore amplo, trifido, superiore angusto, antheram linearem suscipiente; stigma capitatum, emarginatum; capsula trilocularis, triualuis, semina angulosa continens. *Spadix simplex, sustinens flosculos, spathis simplicibus succinctos.*

238. MARANTA. *Plum. G.* 16. *Linn.* Ed. V. n. 5.

Calix monophyllus, profunde trifidus, segmentis acutis, ouario insistens; corolla infundibuliformis, sexfida, laciniis alternis maioribus,

et

et minoribus; filamentum membranosum antheram linearem annexam habet; stylus incurvus; capsula triualuis, forte trilocularis; semen vnum alterumque rugosum.

239. ALPINIA. *Linn.* Ed. V. n. 4. ALPINA *Plum. G.* 26.

Calix trifidus, persistens, ouario impositus; corolla duplicata, exterior trifida, lacinia superiore concaua, binis lateralibus planis; interior breuior, quoque trifida, lacinia infima inter laterales praecedentes propendente; filamentum laciniae corollae simile antheram linearem suscipit; stigma trigonum; fructus carnosus, trilocularis, triualuis, seminibus oblongis, thalamo pulposo adhaerentibus, foetus.

B. DIANTHERAE.

MONOSTYLAE.

240. MORINA. *Tourn. Cor.* 48. *Voy. III.* 132. *Linn.* Ed. V. n. 39. DIOTOTHECA *Vaill. Act. Paris.* 1722. *p.* 184.

Calix duplex, inferior tubulosus, persistens, denticulatus, denticulis binis appositis longioribus, superior ouario insistens, corollam inferne cingens, tubulosus, bifidus, persistens; corolla infundibuliformis, tubo longo, sensim ampliato, bilabiato, labio superiore diviso, inferiore tripartito, lacinia media longiore; stigma globosum; semen vnicum, nudum.

241. COLLINSONIA. *Linn.* Ed. V. n. 38.

Calix paruus, monophyllus, quinquedentatus; corolla tubulosa, bilabiata, tubo calice multum longiore, labio superiore quadridentato, inferiore maximo, in multum ramosas lacinias diuiso; stigma bifidum; ouula quatuor, sed semen modo vnicum, globosum.

242. SALVIA. *Linn.* Ed. V. n. 36. *Hall. Goett.* 319.

Calix campanulatus, bilabiatus, labio superiore plerumque trifido, inferiore bifido, acuto; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiore integro, variae figurae, inferiore tripartito, lacinia media maxima, emarginata; filamenta duo breuissima, quibus duo maiora transuersim affixa sunt, quorum extremitati posteriori glandula vel callosa vel parum farinifera, anteriori vera anthera insidet; stigma bifidum; semina quatuor subrotunda, calice inclusa.

Filamentorum mechanismus characterem generis essentialem praebet, hinc et illae species, quae praeter haec filamenta, duo alia, ast sterilia stamina gerunt, huc referendae. Datur species, vbi et posteriori et anteriori extremitati staminum vera anthera puluerulenta adhaeret.

Labii potissimum superioris in corolla differentia sequentia genera efficit; babet enim galeam:

SALVIA *Tourn.* 180. *erectam, emarginatam.*

SCLAREA *Tourn.* 179. *falcatam, largam, aduncam, emarginatam.*

HOR-

HORMINVM *Tourn.* 178. *breuem, nec falcatam, nec aduncam.*

GALLITRICHVM *Riv. Mon. breuem, concavam, compressam, tenuissime cum tubo cohaerentem.*

IVNGIA *Heist. Epist. ad Burkh. quae calicis laciniam superiorem majorem, inferiores duas minores, corollae galeam cauam, barbam trifidam, et stigma duplex, altero longissimo, ostendit, huc etiam referatur.*

SCLAREASTRVM *Heist. Fabric. p.* 46. *est* SALVIAE *species, dicta* SCLAREA *indica arborescens, calice campanulato.*

SCHRADERIA *Heist. Fabric. p.* 47. *et* GALLITRICHVM *Riv. et* HORMINVM *hastato fol. complectitur.*

243. ROSMARINVS. *Tourn.* 195. *Linn.* Ed. V. n. 35.

Calix monophyllus, superne compressus, bilabiatus, labio superiore integro, inferiore diuiso; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiore integro, reflexo, acute emarginato, inferiore trifido, laciniis lateralibus acutis, media majore oblonga; stylus simplex, non bifidus; semina quatuor oblonga, calice contenta. *Planta perennis; caules duri, fruticosi; folia angusta, oblonga, verticilli rariores.*

244. LYCOPVS. *Tourn.* 190. *Linn.* Ed. V. n. 31. MARRVBIVM AQVATICVM *Raj.* 63. PSEVDO-MARRVBIVM *Riv. Mon.* LYCOPNVS *Siegesb.* 69.

Calix breuis, in quinque segmenta acuta diuisus; corolla fere regularis, quadrifida, lacinia, quae

quae labium superius sistit, nonnihil latiore, emarginata; stigma bifidum; semina quatuor subrotunda, calice inclusa. *Flores in verticillis densis, longe distantibus.*

245. AMETHYSTINA. *Amman. Ruth.* 4. *Hall. Comm. Goett. Tom. I. p.* 209. AMETHYSTEA *Linn.* Ed. V. n. 32.

Calix angulosus, campanulatus, semiquinquefidus, persistens; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiore concauo, bipartito, inferiore trifido, lacinia media latiore integerrima; stigma duplex; semina quatuor angulosa.

246. MONARDA. *Linn.* Ed. V. n. 34. ORIGANVM SPVRIVM *Riv. Mon.*

Calix monophyllus, tubulosus, striatus, quinquedentatus; corolla tubulosa, longa, labium superius integrum, angustum, longum, inferius integrum adparens, in fine trifidum, lacinia media productiore, leuiter emarginata; stigma bifidum; semina quatuor, subrotunda.

Ad CLINOPODIVM *retulit Boerh.*

Datur species staminibus quatuor, sed duo castrata sunt.

247. ZIZIPHORA. *Linn.* Ed. V. n. 33. ZWINGERIA *Heist. Fabric. p.* 59.

Calix tubulosus, longus, striatus, hispidus, inaequaliter quinquedentatus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiore oblongo, cauo, leuiter emarginato, inferiore trifido, laciniis lateralibus media majoribus; semina quatuor oblonga, angulosa, calice contenta.

248. ZIN-

248. ZINGIBER. *Boerh. H.* 128. ZINZIBER *Brown. Iam. p.* 119.

Spatha duplex, vniflora, exterior florem laxe cingens, interior minor, tubo floris adnata, et limbum stricte inuoluens; corolla inferne angusta, tubulosa, ouario insidens, limbo quadrifido, irregulari, *laciniam quartam nectarium dixit Browne*; filamenta duo tubo floris, antherae vero quartae laciniae adnatae; rudimenta totidem superne libera, nullis antheris ornata; stigma crassum, tubulatum, et ciliatum; capsula vnilocularis, triloba; semina plura.

Ad AMOMVM *retulit Linnaeus.*

249. PINGVICVLA. *Tourn.* 167. *Linn.* Ed. V. n. 28.

Calix bilabiatus, labio superiore trifido, inferiore bifido; corolla tubuloso-ventricosa, calcare donata, bilabiata, fauce pilosa, labio superiore bifido, inferiore trifido; filamenta duo diuisa, bina antheras perfectas, bina alia imperfectas antheras ferunt; stigma infundibuliforme, plicatum; capsula vnilocularis; semina minima.

Filamenta duo antherifera, simplicia describit Linnaeus.

250. LENTIBVLARIA. *Riv. Mon. Vaill. Act. Parif.* 1719. *p.* 21. MILLEFOLIVM GALERICVLATVM *Raj.* 96. VTRICVLARIA *Linn.* Ed. V. n. 29.

Calix diphyllus, deciduus; corolla bilabiata, rictu clauso, calcare donata, labium superius et inferius integrum, duplici tumore insigne; stigma

gma conicum; capsula subrotunda, vnilocularis, plurima semina continens. *Folia tenuissima, aquae innatantia, vesiculis, quasi lenticulis ornata.*

251. GRATIOLA. *Raj.* 93. *Linn.* Ed. V. n. 27.

Calix monophyllus, profunde quinquefidus, persistens; corolla tubulosa, bilabiata, tubo nonnihil inflexo, striato, limbo minore, labio superiori latiori, emarginato, inferiori trifido; filamenta duo posteriora antheris ornata, duo, vix tria alia, quasi castrata, globulo coronata; stigma duplex; capsula oblonga, acuminata, bilocularis; semina exigua.

MONIERA *Brown. Iam. p.* 269. *cui calix heptaphyllus, et stamina quatuor tribuuntur, huc refertur a Linnaeo Syst. Nat. Ed. X. p.* 851. *calix enim et in* GRATIOLA *duabus accessoriis bracteis munitur; an in* MONIERA *antherae omnes perfectae?*

252. VERONICA. *Tourn.* 143. *Linn.* Ed. V. n. 25.

Calix monophyllus, profunde quadrifidus, persistens; corolla, vel rotata, vel tubo plus minus euidenti, et limbo quadrifido, laciniis inaequalibus instructa; capsula bilocularis, vt plurimum compressa, cordiformis; semina parua, plurima.

BECCABVNGA *Rupp.* 246. *Flores spicati, ex alis foliorum oriundi.*

VERONICASTRVM *Heist. Cat.* 1730. *p.* 38. *corolla magis tubulosa, limbo vix expanso, vno tamen*

men segmento minori; capsula longior, teres; flores in spiciis densis ex summis ramulis.

VERONICELLA *Heist. ibid. flores solitarii ex alis foliorum.*

VERONICACHIA *Heist.* MORSVS GALLINAE MINOR *Raj. 86. capsula quasi testiculata.*

Genera haec, ob stamina duo, et corollam quadrifidam, optime sub vno VERONICAE *genere comprehenduntur.*

253. PAEDEROTA. *Linn.* Ed. prior. n. 21. BONAROTA *Mich.* 19.

Calix monophyllus, quinquefidus, laciniis linearibus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori integro, vel leviter emarginato, inferiori trifido; capsula bilocularis, quadriualuis; semina plurima.

Ad VERONICAM *retulit Linnaeus in Edit. V. ast diuisio corollae in duo labia euidentissima est, hinc vel propterea distinguenda.*

154. ADHATODA. *Tourn.* 175. ECBOLIVM *Riv. Mon.* IVSTITIA *Linn.* Ed. V. n. 26.

Calix exterior tribus plerumque constat bracteis, calix interior profunde quinquefidus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori emarginato, vel concauo, vel reflexo, inferiori trifido; stylus simplex; capsula oblonga, inferius angusta, bilocularis, septo valuis contrario; semina subrotunda, vel cordata.

Speciem

Speciem nouam descripsit Brown. Iam. p. 119. triplici calice praeditam, exteriore paruo, bipartito, medio pentaphyllo, interiore minimo, monophyllo, quinquepartito; corollae labio vtroque indiuiso.

255. IVNGIA. DIANTHERA *Linn.* Ed. V. n. 37.

Calix quinquefidus, tubulosus, regularis, persistens; corolla tubulosa bilabiata, labio superiori bifido, reflexo, inferiori tripartito, lacinia media latiore; filamenta bina, antherae in singulo geminae, altera paullo altiore; stigma obtusum, capsula biualuis, bilocularis; semina solitaria.

Brown. Iam. p. 118. describit speciem, cujus calix duplex, exterior diphyllus, interior monophyllus, quinquefidus est, praeter vera stamina duorum sterilium rudimenta ostendit, et semina duo nuda gerit.

Cum ordines in nostra methodo ab antherarum numero desumantur, Dianthera genericum nomen esse nequit; hinc cum, vt recte monuit Heisterus, Clariss. Botanici, Ioachimi Iungii memoria nobis omnino sancta esse debeat, hoc genus ipsi dicare vel ideo voluimus, cum in cognitione partium genitalium plantarum magnam industriam adhibuerit.

256. MONNIERIA. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1157.

Calix persistens, quinquepartitus, laciniis inaequalibus; corolla tubulosa, bilabiata, tubo curuo, in medio arctiore, labio superiori integro, obtuso, inferiori quadrifido, laciniis aequalibus, obtusis; squamula ouata, ad basin ouarii posita; fila-

filamenta duo membranacea, quorum superius apice bifidum, antheras duas coalitas, stigma includentes, inferius autem trifidum tres minutissimas antheras gerunt; ouarium quinquangulare, stigma capitatum, intus planum, margine acuto orbiculatum; fructus sunt capsulae quinque biualues, seminibus solitariis foetae.

Cum duae modo adsint perfectae antherae, reliquae autem abortiuae, potius ad Di-quam Pentantheras referendam esse plantam censemus. Linnaeus diadelphiis pentandriis adnumerat Syst. Nat. p. 1153.

C. TRIANTHERAE.

MONOSTYLAE.

257. VALERIANA. *Tourn.* 131. *Hall. Helv.* 662. *Goett.* 349.

Corolla infundibuliformis, varia, ouario insistens, in nonnullis calcare, plus minus euidente, donata, limbus quinquefidus, irregularis, vel fere regularis; fructus est semen oblongum, papposum. *Folia opposita; flores in corymbum dispositi, foliola vaga, ad ramos corymbi posita, calicis vice funguntur.*

Datur species monanthera, di- et tetranthera, alia etiam sexu distincta. Semen essentialem characterem praebet, hinc ob ejusdem conuenientiam huc debet referri.

PHV *Rupp.* 214. VALERIANOIDES *Knauth.* 83. *Vaill. Act. Parif.* 1722. *p.* 187. OCIMASTRVM *Pont.*

Pont. Anth. p. 50. et 246. quae calcare ad tubum adcreto longiori differt.

258. VALERIANELLA. *Tourn. 132. Hall. Helv. 666. Goett. 350.*

Calix monophyllus, exiguus, vel nullus; corolla infundibuliformis, ouulo insidens, vt in praecedente, varia; fructus variae formae, vel coronatus, vel vesicarius, ast numquam papposus. *Radix annua, fibrosa; folia opposita; caules et rami dichotomi; flores in vmbella simplici.*

Datur etiam species di, et tetranthera; illa quae fructum vesicarium habet, multum diversa est a reliquis, cum in amplioris vesicae fundo semen lateat biloculare.

CORNVCOPIOIDES *Knauth. p. 84. quae figura seminis et modo florendi differt, nec non*

LOCVSTA *Riv. Mon. 6. cui semina bina adscribuntur, licet, Tournefortio observante, vnicum modo fertile sit, huc referantur.*

VALERIANA *Linn. Ed. V. n. 43. hoc et praecedens genus conjungit.*

259. GLADIOLVS. *Tourn. 365. Linn.* Ed. V. n. 55.

Ouarium sub corolla; calix nullus; corolla tubo breui, sex laciniis, in formam floris bilabiati dispositis, summa et ima lacinia latiore; stamina ascendentia; stigma trifidum; capsula oblonga, trigona, trilocularis, triualuis; semina subrotunda, calyptra inuoluta. *Radix bulbosa, solida; folia gladii laminam referunt; flores ex foliolis cauli adnatis.*

VICTO-

VICTORIALIS FOEMINA *Cord. Hist.* 97. *est vulgaris* GLADIOLI *species.*

260. ANTHOLYZA. *Linn.* Ed. V. n. 56.

Spathae vagae; corolla ex breui tubo sensim ampliata, lacinia summa erecta, longissima, vndulata, quatuor lateralibus minoribus, sexta infima propendente longa; stamina duo, et stylus, stigmate trifido instructus, eriguntur, tertium vero stamen laciniae sextae corollae incumbit; capsula Gladioli.

Ad GLADIOLVM *retulit Ludwig Def. n.* 187. *sed structura corollae et staminum situs differunt, ac planta a Commel. H. Amst. T. I. Tab.* 41. *depicta, differentiam clare ostendit.*

261 CVNONIA. *Büttnero Auct. vid. Enum. Method. Plantar. carmine I. C. Cuno recensitarum.*

Spathae bifoliae imbricatae, flores distinguentes; corolla papilionaceam quasi reflerens, tubo angusto, limbo sexpartito, lacinia summa fere horizontali, longissima, excauata, genitalia continens, duae laterales longe breviores, sursum flexae, lanceolatae, tres inferiores breuissimae, intro flexae, quae in posteriore parte cauum constituunt nectariferum; stamina longitudine et situ laciniae summae respondent, antherae sagittatae; stigmata tria, in apice dilatata et excauata; ouarium sub flore positum, fit capsula trigona, trilocularis, triualuis; semina tenui membrana cincta.

Ad

Ad ANTHOLYZAM *refert Linnaeus: ast planta est singularis generis.*

LILIO-GLADIOLVS *Trew. Plant. Dec. IV. Tab.* 39. *ad* GLADIOLVM *proxime accedit, corolla liliacea modo diuersa.*

MERIANA *Trew. ibid. Tab.* 40. *a* GLADIOLO *corollae limbo magis regulari differt.*

Quousque haec duo genera distinguenda, vel ad GLADIOLVM *aut* ANTHOLYZAM *referenda sint, in dubio relinquimus.* MERIANAM *ad* ANTHOLYZAM *retulit Linn. Syst. Nat. Ed. X. p.* 863.

262. IRIS. *Linn.* Ed. V. n. 57.

Spathae imbricatae, alternae; corolla tubum breuissimum, limbum profunde sexfidum ostendit, laciniis tribus interioribus erectis, tribus exterioribus reflexis, plerumque barbatis, figura et magnitudine diuersis; stamina vt plurimum laciniis exterioribus incumbunt; ouarium infra florem positum, stylum emittit in tres partes, petala mentientes, reflexas, et antheras tegentes, diuisum; *hinc Rajo flos dicitur enneapetalos;* fructus oblongus, trigonus, membranaceus, trilocularis, semina nunc subrotunda, nunc plana continens.

Sequentia genera commode ad IRIDEM *refert Linnaeus et recentiorum plurimi.*

IRIS *Tourn.* 358. *radicem repentem tuberosam et folia ensiformia habet.*

HERMODACTYLVS *Tourn. Cor.* 50. *radice tuberosa, ex oppositis tuberibus composita, veluti digitata gaudet.*

XIPHION

XIPHION *Tourn.* 362. IRIASTRVM *Heist. Cat.* 1733. *p.* 16. *radice bulbosa differt.*

SISYRINCHIVM *Tourn.* 365. *radice croco simili distinguitur.*

CHAMAEIRIS *C. B. Pin.* 33. *species humiles et minores complectitur.*

XYRIS *C. B. Pin.* 30. *s.* SPATVLA FOETIDA *Tragi* 904. *semina pulposa in capsula membranacea continet.*

263. OLAX. *Linn.* Ed. V. n. 45.

Calix minimus, monophyllus, integerrimus; corolla infundibuliformis, trifida, lacinia vna longiore; squamae quatuor in fauce corollae conniuentes; stigma capitatum; fructus ignotus.

2. *TRISTYLA.*

264. MONTIA. *Mich.* 18. *Linn.* Ed. V. n. 96.

CAMERARIA *Dill. G.* 114. ALSINOIDES *Vaill. Par. Tab.* 3.

Calix di- raro triphyllus, persistens; corolla quinquepartita, laciniis tribus alternis minoribus, stamina sustinentibus; styli villosi; capsula vnilocularis, triualuis, semina tria continens.

D. TETRANTHERAE.

MONOSTYLAE.

In his tetrantheris, nec non in variis totius huius classis floribus, inprimis in diantheris, maxima structurae partium conuenientia obseruatur; scilicet

Calix monophyllus, vtplurimum quinquefidus, et bilabiatus, labio superiori diuiso, inferiori trifido.

Corolla tubulosa, vel tubuloso ventricosa, limbo bilabiato, varie diuiso; hinc maximam partem monopetalorum irregularium constituunt a Tournefortio labiati vel personati dicti flores. Laciniae corollae potissimum differentiam genericam constituunt; attamen laciniae plus minus emarginatae, labia vel trifida vel semitrifida, et sic porro, fallaciam saepius in generibus et generum speciebus inducunt.

Stamina duo altiora, duo profundiora effecerunt, vt didynamia constitueret Linnaeus, licet proportio non semper accurata inueniatur; et cum ratio staminum duplo major sit quam segmentorum florum dymeizones dicuntur Hallero.

Stylus, qui ouario diuerso insistit, semper simplex, stigmate vt plurimum bifido.

Semina quatuor vt plurimum, nuda, raro vnicum, in capsulis vero et baccis vix aliquid certi est.

Non raro in verticillis, vel spicis verticillatis florent, hinc Rajus has plantas verticillatas appellavit.

Tanta igitur est partium differentia, vt in plurimis quidem aliqua conuenientia characteris naturalis inueniatur, in plurimis vero deficiat.

a. Fru-

a. Fructu gymnospermo.

265. SCHWALBEA. *Linn.* Ed. V. n. 662.

Calix monophyllus, tubuloso ventricosus, ore quadrifido, irregulari; corolla tubulosa, limbo erecto, bilabiato, labio superiori integro, concauo, inferiori trifido, laciniis aequalibus; semen vnicum, subrotundum, paruum.

266. PHRYMA. *Linn.* Ed. V. n. 656. LEPTOSTACHYA *Mitch.* G. 11.

Calix monophyllus, tubulosus, bilabiatus, labio superiori longiore, tridentato, inferiori bifido; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori minori, emarginato, inferiori majori trifido, lacinia media longiore; semen vnicum oblongum, calice contentum.

267. MANETTIA. *Linn.* Ed. V. n. 687.

Calix minor, inferne gibbosus, oblique sectus, lacinia inferiore longiore, profundius diuisa, reliqua pars quadri vel quinquefida, *nunquam autem, vt Linnaeus scribit, calix totus modo quadrifidus*; corollae tubus minimus, limbus quinquepartitus, laciniis duabus superioribus minoribus, infima majore; stigma simplex; calix et corolla semen vnicum inuoluunt.

CAMPHORATA VMBELLATA *huc pertinet, in qua saepe corollam octofidam, et octo stamina inuenimus.*

In memoriam Xaverii Manetti, qui Viridarium Florentinum et Regnum Vegetabile edidit, eo

nomine insigniuimus: debet enim aliud nomen accipere, cum SELAGO *Dill. inter Muscos fuerit assumptum.*

268. MESOPHAERVM. *Brown. Iam. p. 257.*

Calix monophyllus, tubulosus, decem striis notatus, setis quinque rigidis terminatus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori recto, bifido, inferiori tripartito, lacinia media minore, reflexa, ad apicem compressa, carinata; stylus bifidus; semina duo, oblongo-quadrata, sulco longitudinali notata.

269. TEVCRIVM. *Linn.* Ed. V. n. 625. CHAMAEDRYS *Hall. Helv.* 630. *Goett.* 314.

Calix monophyllus, vel tubulosus, vel campaniformis, quandoque deorsum gibbus, quasi bilabiatus; corollae tubus breuis, limbus vnilabiatus, labium enim inferius quinquepartitum est, cujus duo segmenta lateralia erecta, *quae ad labium superius refert Linnaeus*, duo alia magis decliuia sunt quam medium, quod vtplurimum excauatum est; stamina hinc nullo labio superiori tecta, sed ad longam corollae incisuram cum stylo ascendunt, et lateraliter a summis laciniis cinguntur; semina quatuor subrotunda.

Huc referantur:

TEVCRIVM *Tourn. 207. Boerh. I. 181. planta elatior, quasi fruticosa; calix campanulatus.*

CHAMAEDRYS *Raj. 62. Boerh. I. 182. planta humilior, herbacea; calix tubulosus.*

IVA

IVA *Riv. Mon. et Dill. G.* 102. *flores alares tres vel plures; calix inferius euidenter gibbus.*

SCORDIVM *Raj.* 68. *Boerh. I.* 183. *flos vnus vel alter ex alis foliorum; odor* ALLII.

SCORODONIA *Raj.* 62. *et* 68. *Riv. Mon. flores spicati, in vnum latus reclinati; folia* SALVIAE *quodam modo similia.*

MARVM *Boerh. I.* 182. PSEVDO-MARVM *Riv. Mon. habitus fruticosus; folia* SERPILLI; *odor in vna specie acer, volatilis.*

CHAMAEDRYS *Tourn.* 204. *quinque haec genera conjungit.*

POLIVM *Tourn.* 206. *folia interdum incana; flores in capitulum congesti.*

AIVGA *Riv. Mon.* POLIO *omnino similis.*

270. BVGVLA. *Hall. Helv.* 633. *Goett.* 316.
AIVGA *Linn.* Ed. V. n. 624.

Calix monophyllus, quinquefidus, lacinia superiore minore; corolla tubulosa, labii superioris bifidi vestigio euidenti, labio inferiori tripartito, lacinia media emarginata, vt fere quadripartitum adpareat; stigmata inaequalia; semina quatuor oblonga, vel subrotunda, calice comprehensa.

Datur species flore inuerso.

BVGVLA *Tourn.* 208. CONSOLIDA MEDIA *offic. folia obtusa, crenata; planta flabella plerumque emittens; flores plures ad alas densius spicati.*

CHAMAEPITYS *Tourn.* 208. CHAMAEPETIS *Siegesb.* 30. *folia angusta, trifida; flores pauciores alares;*

alares; odor plantae resinosus; ob corollae conuenientiam conjunguntur.

CHAMAEPITYS *a Linnaeo ad* TEVCRIVM *reducitur; et* TEVCRIVM *Roy. p.* 305. *hoc et praecedens genus conjungit.*

271. LAMIVM. *Tourn.* 183. *Linn.* Ed. V. n. 636. GALEOPSIS *Riv. Mon.*

Calix monophyllus, vix labiatus, in setas quinque desinens; corolla tubulosa, superius amplior, lateraliter compressa, labium superius cavum, emarginatum, inferius bifidum, cordiforme, annexis superne duobus segmentis lateralibus minutis; *hinc barba Riuino dicitur quadrifida,* semina quatuor, triangularia.

LAMIVM *fol. superioribus amplexicaulibus, incisis Hall. calice vix spinoso, galea integra, diuersum.*

272. GALEOPSIS. *Linn.* Ed. V. n. 637. *Hall. Helv.* 644. *Goett.* 329.

Calix monophyllus, campaniformis, vix labiatus, setis quinque acutis dentatus; corolla tubulosa, labio superiori concauo, serrato, inferiori tripartito, lacinia media latiore serrata, ad basin barbae vtrinque denticulo acuminato posito; semina quatuor angulosa.

CANNABIS SPVRIA *Riv. Mon. Raj.* 65. CANNABINA *Boerh. I.* 159. CANNABINASTRVM *Heist.* 1731. *p.* 31. *Fabric. p.* 49. ACALYPHA *Siegesb.* 2. *nec non* LADANVM *Riv. Mon.* TETRAHIT *Dill. G.* 103. *tubum corollae longum habent, et huc referantur.*

273. STA-

273. STACHYS. *Linn.* Ed. V. n. 638.

Calix monophyllus, angulosus, bilabiatus, quinque denticulis notatus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori fornicato integro, vel leviter emarginato, inferiori trifido, lacinia media maxima, vel leviter emarginata; semina quatuor subrotunda.

STACHYDIS *species galea quodam modo concava, ad* GALEOPSIDEM *refert Tourn.* 185. *hinc*

STACHYS *Tourn.* 186. *galea erecta*

GALEOPSIS *Tourn.* 185. *galea fornicata.*

PSEVDO-STACHYS *C. B. P. p.* 236. *et Manet. Vir.* 67. *huc etiam pertinet: nec non*

SIDERITIDIS *Tourn.* 191. *quaedam species.*

274. PRASIVM. *Linn.* Ed. V. n. 655. NICCOLINIA *Manet. Vir.* 56.

Calix monophyllus, campanulatus, bilabiatus, labio superiori latiori semitrifido, inferiori bipartito; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori erecto, concauo, vix emarginato, inferiori tripartito, lacinia media majore; semina quatuor pulposa, baccis similia.

Ad GALEOPSIDEM *reduxit Tourn.* 186. *a qua et omnibus congeneribus solo semine pulposo molli differt.*

275. PHLOMIS. *Tourn.* 177. *Linn.* Ed. V. n. 642.

Calix pentagonus, tubulosus, quinquedentatus; corolla tubulosa, galea concaua fornicata,

 ad

ad labium inferius, quod trifidum est, flexa, lacinia media ampliore, leuiter emarginata; semina quatuor, oblonga, triquetra; *inuolucrum setaceum verticillis densis subjectis.*

PHLOMIS *radicibus nodosis, calice et inuolucro conuenit, verum galea bi- vel tridentata est, vndique serrata, et barbae media lacinia sursum caua emarginata.*

NAVICVLARIA *Heist. Fabric. p.* 48. PHLOMIDIS *forte est species.*

276. LEONVRVS. *Tourn.* 187. *Hall. Goett.* 325.

Calix tubulosus, superne dentatus; corolla tubo longiore praedita, labium superius longius, integrum, concauum, labium inferius tripartitum, breue; semina quatuor, angulosa. *Flores in verticillos densissimos congesti.*

277. CARDIACA. *Tourn.* 186. *Hall. Helv.* 639. *Goett.* 325.

Calix breuis, bilabiatus, quinque aculeis prominentibus donatus; corolla tubulosa, labio superiori integro, concauo, inferiori tripartito, laciniis acutis; semina quatuor angulosa. *Flores in verticillis densis positi.*

Tria haec genera vix accurate sunt definita, et in ordinandis speciebus saepe confusio atque incertitudo.

LEONVRVM *et* CARDIACAM *Tourn. conjungit* LEONVRI *nomine; Linnaeus in Ed. priore n.* 583. *et* GALEOBDOLON *Dill. G.* 103. *quod* LAMIASTRVM

STRVM *dixit Heisterus Fabric. p.* 51. *ob lacinias labii inferioris acutas addidit; hoc vero genus in noua Edit. V. n.* 637. *iterum, vt Tournefortius fecerat, ad* GALEOPSIDEM *reduxit, licet, ipso monente, fructificatione ab aliis speciebns parum recedat. Hallerus autem Helv.* 640. GALEOBDOLON *ad* CARDIACAM *retulit. Porro etiam Linnaeus* LEONORVM *Tourn. ad* PHLOMIDEM *amandauit Ed. V. et sub* LEONVRO *n.* 641. CARDIACAM *modo et* SIDERITIDIS *Tourn. quasdam species comprehendit; eique vt essentialem ac a* PHLOMIDE *inprimis diuersum characterem, tribuit antheras punctis globosis solidis adpersas. Verum nec in* CARDIACA *vulgari, nec, quam huc retulit Linnaeus,* BALLOTE *coronopi folio Amman. eiusmodi antheras, modo filamenta staminum punctis sanguineis adpersa inuenire potuimus. Quae etiam ratio est, cur hanc* BALLOTEN CARDIACAE *speciem esse posse assumimus; licet barba maxime differat: differt enim et ab aliis congeneribus.*

278. ORVALA. *Linn.* Ed. V. n. 635.

PAPIA *Mich. G.* 20.

Calix monophyllus, incuruus, semiquinquefidus, segmentis acutis quasi bilabiatis; corolla tubulosa, tubo breui bilabiata, labio superiori falcato, longo, multidentato; inferiori tripartito, laciniae laterales versus labium superius assurgentes, eidemque fere adhaerentes, oblongae tridentatae, lacinia media lunulata et crenata, cum acumine; semina ouata, quatuor.

279. DRACOCEPHALON. *Riv. Mon.*

Calix tubulosus, quinquedentatus, irregularis, non labiatus; corolla inferius tubulosa, superius

ampla, gulosa, labium superius vix emarginatum, concauum, inferius trifidum, lacinia media leuiter emarginata; semina quatuor, angulosa, oblonga. *Verticilli florum rariores.*

280. MOLDAVICA. *Tourn.* 184. CEDRONELLA *Riv. Mon.*

Calix ventricosus, superne contractus, labiatus, labio superiori tridentato, inferiori bidentato; corolla inferius tubulosa, superius ampla, gulosa, labium superius diuisum, inferius tripartitum, lacinia media profundius diuisa; semina quatuor, oblonga. *Verticilli florum rariores.*

DRACOCEPHALVM *Linn. Ed. V. n.* 648. *vtrumque genus vnit, et nisi ac alice differentia diuisionis assumatur, omnino simillima sunt genera. In fauce ampla characterem* MOLDAVICAE *posuit Hall. Goett.* 333. *sed eadem quoque adest in* DRACOCEPHALI *speciebus*; *hinc potius species* MOLDAVICAE, *quae habent calicem* DRACOCEPHALI, *etiam ad* DRACOCEPHALVM, *et vice versa, sunt referendae.*

CAMPHOROSMA *Moris. H. Oxon. III. p.* 366. VOLKAMERIA *Heist. Fabric.* 55. *quae folia ternata habet et galeae bifidae lacinias deorsum retrorsumque flexas, quam ad* MOLDAVICAM *retulit Hallerus, nobis est* DRACOCEPHALI *species.*

RVYSCHIANA *Boerh. I.* 172. *Amman. Ruth. p.* 50. PSEVDO CHAMAEPITHYS *Riv. Mon.* HYSSOPIOIDES *Siegesb.* 57. *quas Linn. Ed. prior. n.* 565. *ad* HYSSOPVM *retulit et quae flores speciosos*

ciosos in verticillis rarioribus vnilateralibus, dispositos, mediamque laciniam barbae quodammodo convolutam ostendit, etiam DRACOCEPHALO *debet addi.*

PSEVDO MELISSA *Riv. Mon. vero ad* MOLDAVICAM *pertinet.*

281. BRVNELLA. *Tourn.* 182. *Linn.* Ed. V. n. 654. PRVNELLA *Rai.* 64.

Calix monophyllus, bilabiatus, labio superiori lato, truncato, leuiter trifido, inferiori bifido, acuto; corolla tubulosa, superne ventricosa, labio superiori integro, leuiter emarginato, nutante, inferiori trifido, lacinia media non nihil latiore, quasi fimbriata; filamenta staminum fere bifurcata; semina quatuor, subrotunda.

282. CASSIDA. *Tourn.* 181. SCVTELLARIA *Riv. Mon. et Linn.* Ed. V. n. 653.

Calix breuis, tubulosus, margine aequali, loco labii superioris adhaeret operculum membrana sursum reflexa auctum, integrum; corolla tubulosa, tubus longus, sursum flexus, bilabiatus, labio superiori integro, concauo, non nihil emarginato, inferiori trifido, binae vero laterales laciniae acutae, a latere tubi positae, quodammodo sursum flexae, hinc a quibusdam ad labium superius relatae, lacinia media deorsum pendens, late emarginata; stigma simplex; semina quatuor, subrotunda, operculo, post corollam excussam, tubum calicis claudente, tecta, et quasi in capsula contenta.

283. BE-

283. BETONICA. *Ludw. Def. n. 203.*

Calix monophyllus, quinquedentatus, vix bilabiatus; corolla tubuloſa, labio ſuperiori integro, inferiori trifido; ſemina quatuor.

Addit Ludwigius: Habitus plantae, flores in verticillos denſos, ſuperius in ſpicas denſas compactas digeſtos oſtendit, et characterem quendam, licet obſcurum huius generis, in quo BETONICA *Tourn.* 202. *et* SIDERITIS *Tourn.* 191. *coniunguntur, exhibet; fateor tamen eandem maxime ad* STACHYDIS *genus accedere. Labium enim ſuperius, vel integrum, vel emarginatum, vel diuiſum, vndulatum, vel rectum, lacinia media labii inferioris, vel integra, vel emarginata, vel diuiſa, tubus rectus vel incuruus, et quae ab auctoribus adducuntur ſigna, vix certo diſtinguunt ſpecies, ad hoc genus referendas.*

BETONICA *Tourn. et Linn. Ed. V. n.* 631. *Calix quinquedentatus, ariſtatus; corollae tubus incuruus, galea ſubrotunda, integra, barbae lacinia media latior emarginata. Datur vero ſpecies, quae laciniam mediam barbae integerrimam habet.*

SIDERITIS *Linn. Ed. V. n.* 632. *Calix ſubquinquefidus, laciniis acutis; corollae tubus oblongus, galea bifida acuta, barba laciniis lateralibus acutis, media ſubrotunda crenata; ſtigma ſuperius concauum, truncatum, inferius breuius, vaginans ſuperius.*

SIDERITIDEM *vulgarem ad* BETONICAM *retulit, et inter* SIDERITIDIS *ſpecies* CVNILAE *genus ſimul comprehendit Linnaeus.*

Ita

Ita et Hallerus Helv. p. 645. duo genera constituit, et BETONICAE *galeam vndulatam, integram vel serratam, barbae medium segmentum plicatum emarginatum;* SIDERITIDI *vero galeam incisam, et barbae medium segmentum non emarginatum, modo crenatum attribuit. Verum* SIDERITIDIS *Riv. species, quas ad* BETONICAM *retulit, inconstantiam characterum declarabunt.* ALOPECVROS *Pont. Anth. p. 252. quae galeam fornicatam et deorsum pendentem habet, a Linn. Spec. II. p. 573. ad* BETONICAM *refertur.*

284. BALLOTE. *Tourn.* 184. BALLOTA *Linn.* Ed. V. n. 639. MARRVBIASTRVM *Riv. Mon.*

Calix tubulosus, pentagonus, decem striis notatus, quinquedentatus, vix bilabiatus; corolla tubulosa, labio superiori integro, vix emarginato, concavo, inferiori trifido, segmentis leuiter emarginatis, medio maiori; semina quatuor, oblonga. *Flores multi, communi pedunculo insistentes, qui alaris est; in vnum latus vergit, et foliolis linearibus cingitur.*

285. CATARIA. *Tourn.* 202. NEPETA *Riv. Mon. et Linn.* Ed. V. n. 629.

Calix monophyllus, tubulosus, incuruus, quinquedentatus, denticulis tribus labii superioris erectis, binis labii inferioris deflexis; corolla tubulosa, incuruata, labio superiori erecto, plano, emarginato, inferiori tripartito, laciniis lateralibus sursum flexis, acutis, media lata, concaua, serrata; semina quatuor, oblonga.

Datur species flore inuerso, quae potius, huc quam ad HYSSOPVM *referenda.*

286. CV-

286. CVNILA. *Linn.* Ed. prior. n. 576. *Hall. Goett.* 334. MARRVBIASTRVM *Tourn.* 190. MAPPIA *Heist. Fabric. p.* 58.

Calix monophyllus, rigidus, bilabiatus, segmentis quinque spinosis; corolla quadrifida, non labiata, subaequalis, lacinia superiori non nihil latiori; stamina intra tubum floris; semina quatuor, parua. *Verticilli densi.*

Ad SIDERITIDEM *retulit Linn. Ed. V. n.* 632.

287. TRICHOSTEMA. *Linn.* Ed. V. n. 652.

Calix monophyllus, bilabiatus, segmentis acutis, labio superiori maiori trifido, inferiori diviso; corolla tubulosa, tubo breui, bilabiata, galea falcata, integra, barba trifida, lacinia media minori; semina subrotunda, in calice inuerso, vt labium superius euadat inferius, contenta.

288. MENTHA. *Tourn.* 188.

Calix paruus, monophyllus, quinquedentatus, vix labiatus; nec corolla tubulosa vere bilabiata est, sed irregulariter quadrifida, lacinia superiori latiori, emarginata; semina quatuor subrotunda. *Flores in verticillos densos, saepe in spicam coacti.*

MENTHASTRVM *Riv. Mon. spicas florum ramosas ostendit, et huc referatur.*

289. PV-

289. PVLEGIVM. *Riv. Mon. Hall. Helv.* 659.

Calix tubulosus, quinquefidus; corolla tubulosa, limbo fere regulari, infima labii inferioris lacinia parum latiori; semina quatuor, parua. *Odor plantae suauis, balsamicus, flores in verticillos densos minus distantes collecti.*

MENTHA *Linn. Ed. V. n.* 633. *vtrumque genus coniungit; in* PVLEGIO *vero lacinia superior corollae non emarginata est.*

290. SATVREIA. *Linn.* Ed. V. n. 626.

Calix monophyllus, striatus, erectus, quinquedentatus, vix labiatus; corolla tubulosa, labio superiori acute emarginato, inferiori trifido, lacinia media paullo maiori; semina quatuor, subrotunda.

Huc referantur:

SATVREIA *Tourn.* 197. *et Riv. Mon. flores ex vno pedunculo alari, non ramoso, sparsi.*

THYMBRA *Tourn.* 198. *flores in verticillos densos congesti.*

CVNILA *Roy. et Linn. Syst. Nat. Ed. X. n.* 1106. *licet corollae labii inferioris lacinia media linearis sit, et stamina modo duo gerat, huc forsan collocari posset.*

291. THYMVS. *Linn.* Ed. V. n. 646.

Calix monophyllus, bilabiatus, fauce pilosa, labio superiori integro, tridentato, inferiori bifido, segmentis acutis; corolla tubulosa, labio supe-

ſuperiori leviter emarginato, inferiori trifido, lacinia media quodammodo longiore; ſemina quatuor, ſubrotunda.

Genera ſequentia huc reducantur:

THYMVS *Tourn.* 196. *folia breuia, anguſta, rigida; caules lignoſi, parui, erecti; floſculi in capitula collecti, verticillo inferiori a capitulo remoto.*

SERPILLVM *Tourn.* 196. *folia* THYMI *latiora; caules repentes, minus duri.*

ACINOS *Riv. Mon. Dill.* G. 104. *calicis tubus longior, ventricoſus; corollae faux ampla, barbae lacinia media emarginata; flores alares rariores.*

MASTICHINA *Boerh. I.* 156. MARVM *Riv. Mon. flores in verticillis denſis; calicis ſegmenta longa, anguſta, lanuginoſa; galea bifida; ſtylus longus, dependens. Hanc plantam Linn. in Spec. T. II. p.* 567. *ad* SATVREIAM *reduxit.*

THYMVS *Hall. Goett.* 341. *coniungit* THYMVM *et* SERPILLVM *Tourn.* ACINOS *vero ad* CLINOPODIVM *reduxit.*

THYMVM *Tourn. ſtamina breuiſſima habere monet Linnaeus; nos certe nec ſtamina, nec antheras inuenire potuimus.*

292. THYMBRA. *Linn.* Ed. V. n. 627.

Calix monophyllus, durus, bilabiatus, labio ſuperiori trifido, inferiori bipartito; corollae galea concaua, ſemibifida, obtuſa, barba trifida, laciniis fere aequalibus; ſtylus ſemibifidus; ſemina quatuor. *Bracteae florales ciliatae.*

293. MO-

293. MOLVCCA. *Tourn.* 184. MOLVCCELLA *Linn.* Ed. V. n. 643.

Calix campanulatus, amplus, patulus, incurvus, limbo irregulari, quinquefido, segmentis vel spinosis, vel aristatis inermibus; corolla tubulosa, limbo vix eminente, bilabiato, galea integra, concaua, barba trifida, lacinia media ampla, profunde emarginata; semina quatuor, angulosa, superius truncata.

294. MARRVBIVM. *Tourn.* 192.

Calix tubulatus, striatus, quinque vel decem dentibus, alternis minoribus, reflexis, praeditus; corolla tubulosa, labio superiori diviso, erecto, plano, inferiori trifido, lacinia media non nihil emarginata; semina quatuor, oblonga.

ALYSSVM *Galeni, quod Rivinus distinguit, huc referatur.*

295. PSEVDO-DICTAMNVS. *Tourn.* 188.

Calix infundibuliformis; corollae galea concaua, reliqua vt in Marrubio.

MARRVBIVM *Linn. Ed. V. n.* 640. *et Hall. Goett.* 336. *haec bina genera coniungit.*

296. MELISSA. *Linn.* Ed. V. n. 647. CALAMINTHA *Hall. Helv.* 650.

Calix tubulosus, oblongus, bilabiatus, labio superiori trifido, inferiori diuiso; corolla tubulosa, labio superiori diuiso, inferiori trifido, lacinia media latiore, emarginata; semina quatuor, oblonga.

MELISSA *Tourn.* 193. *flores ex vno pedunculo terni vel quaterni, in vnum latus reflexi alares; nec non*

CALAMINTHA *Tourn.* 194. *flores ex pedunculis ramosis alares; conjunguntur recte, licet antea separauerit Ludwigius.*

POLYMORPHA *Heist. Fabric. p.* 53. *est species* MELISSAE *bugulae fol. Dill. H. Elth. Tom. II. p.* 219. *quae absque corolla conspicua semina profert.*

297. MELITTIS. *Linn.* Ed. V. n. 650. MELISSOPHYLLVM *Riv. Mon.* MELISSA *Hall. Helv.* 650. LAMIVM *Plinii Koenig Diss.*

Calix monophyllus, campanulatus, teres, bilabiatus, labio superiori emarginato, inferiori diuiso; corolla tubo longo praedita, labio superiori plano, profunde emarginato, inferiori trifido, lacinia media emarginata; semina quatuor, subrotunda. *Flores alares in vnum latus flexi, maximi.*

MELISSA *Hall. Goett.* 338. *et hoc, et praecedens genus conjungit.*

298. CLINOPODIVM. *Tourn.* 195. *Linn.* Ed. V. n. 644.

Calix hirsutus, tubulosus, labio superiori trifido, reflexo, inferiori bifido; corolla tubulosa, galea fornicata, diuisa, barba trifida, lacinia media latiore, emarginata; stigma simplex; semina quatuor, oblonga, in calice superne contracto, inferne

inferne gibbo, contenta. *Flores verticillati, nonnunquam inuolucro multifido cincti.*

299. CHAMAECLEMA. *Boerh. I.* 172. CHAMAECISSVS *Rupp. Edit. II. p.* 188. HEDERA TERRESTRIS *Riv. Mon.* GLECHOMA *Linn.* Ed. V. n. 634. HEDERVLA *Heist. Fabric. p.* 56.

Calix tubulosus, quinquedentatus, denticulis acutis, binis inferioribus breuioribus; corolla tubulosa, galea diuisa, barba trifida, lacinia media latiore, emarginata; semina quatuor, oblonga. *Radix repens; caules in flabella distributi; folia subrotunda crenata; flores alares, tres vel plures vni pedunculo affixi.*

Ad CALAMINTHAM *retulit Tourn.*

300. LAVANDVLA. *Linn.* Ed. V. n. 630. *Hall. Goett.* 342.

Calix monophyllus, breuis, quadri-vel quinquedentatus, bracteis suffultus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori diuiso, erecto, inferiori trifido, segmentis aequalibus; semina quatuor, oblonga.

LAVENDVLA *Tourn.* 198. *flores in spicam oblongam digesti, bracteis minoribus interpositis.*

STOECHAS *Tourn.* 201. *flores in spicam quadrangulam dispositi, bracteis maioribus, coma coronatam.*

301. ORIGANVM. *Tourn.* 198. *Hall. Goett.* 343.

Calix tubulosus, quinquedentatus, denticulis tribus superioribus longioribus, duobus inferiori-

rioribus breuioribus; corolla tubulosa, galea emarginata, barbae media lacinia parum longiori; semina quatuor. *Flores in capitula laxa oblonga, spicis similia, congesti, bracteis minoribus concauis interpositis.*

302. DICTAMNVS. *Rai.* 63. *Hall. Goett.* 343. HOFFMANNIA *Heist. Fabric. p.* 61.

Calix inferne tubulosus, superne in vnum segmentum ouatum, oblique resectus; corollae tubus angustus, superne tumens, galea euidenter diuisa, barba quasi in calcar extensa, trifida, laciniis aequalibus. *Flores in capitula laxa digesti, bracteis maioribus interpositis.*

303. MAIORANA. *Tourn.* 271. *Hall. Goett.* 343.

Calix bifolius, foliolis subrotundis, superiori minori, cui corolla adhaeret, infundibuliformis, labio superiori breui inciso, inferiori aequaliter trifido. *Flores in capitula densa, breuia, tetragona collecti, nullo inuolucro accessorio cincti.*

ORIGANVM *Linn. Edit. V. n.* 645. *tria haec genera coniungit; verum calicis insignis differentia eadem diuersissima reddit.*

304. VERBENA. *Tourn.* 200. *Linn.* Ed. V. n. 30.

Calix breuis, dentatus, denticulis quatuor ad sex; corolla tubulosa, semiquinquefida, fere regularis, ob flexum tubi quodammodo irregularis adparens; semina duo vel quatuor, oblonga.

SHERAR-

SHERARDIA *Vaill. Serm. de struct. fl. p. 47. illas* VERBENAE *species sistit, quae quatuor filamenta, binas antheras veras, binas vero imperfectas, et semina duo obtinent; sed hic defectus forte ab inopia succi in flore adeo angusto pendet; hinc* VERBENAM, *cui hanc addimus, ad tetrantheras potius, quam diantheras referendam esse iudicamus.*

BLAIRIA *Houst. et* KAEMPFERA *Houst. a Linnaeo huc quoque referuntur, quae etiam diantherae sunt et dispermae.*

Datur etiam species calice bifolio.

305. HORMINVM. *Linn.* Ed. V. n. 649.

Calix monophyllus, angulosus, bilabiatus, labio superiori tridentato, inferiori bifido; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori breviori, concauo, bifido, inferiori tripartito, lacinia media latiore emarginata; stamina corollam non superantia; semina quatuor, subrotunda.

Species MELISSAE *Magn. Hort. 133. et Dill. H. Elth. fig. 216. huc reducuntur.*

306. HYSSOPVS. *Tourn. 200. Linn.* Ed. V. n. 628.

Calix tubulosus, acute quinquefidus, vix labiatus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori bifido, inferiori tripartito, lacinia media late emarginata; semina quatuor, oblonga. *Flores in vertillos densos, inferius distantes, superius in spicam congestos, et ad vnum latus respicientes, dispositi.*

307. OCIMVM. *Tourn.* 203. *Linn.* Ed. V. n. 651. BASILICVM *Raj.* 64.

Calix tubulosus, bilabiatus, labio superiori plano, vt plurimum integro, inferiori quadridentato; corolla tubulosa, bilabiata, quasi inversa, labio superiori surrecto, subrotundo, quadrifido, inferiori integro, non nihil crispo; stamina et stylus versus labium inferius deflexa, filamentis staminum duobus processu reflexo notatis; semina quatuor, oblonga, clauso calice contenta. *Odor plantae suauis, flores in spicas laxas, e verticillis rarioribus compositas, digesti.*

CELSIA *vid. Pentantheras n.* 359.

b. Fructu angiospermo.

308. CRANIOLARIA. *Linn.* Ed. V. n. 670.

Calix exterior tetraphyllus, interior spatha inflata, ex vna parte longitudinaliter dissecta; corolla tubulosa, bilabiata, tubo tenui longissimo, labio superiori integro, inferiori trifido, lacinia media maiore; nux lignosa, sulcata, coriaceo integumento biualui cincta.

In Plum. Tab. 137. *a Burmanno edit. corollae labium superius amplum bifidum, vndique laciniatum, inferius vero quadrifidum, laciniis lateralibus integris, inferioribus duabus laciniatis pingitur.*

306. SQVA-

309. SQVAMARIA. *Riv. Mon. Linn.* Ed. prior. n. 599. DENTARIA APHYLLOS *Raj.* 96. ANBLATVM *Tourn.* APHYLLVM *Watson Phil. Trans. Vol.* 47. *p.* 428.

Calix monophyllus, semiquadrifidus; corolla bilabiata, tubus et limbus compressus, labium superius integrum, erectum, inferius vix trifidum, magis crispum; stigma capitatum; glandula nectarifera ante ouarium posita; capsula oblonga, acuminata, vnilocularis, multis seminibus foeta. *Radix squamosa, flores in spica homomalla, foliolis ad exortum florum positis, coloratis.*

Linnaeus in spec. Tom. II. p. 606. *ad* CLANDESTINAM *reduxit.*

310. CLANDESTINA. *Tourn.* 652. LATHRAEA *Linn.* Ed. V. 661.

Calix monophyllus, quadrifidus; corolla tubulosa, bilabiata, tubo sensim ampliato, labio superiori concauo, integro, apice adunco, inferiori trifido minore; stigma deflexum, truncatum; glandula nectarifera ante ouarium posita; capsula subrotunda, acuminata, vnilocularis, biualuis; semina pauca, oblonga.

311. LIPPIA. *Linn.* Ed. V. n. 699.

Calix monophyllus, subrotundus, latus, margine vtrinque auctus; corolla ventricosa, limbo quadrifido, labio superiori integro, inferiori tripartito, lacinia media maiore; capsula compressa, calice tecta, vnilocularis, biualuis; semina duo, coalita. *Flores in capitulum squamosum collecti.*

312. BARLERIA. *Plum. G.* 31. *Linn.* Ed. V. n. 703.

Calix monophyllus, quadrifidus, ſegmentis oppoſitis maioribus; corolla tubuloſa, ſuperne ventricoſa, quinquefida, lacinia inferiori profundiori; capſula oblonga, quadragona, vnilocularis; ſemina plura, orbiculata, imbricata.

Capſulam bilocularem, duplici ſemine foetam deſcribit Linnaeus; vni- et trilocularis delineatur in Plum. Faſc. II. Tab. 43.

PRIONITIS *H. Cliff.* 487. *huc refertur a Linnaeo Spec. p.* 636. *n.* 2.

313. OROBANCHE. *Tourn.* 175. *Linn.* Ed. V. n. 697.

Calix monophyllus, ſemi quadri-vel quinquefidus, coloratus; corolla tubuloſa, bilabiata, labio ſuperiori concauo, integro, leuiter emarginato, inferiori trifido, laciniis aequalibus; ſtigma bifidum; glandula ad baſin ouarii; capſula oblongo acuminata, vnilocularis, biualuis; ſemina tenuiſſima; *Radix ſquamoſa, habitus aphyllos, flores in ſpica homomalla.*

APHYLLON *Mitch. G.* 25. *huc refert Linnaeus.*

314. PHELYPAEA. *Tourn. Cor.* 47. *Linn.* Ed. prior. n. 598.

Calix tubuloſus, ſemibifidus; corolla bilabiata, tubo breuiſſimo, labio ſuperiori bipartito, inferiori tripartito, lacinia media maiore; ſtigma capitatum; capſula oblonga, vnilocularis, ſemina plurima.

Ad

Ad LATHRAEAM *reduxit Linnaeus Spec. T. II. p. 606.*

315. TOZZIA. *Mich.* 19. *Linn.* Ed. V. n. 663.

Calix monophyllus, tubulosus, quinquedentatus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori bifido, inferiori tripartito, laciniis omnibus fere aequalibus; stigma capitatum; capsula oblonga, vnilocularis, biualuis, semine oblongo foeta. *Radix inferius fibrosa, superius squamosa.*

316. CYMBARIA. *Amman. Ruth.* 35. *Linn.* Ed. V. n. 669.

Calix tubulosus, multifidus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori bifido, inferiori tripartito, vtroque reflexo; capsula oblonga, vnilocularis, biualuis, valuis cymbae similibus; semina plura, parua, angulosa.

317. RVELLIA. *Plum. G.* 12. *Linn.* Ed. V. n. 702.

Calix monophyllus, quinquefidus, laciniis angustis, acutis; corolla tubuloso ventricosa, limbo quinquefido, bilabiato, labio superiori diviso, erecto, latiori, inferiori trifido; stigma bifidum; capsula oblonga, vnilocularis, siue semibilocularis; semina subrotunda, compressa.

318. HEBENSTREITIA. *Linn.* Ed. V. n. 688.

Calix tubulosus, in duo segmenta diuisus; corolla tubulosa, limbo quadrifido, vnilabiato,

ſurſum flexo; capſula oblonga, vnilocularis, ſemina bina continens.

Ad VALERIANELLAM *retulit Commel. H. Amſt. II. p.* 297.

319. BROWALLIA. *Linn.* Ed. V. n. 691.

Calix monophyllus, tubuloſus, quinquedentatus; corolla infundibuliformis, limbo irregulariter quinquefido, plano; lacinia ſuperiori majori; ſtigma craſſum; capſula oblonga, vnilocularis, quadrifariam dehiſcens; ſemina parua.

320. LIMOSELLA. *Linn.* Ed. V. n. 694.

PLANTAGINELLA *Dill. G.* 113. MENYANTHOIDES *Vaill. Par. p.* 136.

Calix monophyllus, quinquefidus; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido, ſegmentis acutis, vno minore; ſtigma globoſum; capſula oblonga, rotunda, biualuis, vnilocularis; ſemina parua, numeroſa.

321. ACANTHVS. *Tourn.* 176. *Linn.* Ed. V. n. 711.

Calix exterior trifolius, foliolis binis lateralibus anguſtis, medio magno, cauo, propendente et quaſi laciniato; calix alter minor, interior, bifolius, bilabiatus, labio ſuperiori cauo, longiori, inferiori breuiori; corolla tubum breuiſſimum, annulo ſimilem, villis clauſum habet, et labium tantum inferius, amplum, tripartitum emittit; ſtigmata duo; capſula oblonga, acuminata, bilocularis, in quolibet loculo ſemen carnoſum, gibbum continet. *Folia radicalia ſinuata, lata, interdum ſpinoſa.*

322. PE-

322. PEDALIVM. *Roy. et Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1155.

Calix paruus, quinquepartitus, lacinia summa breuissima; corolla tubo trigono instructa, non labiata, quinquepartita, laciniis summis minoribus, infima ampliore; stamina tubo corollae breviora; stigmata duo; fructus sistit nucem reticulatam, tetragonam, angulis ad basin spinosis, dissepimento opposito bilocularem, seminibus duobus foetam.

323. CHELONE. *Tourn. Act. Paris.* 1706. *p.* 85. *Linn.* Ed. V. n. 666. ANONYMOS *Gronov. Virg.* 71.

Calix monophyllus, breuis, quinquefidus; corolla tubulosa, bilabiata, tubo tenui, in fornicem gibbum superius expanso, qui testudinis testam refert, labium superius obtusum, emarginatum, inferius breue, tridentatum; filamentum quintum sine anthera; capsula oblonga, bilocularis; semina parua, margine cincta.

PENTASTEMON *Mitch. G.* 14. *huc a Linnaeo refertur.*

324. PEDICVLARIS. *Riv. Mon. Linn.* Ed. V. n. 664. *Hall. Helv.* 620. ALECTOROLOPHVS *Siegesb.* 5.

Calix monophyllus, quinquefidus, laciniis nonnunquam crenatis; corolla tubulosa, gibba, bilabiata, labio superiori compresso, integro, vel obtuso, vel apice acuto, inferiori tripartito, lacinia media, angustiori; capsula, oblonga, compressa, bilocularis; semina angulosa.

SCE-

SCEPTRVM CAROLINVM *Hort. Cliff.* 326. *rictu clauso a* PEDICVLARI *differt, et huc refertur.*

325. ALECTOROLOPHVS. *Hall. Helv.* 623. CRISTA GALLI *Riv. Mon.*

Calix tubulosus, inflatus, compressus, quadridentatus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori emarginato, inferiori semitrifido; capsula orbiculata, compressa, margine aucta, bilocularis; semina compressa, alata.

PEDICVLARIS *Tourn.* 172. *haec bina genera coniungit.*

326. ELEPHAS. *Tourn. Cor.* 48. *Voy. II. p.* 299.

Calix monophyllus, trifidus, bilabiatus, labio superiori emarginato, inferiori diuiso; corolla tubuloso-ventricosa, tubo breui, bilabiato, labio superiori tenui, vel erecto, vel incuruo, proboscidem elephantinam referente, inferiori lato, trifido, segmentis variae proportionis in variis speciebus; capsula subrotunda, margine obtuso, bilocularis; semina oblonga, simplicia.

RHINANTHVS *Linn. Ed. V. n.* 658. *hoc et praecedens genus complectitur.*

327. BARTSIA. *Linn.* Ed. V. n. 657. STAEHELINA *Hall. Helv.* 624.

Calix monophyllus, tubulosus, bifidus, laciniis emarginatis; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori tenui integro, leuiter emarginato, inferiori breui, trifido, reflexo; filamenta sub anthe-

antheris pilosa; capsula ouato-acuminata, compressa, biualuis, bilocularis; semina parua, angulata.

TRIXAGO *Col. Ecphr. I. 199. huc pertinet.*

Posset omnino STAEHELINAE *nomen conseruari: Hallerus enim prius monuit peculiare genus esse; hinc prior tempore, prior jure: ast, ne* STAEHELINA *Linnaei alio nomine insignita, noua oriatur confusio, Ludwigium secuti fuimus.*

328. MELAMPYRVM. *Tourn.* 173. *Linn.* Ed. V. n. 660.

Calix tubulosus, semiquadrifidus, vel quinquefidus, segmentis tenuissimis, erectis; corolla tubulosa, bilabiata, tubo recuruo, sensim ampliato, labio superiori cauo, nonnihil emarginato, inferiori plano, longitudine superioris, duplici tumore insigni, semitrifido, laciniis aequalibus; antherae quodammodo coalitae, potissimum binae vnius lateris; capsula oblonga, compressa, superne conuexa, inferne recta, bilocularis, biualuis; semina quatuor, tritici seminibus fere similia. *Flores in verticillis rarioribus, ad vnum latus flexis et spicam, coma coronatam, referentibus, dispositi.*

An huc pertinet planta, pro nouo genere, nullo addito nomine, descripta a Coldenio in Part. II. Florae Coldenghamiae, vid. Act. Societ. Vpsal. an. 1744 - 1750. p. 49. ast corollae limbum compressum, clausum, galeam concauam, integram, barbam planam integram, antheras omnes coalitas, et capsulam orbicularem vnilocularem esse, legimus; hinc omnino diuersa videtur, possetque a figura

figura corollae, capiti piscis simili, facile suum nomen accipere.

329. ODONTITES. *Riv. Mon. Hall. Helv.* 627. CRATAEOGONON *Raj.* 95.

Calix tubulosus, quadrifidus, segmentis acutis, fere aequalibus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori leuiter inciso, inferiori tripartito, laciniis non incisis, media majore; capsula oblonga, compressa, bilocularis; semina exigua.

330. EVPHRASIA. *Riv. Mon. Hall. Helv.* 628.

Calix tubulosus, quadrifidus, segmentis erectis, vix inaequalibus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori diuiso, inferiori tripartito, laciniis omnibus emarginatis; capsula oblonga, bilocularis, seminibus exiguis foeta.

EVPHRASIA *Linn. Ed. V. n.* 659. *hoc et praecedens genus conjungit.*

331. ANTIRRHINVM. *Linn.* Ed. V. n. 668. *Hall. Goett.* 305.

Calix profunde quinquefidus, irregularis; corolla tubuloso-ventricosa, calcare plus minus euidente praedita, bilabiata, labio superiori diviso, lateribus reflexis, inferiori tripartito, duplici tumore insigni, vtroque conniuente et faucem claudente; capsula bilocularis; semina parua.

Genera sequentia huc reducantur:

ANTIRRHINVM *Tourn.* 167. *calcar breue, obtusum, capsula oblonga, basi obliqua, ex tribus foraminibus apicis semina emittens.*

ASA-

ASARINA *Torrn.* 171. *calcar vix vllum, capsula subrotunda, ex binis foraminibus semina emittens.*

LINARIA *Tourn.* 168. *calcar longum, fructus oblongus, diuersimode dehiscens in summitate; semina compressa, vel angulata.*

ELATINE *Riv. Mon. calcar longum, capsula binis lamellis lateraliter dehiscens, basi integra.*

CYMBALARIA *Riv.* a LINARIA *vix diuersa, caulis reptans, radices emittens.*

332. DIGITALIS. *Tourn.* 165. *Linn.* Ed. V. n. 676.

Calix monophyllus, profunde quinquefidus, segmentis inaequalibus, summo angustiori; corolla tubuloso-bilabiata, tubus inferius angustus, insigniter ampliatus, limbo, plus minusue in labium superius bifidum, et inferius tripartitum, lacinia media maiori, diuiso; capsula subrotunda, acuminata, bilocularis; semina exigua.

333. BIGNONIA. *Tourn.* 164. *Linn.* Ed. V. n. 677. PSEVDO-GELSEMINVM *Riv. Mon.*

Calix monophyllus, breuis, quinquefidus; corolla tubulosa, oblongo-campanulata, limbo inaequaliter quinquefido; stigma capitatum; fructus est siliqua bilocularis, biualuis; semina longa, compressa, alata.

Datur species, quae duo tantum stamina perfecta, et tria castrata gerit.

334. DO-

334. DODARTIA. *Tourn. Cor.* 47. *Voy. III. p.* 208. *Linn.* Ed. V. n. 698.

Calix monophyllus, minor, quinquefidus, vix bilabiatus; corolla tubulosa, bilabiata, tubo longo, labio superiori bifido, erecto, inferiori trifido, longiori, lacinia media minore; stigma compressum, bifidum; capsula globosa, bilocularis; semina parua.

335. ACHIMENES. *Brown. Iam. p.* 270.

Calix monophyllus, magnus, hirsutus, in quinque lacinias lanceolatas, quasi pinnatifidus, sectus; corolla tubulosa, tubo oblongo, ad basin superne gibbo, in nectarium prominulum turgente, limbo in quatuor lacinias inaequales secto; stamina aequalia, antheris agglutinatis; stigma bilobum; capsula ouata, bilocularis, seminibus plurimis, paruis referta.

336. MIMVLVS. *Linn.* Ed. V. n. 701. CYNORRHYNCHIVM *Mitch. G.* 3.

Calix monophyllus, quinquangularis, quinqueplicatus, quinquedentatus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori erecto, bifido, lateribus reflexis, inferiori trifido, laciniis obtusis, media minore, palatum bifidum, e basi labii protrusum; stigma bifidum; capsula oualis, bilocularis; semina parua.

337. SCROPHVLARIA. *Tourn.* 165. *Linn.* Ed. V. n. 674.

Calix monophyllus, quinquefidus, segmentis subrotundis; corolla tubuloso-ventricosa, limbo mino-

minore, bilabiato, galea diuisa, minore squamula plerumque interius ornata, barba trifida, lacinia media reflexa; capsula subrotunda, acuminata, bilocularis; semina exigua.

RVTA CANINA *Tabern. 412. huc pertinet.*

SCROPHVLARIAE *flore luteo et cannabis folio, quodammodo differunt flore, ob habitum hic forte relinquendae.*

338. GERARDIA. *Plum. G. 31. Linn.* Ed. V. n. *665.*

Calix tubulosus, quinquefidus, fere bilabiatus; corolla tubulosa, limbo quinquefido, quasi bilabiato, labio superiori maximo, late emarginato, inferiori quadripartito, laciniis lateralibus latioribus, emarginatis, inferioribus minoribus; capsula oblonga, bilocularis, biualuis, valuis basi dehiscentibus; semina ouata, solitaria.

339. TORENIA. *Linn.* Ed. V. n. *672.* KAKAPV *H. Mal. T. IX. p.* 103.

Calix monophyllus, angulosus, bifidus, lacinia superiori tricuspidi, inferiori integerrima; corollae labium superius integrum, inferius trifidum; filamenta duo inferiora bifida, ramulo inferiori sterili; stigma bifidum; capsula bilocularis; semina plurima.

340. OBVLARIA. *Linn.* Ed. V. n. *696.*

Calix nullus, cujus loco duo foliola plantae; corolla tubuloso-ventricosa, limbo quadripartito, segmentis inaequaliter laciniatis; stigma bifidum; capsula oblonga, compressa, bilocularis, biualvis,

vis, dissepimento opposito; semina minutissima.

341. BLECHVM. *Brown. Iam. p.* 261.

Calix paruus, monophyllus, in quinque lacinias angustas sectus; corolla tubulosa, tubo angusto, limbo in quinque lacinias oblongas, parum inaequales secto; stigma ligulatum; capsula compressa, bilocularis, biualuis, valuis carinatis; semina plurima, compressa.

342. GESNERIA. *Linn.* Ed. V. n. 667. GESNERA *Plum. G.* 27.

Calix ouarium arcte cingens, quinquefidus, segmentis acutis; corolla tubuloso-ventricosa, incuruata, limbo breui, inaequaliter quinquefido, segmentis subrotundis; stigma capitatum; capsula bilocularis; semina multa, exigua.

Speciem DIGITALIS, *quam antea ad* GESNERIAM *retulerat Linnaeus*, *nunc* DIGITALI *restituit.*

343. AGERATVM. *Tourn.* 651. *Hall. Helv.* 629. ERINVS *Linn.* Ed. V. n. 689.

Calix monophyllus, profunde quinquefidus; corolla tubulosa, vix bilabiata, limbo quinquefido, laciniis parum irregularibus, emarginatis; stamina in tubo latent, an interdum quinque? stigma capitatum; capsula ouata, bilocularis; semina exigua.

344. LOE-

344. LOESELIA. *Linn.* Ed. V. n. 685.

ROYENIA *Houst.*

Calix monophyllus, breuis, quadrifidus; corolla tubulosa, limbo quinquefido, laciniis in vnum latus, staminibus in oppositum reflexis; capsula oblonga, trilocularis; semina angulosa.

345. MARTYNIA. *Linn.* Ed. V. n. 671.

Calix monophyllus, ouarium arcte cingens, quinquefidus, fere bilabiatus, laciniis serratis; corolla campanulata, bilabiata, tubo magno ventricoso, inferne gibbo, labio superiori diuiso, inferiori trifido, lacinia media productiore, crenata; filamenta incurua, pare altero inflexo intra alterum, cum rudimento quinti staminis; capsula oblonga, quadrangularis, bifariam dehiscens; semina quatuor oblonga, in receptaculo duro, quadriloculari contenta.

346. SESAMVM. *Riv. Mon. Linn.* Ed. V. n. 700.

Calix minimus, monophyllus, quinquefidus, lacinia summa breuiore; corolla tubuloso-ventricosa, limbo quinquefido, quasi bilabiato, labio superiori diuiso, inferiori tripartito, lacinia media productiore; stigma bilamellatum; capsula oblonga, acuminata, quadrilocularis; semina subrotunda, compressa.

347. VITEX. *Tourn.* 603. *Linn.* Ed. V. n. 708.

Calix monophyllus, quinquefidus, segmentis latis, acutis, breuibus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori reflexo, latiore, emarginato, inferio-

feriori semitrifido, lacinia media majore; stigmata duo; fructus est bacca oblonga, nux vnilocularis. *Folia digitata.*

348. BESLERIA. *Plum. G.* 29. *Linn.* Ed. V. n. 673.

Calix monophyllus, quinquefidus, segmentis amplis, laxis, acuminatis; corolla tubulosa, gibba, limbo patente, quinquefido, bilabiato, labio superiori bifido, inferiori trifido, lacinia media majori; bacca globosa, vnilocularis; semina subrotunda, minima.

349. CLERODENDRVM. *Linn.* Ed. V. n. 707. *Burm. Zeyl. p.* 66. *Brown. Iam. p.* 263.

Calix monophyllus, quinquepartitus; corolla tubulosa, tubo longo, tenui, limbo in quinque lacinias oblique secto; stamina aequalia, corolla duplo longiora; stigma acutum; bacca subrotunda, nucibus binis bilocularibus referta.

VOLKAMERIA *Linn. Ed. V. n.* 706. DVGLASSIA *Houst. cui corollae lacinias in vnum latus, stamina in alterum latus reflexa, stigma bifidum, et capsulam bilocularem, nucem solitariam, bilocularem continentem adscripsit, huc refertur a Brownio.*

LIGVSTROIDES *H. Cliff.* 489. *huc tetulit Brown. Iam. p.* 262. *ad* VOLKAMERIAM *vero Linnaeus.*

350. BONTIA. *Plum. G.* 32. *Linn.* Ed. V. n. 709.

Calix monophyllus, quinquefidus, minimus, persistens; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori

periori emarginato, inferiori reuoluto, semitrifido, villoso; stigma bifidum; fructus coriaceus, oblongus, continens nucem vnilocularem.

Species calice polyphyllo imbricato, capsula vniloculari, semine vnico quadrilobo, lobis foliaceis foeto praedita, a Brown. Iam. p. 263. huc relata, distinctum forte meretur genus.

351. LANTANA. *Linn.* Ed. V. n. 683. CAMARA *Plum. G.* 32. MYROBATINDVM *Vaill. Act. Paris.* 1722. *p.* 202. PSEVDO-VIBVRNVM *Riv. Mon.*

Calix paruus, monophyllus, vix dentatus, vel profunde quinquefidus; corolla tubulosa, limbo quinquefido, fere aequali, vel quadrifido bilabiato; stigma vncinatum, bacca subrotunda, vnilocularis, nucem bilocularem continens; semina oblonga. *Flores, vel in capitulis vmbellatis, vel ex alis foliorum solitarii.*

352. CORNVTIA. *Plum. G.* 32. *Linn.* Ed. V. n. 684. AGNANTHVS *Vaill. Act. Paris.* 1722. *p.* 273.

Calix monophyllus, campaniformis, margine dentato; corolla tubulosa, bilabiata, tubo calice multum longiore, labio superiori tripartito, laciniis aequalibus, inferiori tripartito, lacinia media magna, lateralibus minimis; stigma globosum; bacca globosa, monopyrena.

Plum. Fasc. V. p. 96. stylum bipartitum inflexum esse Burmannus scribit.

353. GMELINA. *Linn.* Ed. V. n. 681. MICHELIA *Amm. Comm. Petr. To. VIII. p.* 211.

Calix monophyllus, minimus, quadridentatus; corolla ex tubo angusto ampliata, quasi bilabiata, vtrinque patens, quadrifida, lacinia superiori maxima, fornicata, inferiori et binis lateralibus minoribus, obtusis; filamenta duo crassiora, antheris bipartitis, reliqua simplicibus instructa; bacca oblonga, nucem bilocularem continens.

354. CRESCENTIA. *Linn.* Ed. V. n. 680. CVIETE *Plum. G.* 23.

Calix deciduus, monophyllus, bipartitus, segmentis obtusis, concauis; corolla tubuloso-ventricosa, tubo gibbo, limbo quinquefido, laciniis inaequalibus, sinuatis; stigma capitatum; bacca oblonga, vnilocularis, nuces cordatae, biloculares.

Species duae a Brown. Iam. p. 26[illegible]*escriptae, quae calicem monophyllum, tubulosum, integrum, rudimentum quinti staminis, corollam vel campanulatam, vel tubulosam, et capsulam crassam, interne bifariam notatam, pulpa bifariam lobata repletam, seminaque plurima gerunt, genus singulare merentur.*

355. ELLISIA. *Brown. Iam. p.* 262. *et Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1156.

Calix paruus, monophyllus, cylindraceus, quinquedentatus; corolla tubulosa, tubo subarcuato, longo, limbo patulo, quinquefido, parum irregulari; stigma crassum; bacca subrotunda, calice

calice tecta et coronata, nuces quatuor biloculares, angulares continens.

356. COLVMNEA. *Plum. G.* 28. *Linn.* Ed. V. n. 710.

Calix monophyllus, quinquefidus, ſegmentis acutis; corolla villoſa, tubuloſa, parum ventricoſa, bilabiata, labio ſuperiori integro, concauo, inferiori trifido, laciniis acutis; ſtigma bifidum; bacca globoſa, bilocularis, calici perſiſtenti inſiſtens; ſemina multa, oblonga.

357. HALLERIA. *Linn.* Ed. V. n. 679.

Calix monophyllus, tripartitus, lacinia ſuperiori latiori; corolla tubuloſa, ventricoſa, inflexa, labio ſuperiori longiori, nonnihil emarginato, labio inferiori tripartito, lacinia media minima; bacca ſubrotunda, bilocularis, ſemina ſolitaria.

Ad LONICERAM *retulit Burm. Zeyl. p.* 243.

358. AEGINETIA. *Linn.* Ed. V. n. 695.

Spatha vniualuis; corolla baſi globoſa, tubo breui, limbo patulo, margine repando, inaequali; ſtigma ſubrotundum, nutans; fructus ignotus.

E. PENTANTHERAE.

MONOSTYLAE.

359. ECHIVM. *Tourn.* 135. *Linn.* Ed. V. n. 175.

Calix monophyllus, profunde quinquefidus; ſegmentis acutis, irregularibus; corolla tubuloſo campaniformis, limbo erecto, inaequali, fere

 bila-

bilabiato, labio superiori diuiso, inferiori trifido, lacinia media minima, angusta; stigma bifidum; semina quatuor, aspera, oblonga, acuminata.

360. LYCOPSIS. *Linn.* Ed. V. n. 174. *Hall. Helv.* 523.

Calix quinquepartitus, corolla tubulosa, tubo inflexo, limbo quinquefido, laciniis obtusis, quodammodo irregularibus; ad faucem squamulae quinque prominentes; stigma bifidum; semina quatuor, oblonga, calice parum aucto contenta.

ECHIOIDES *et* BVGLOSSOIDES *Riv. Mon. huc pertinent.*

Ludwigius Def. n. 32. ad BVGLOSSVM *retulit, cum tubus corollae per se nullam irregularitatem pariat, sed limbus; quia vero in quibusdam speciebus limbus vere irregularis est, segmento vno minori, duobus imis maioribus, genus hoc omnino separandum et huc collocandum esse existimamus: illae vero species, quae corollam regularem habent, ad* BVGLOSSVM *debent amandari.*

361. CORIS. *Tourn.* 652. *Linn.* Ed. V. n. 216.

Calix tubulosus, limbo denticulato, denticulis quinque alternis reflexis, quinque erectis; corolla tubulosa, vix bilabiata, quinquefida, laciniis emarginatis, duabus inferioribus minoribus; stamina et stylus declinata; capsula globosa, vnilocularis, quinqueualuis; semina subrotunda.

362. LO-

362. LOBELIA. *Linn.* Ed. V. n. 897.

Calix monophyllus, ouarium cingens, quinquefidus, segmentis fere aequalibus, ouatis; corolla tubulosa, saepe posterius ad basin vsque scissa, limbus quinquefidus, diuersimode irregularis; antherae coalitae; stigma varium; fructus diuersus.

Sub hoc genere varia alia coniungit Linnaeus, quae antheris coalitis conueniunt, aliis vero characteribus differunt. Sunt haec:

LOBELIA *Plum.* 21. *Calix diphyllus sub ouario; ouarium sphaericum; ex quo corolla verticaliter semitubulosa surgit, limbus quinquefidus, antrorsum inclinatus; stamina incerta; stylus simplex, stigma globosum; bacca oblonga, vnico ossiculo scabro foeta, quod vnicum semen continet.*

RAPVNTIVM *Tourn.* 163. CARDINALIS *Riv. Mon.* RAPVNCVLVS GALEATVS *Raj.* 85. *Calix ouarium cingens, quinquefidus, segmentis acutis; corolla tubulosa, plus minus ventricosa, posterius longitudinaliter ad basin diuisa, limbus quinquefidus, antrorsum inclinatus; filamenta superius coalita, antherae in cylindrum coalitae; stylus apice incuruo, bidentato; capsula trigona, trilocularis; semina exigua.*

DORTMANNA *Rudb. Act. Vpsal.* 1720. *p.* 97. *huc pertinere videtur.*

LAVRENTIA *Mich. p.* 18. *Calix ouarium cingens, minor, quinquedentatus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori diuiso, inferiori tripartito; staminum filamenta inferne distincta, superne in tubum coalita, antherae basi coalitae; stigma duplex; fructus bilocularis; semina exigua.*

ERINVS *Col. Phyt. p.* 101. *Hall. Goett.* 196. *Duas hujus generis species describit Hallerus; prior calicem habet in quinque inaequalia segmenta divisum, corollam cylindraceam, segmentis duobus superioribus, a tribus inferioribus separatis; antheras liberas, stigma clauatum; hanc Linnaeus ad* CAMPANVLAM *retulit: in altera corollae galea bifida est, barba tripartita, lacinia media minore, antherae coalitae, stigma plumosum eamque ad* LOBELIAM *reduxit.*

363. DIERVILLA. *Tourn. Act. Paris.* 1706. *p.* 85. *Linn.* Ed. prior. n. 171.

Calix inferior sub ouario, bifolius, calix alter ouarium arcte cingens, quinquefidus, persistens; corolla infundibuliformis, parum bilabiata, labio superiori bifido, inferiori tripartito; capsula bilocularis, pyramidalis; semina parua.

Ad LONICERAM *retulit Linnaeus Ed. V. n.* 210. *vid. Spec. To. II. p.* 175.

364. VERBASCVM. *Hall. Goett.* 216. *Linn.* 267.

Calix monophyllus, quinquefidus, fere bilabiatus, segmentis paruis, acutis; corolla rotata, tubus breuissimus, limbus quinquefidus, laciniis inaequalibus; stamina quandoque barbata, et cum stylo deorsum inclinata; stigma crassum; fructus oblongus, bilocularis, superne dehiscens; semina exigua.

Huc optime reducuntur:

VERBASCVM *Tourn.* 146. *fructus acuminatus; habitus lanuginosus.*

BLAT-

BLATTARIA *Tourn.* 147. *capsula subrotunda, folia laeuia.*

VERBASCVM *Linn. Ed. V. n.* 217. *vtrumque genus coniungit, a quo vero*

CELSIA *Linn. Ed. V. n.* 675. THRYALLIS *Siegesb. p.* 105. *ob solum numerum staminum quaternarium separatur; optime vero huc reducitur.*

365. HYOSCYAMVS. *Tourn.* 117. *Linn.* Ed. V. n. 219.

Calix monophyllus, campaniformis, amplus, inferne ventricosus, superne quinquefidus, laciniis vel inaequalibus, vel irregulariter positis; stigma capitatum; fructus oblongus, obtusus, bilocularis, operculo horizontaliter dissiliente; semina angulosa, vel reniformia.

366. RAPVNCVLVS. *Tourn.* 113. PHYTEVMA *Linn.* Ed. V. n. 203. ALOPECVRVS *Siegesb.* 7.

Calix ouarium arcte cingens, segmentis acutis; corolla tubuloso-corniculata, laciniis quinque, basi coalitis in speciem tubi, limbo primum in cornu coalito, postea fisso et reflexo; staminum filamenta tenuia, ex vnguibus triangularibus elasticis orta; stigma bifidum, vel trifidum; capsula bi-uel trilocularis; semina exigua. *Flores in spicam densam coacti.*

IASIONEM *huc retulit Ludwig Def. n.* 276. *quam vero separatim exhibuimus n.* 101.

367. LONICERA. *Plum. G.* 17.

Calix ouarium cingens, margine integerrimo; corolla tubulosa, profunde, fere ad basin tubi diuisa,

diuisa, segmenta angusta, situ ad minimum inaequalia; fructus est bacca monopyrena; semen subrotundum, compressum.

368. CAPRIFOLIVM. *Hall. Goett.* 191. *Zinn. p.* 210.

Calix ouarium arcte cingens, quinquedentatus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori quadrifido, inferiori integro, laciniis plus minus profundis; stigma crassum; fructus est bacca monopyrena; semen subrotundum, compressum.

Huc referantur:

CAPRIFOLIVM *Tourn.* 608. *Planta scandens, flores in summitate et alis foliorum coaceruati.*

CHAMAECERASVS *Tourn.* 609. *Planta non scandens, flores duo vni pedunculo alari, hinc duae baccae communi basi insistentes.*

PERICLYMENVM *Tourn.* 608. *corollae limbus minus bilabiatus, reliqua* CAPRIFOLII.

XYLOSTEVM *Tourn.* 609. *limbus corollae vt in* PERICLYMENO, *baccae vt in* CHAMAECERASO.

Quatuor haec genera commode coniungi, immo LONICERAE *Plum. apponi posse, jam Ludwigius notauit. Def. n.* 281.

LONICERA *vero Linnaei praeter haec quatuor, alia coniungit, charactere discrepantia, genera. Ita in Ed. V. n.* 210. LONICERAM *Plum.* SYMPHORICARPON *Dill. nec non, antea seorsim exhibitam* DIERVILLAM *huc retulit,* TRIOSTEOSPERMVM *Dill. vero in priori editione n.* 174. *huic generi additum, nunc iterum separavit.*

369. TRI-

369. TRIOSTEOSPERMVM. *Dill. H. Elth. p.* 394. TRIOSTEVM *Linn.* Ed. V. n. 211.

Calix ouarium arcte cingens, superne quinquefidus, segmentis magnis, profundis; corolla tubulosa, limbo quinquefido, segmentis subrotundis, erectis, inferioribus maioribus; fructus est bacca coriacea, trilocularis; semina ossea, sulcata, fere triquetra. *Folia coniugata, flores alares.*

Ad LONICERAM *retulit Linn. Ed. prior. n.* 174.

F. HEXANTHERAE.

MONOSTYLAE.

ASPHODELVS *vid. Monopet. regul. n.* 169.

370. ARISTOLOCHIA. *Tourn.* 162. *Linn.* Ed. V. n. 911.

Flos apici ouarii innatus; calix nullus; corolla tubulosa, basi ventricosa, limbo simplici, in linguae formam extenso; in fundo floris antherae sex, quadriloculares, aut forte duodecim adnascuntur, stylo in stigma stellatum, sexpartitum, terminato; fructus ouatus, vel longus, sexlocularis; semina compressa.

PISTOLOCHIA *C. B. Pin.* 307. *nec non* SERPENTARIA VIRGINIANA *offic. species sunt* ARISTOLOCHIAE.

PISTIA *Linn. Ed. V. n.* 912. *Hill. Tab.* 15.

KODDAPAIL *H. Mal. T. XI. Tab.* 32. *huc referri potest, licet limbus corollae figura quodammodo diuersus sit.*

371. PON-

371. PONTEDERIA. *Linn.* Ed. V. n. 361.
MICHELIA *Houst.*

Spatha oblonga, latere dehiſcens, ſpicam floralem emittens; corolla tubuloſa, ouario inſiſtens, bilabiata, labio ſuperiori erecto, trifido, inferiori deflexo, tripartito; bacca ouata, triangularis, trilocularis; ſemina ſubrotunda, plurima.

Browne Iam. p. 195. fructum capſulam non baccam dixit, et ſtamina tria longiora, tubo corollae adnata, tria vero breuiora in fundo floris ſita eſſe, notauit.

G. HEPTANTHERA.

MONOSTYLA.

372. COMINIA. *Brown. Iam. p.* 205.

Calix minimus, coloratus, quaſi triphyllus; corolla quadri-vel quinque crenata; ſtamina breuia; ſtylus flore longior, ſtigma duplex reuolutum; bacca parua, ſubrotunda, nucleo vnico orbiculari foeta.

H. OCTANTHERAE.

MONOSTYLAE.

373. HEISTERIA. *Linn.* Ed. prior. n. 687.

Calix monophyllus, profunde multifidus, ſegmenta anguſta; corolla profunde diuiſa in bina labia, quorum ſuperius erectum, ſemibifidum, inferius deflexum, bipartitum; fauce nectarifera in

in labio inferiori prominente; capsula subrotunda, compressa, bilocularis, dissepimento valuis contrario; semina solitaria.

Ad POLYGALAM *reduxit Linn. Ed. V. n.* 761.

374. STEMODIACRA. *Brown. lam. p.* 261. STEMODIA *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1154.

Calix monophyllus, in quinque lacinias angustas, erectas, profunde sectus; corolla tubulosa, limbo bilabiato, labio superiori integro, inferiori tripartito, laciniis ouatis, fere aequalibus; filamenta quatuor, superne bifurcata; anthera singulo ramo adnata, hinc octo distinctae antherae; stigma obtusum capsula oblonga, bilocularis, biualuis; semina plurima, septo affixa.

I. DECANTHERA.

MONOSTYLA.

375. AMORPHA. *Linn.* Ed. V. n. 768.

Calix tubulatus, quinquedentatus, irregularis; petalum vnicum, ad latus superius positum, vexillo plantae papilionaceae simile; stamina longissima, filamentis in basi coalitis; legumen lunulatum, compressum; semina reniformia. *Folia pinnata, extremo impari; flores spicati.*



CLAS-

CLASSIS III.

Plantae flore inuoluto perfecto monopetalo-composito tubuloso.

Plantae flore composito, quae in hac et sequentibus classibus IV. et V. proponuntur, sistunt flosculos monopetalos plures, calice communi comprehensos, reliquas enim plantas, quae flosculos plurium petalorum calice communi complectuntur, ad reliquas classes reduximus.

Classis I. flosculos tubulosos, qui ex tubo corollae, limbum varie diuisum emittunt, continet, exhibetque

1. *flosculos staminibus distinctis:*
2. *flosculos staminibus quinque in antheram cylindraceam coalitis, praeditos.*

Classis II. flosculos lingulatos, qui ex tubo breui et tenui, limbum, in vnum latus flexum, quinquedentatum, linguae ad instar emittunt, continet. Quae plantae etiam planipetalae siue cichoraceae dicuntur.

Classis III. flosculos mixtos, tum tubulosos, tum lingulatos, nec non tubulosos ex perfectis et neutris complectitur; Plantae etiam dicuntur radiatae.

Has igitur tres classes ex corollarum differentia cum Riuino, Tournefortio et aliis disposuimus. Diuersae dispositiones methodicae auctorum in Linnaei classibus plantarum, euoluantur.

Sta-

Stamina in his praeter Claſſ. I. n. 1. quinque breuiſſima filamenta oſtendunt, quae antheram cylindraceam, ex quinque lamellis quaſi coalitam, ſuſtinent; hinc ſyngeneſia conſtituit Linnaeus.

Ouulum in ſingulo floſculo ſub corolla haeret, et ſtylum emittit, ſaepius ſtigmate duplici inſtructum, qui per corollam et antheram cylindraceam aſcendit.

Omnia ouula affiguntur thalamo, vel nudo vel paleaceo vel villoſo, plano vel conuexo; hinc primariam ordinis rationem deſumſimus.

Semina in ſummitate, vbi corollam ſuſcipiunt, ſunt vel nuda, vel denticulata, vel caliculo coronata, vel paleacea, vel pappoſa; hinc alteram ordinis rationem deſumſimus.

Omnia vero comprehenduntur calice communi, qui vel ſimplex eſt baſi nuda, vel baſi ſquamulis cincta; vel imbricatus; hinc tertiam ordinis rationem deſumſimus.

1. Floſculi ſtaminibus quatuor vel quinque diſtinctis praediti.

376. DIPSACVS. *Tourn. 466. Linn.* Ed. V. n. 107.

Calix communis, polyphyllus, foliolis oblongis, anguſtis, ſpinoſis; thalamus conicus, foliolis rigidis, floſculos ſuperantibus, obſitus, ex quibus ouula oriuntur, corona foliacea, minima, quadrangulari ornata; his inſiſtit corolla tubuloſa, irregularis, quadrifida; ſtamina quatuor diſtincta; ſemina oblonga, calice proprio coronata.

377. GLOBVLARIA. *Tourn.* 466. *Linn.* Ed. V. n. 106.

Calix communis imbricatus, planus; thalamus subrotundus, squamis distinctus; calix proprius monophyllus, irregularis, quadridentatus; flosculi irregulares, quadripartiti, lacinia superiori minima; stamina quatuor; stylus simplex; ouulum singulum in tubo flosculi haeret, quod semen oblongum, nudum sistit.

ALYPVM *Niss. Act. Paris.* 1712. *p.* 336. *ob semina quodammodo papposa a* GLOBVLARIIS *separari posset, a Linnaeo huc relatum.*

378. SCABIOSA. *Zinn. p.* 380.

Calix imbricatus, polyphyllus, flosculos non superans; thalamus pilosus, vel paleaceus; flosculi quadrifidi; stamina quatuor; stylus simplex; semina oblonga, calice proprio dentato, ciliato coronata.

379. ASTEROCEPHALVS. *Zinn.* 381.

Calix communis flosculos superans; thalamus paleaceus; flosculi quinquefidi; stamina quatuor; semen oblongum, annulo amplissimo, fimbriato, et in apice setis quinque coronatum.

Quo specierum multitudo imminuatur, duo haec genera distincta assumsimus.

Vaillantius Act. Paris. 1722. *p.* 174. *sqq. et cum eo Hallerus Helv. p.* 668. *a calicis et thalami imprimis differentia aliter distinguunt: scil.*

SCA-

SCABIOSA *Vaill. et Hall. calix communis, corollam non superans; thalamus pilosus; calix proprius non annularis, sed dentatus, radiis ciliaribus cinctus; flosculi quadrifidi.*

SVCCISA *Vaill. et Hall. calix communis, corollam non superans, thalamus paleaceus; flosculi quadrifidi, seminum annulus membranosus, breuis.*

Haec duo genera cum Zinnio SCABIOSAE *nomine conjunximus.*

ASTEROCEPHALVS *Vaill. et Hall. Calix communis corollam superans; thalamus paleaceus; semen oblongum, hirsutum, sulcatum, annulo amplissimo foliaceo cinctum, ex quo quinque radii surgunt; flosculi quinquefidi.*

Hoc genus ab ASTEROCEPHALO *Zinnii non diuersum.*

PTEROCEPHALVS *Vaill. calix communis corollam non superans; thalamus nudus vel paleaceus; ouulum oblongum, annulo foliaceo minori cinctum; calix proprius stellam ex radiis plumosis compositam sistit; flosculi quadrifidi aut quinquefidi.*

SCABIOSA *Tourn. 463. et Linn. Ed. V. n. 108. quatuor haec genera conjungit. Knauthius p. 135. ex flosculi laciniis ita distinguit:*

SCABIOSA *in medio flosculi quinquefidi, in ambitu bilabiati, quinquefidi, majores.*

PSORA: *in medio flosculi quadrifidi, in ambitu bilabiati, quadrifidi.*

SVCCISA *in medio et ambitu flosculi sibi similes, quadrifidi, irregulares.*

Manettus Vir. p. 79. a foliis distinctionem desumsit et

SCABIOSAE *folia sinuata dissecta;*

SVCCISAE *integerrima tribuit.*

380. KNAVTIA. *Linn.* Ed. V. n. 109. LYCHNI-SCABIOSA *Boerh. l.* 131. LIMNESIVM *Siegesb.* 64.

Calix communis simplex, cylindraceus, profunde multifidus; plerumque quinqueflorus; thalamus planus, nudus exiguus; ouula flosculos irregulares, quadrifidos sustinent; stamina quatuor, stylus simplex; semina oblonga, non nihil angulosa, in summitate nonnihil villosa.

Ad SCABIOSAS *refert Vaillantius.*

381. ALLIONIA. *Loefl. et Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1112.

Calix communis simplex, quinquepartitus, plerumque triflorus; thalamus exiguus, nudus; ouula flosculos quinquefidos, irregulares sustinent; stamina quatuor, ad vnum latus flexa; stigma multifidum lineare; semina oblonga, quinquangula, nuda.

382. CEPHALANTHVS. *Linn.* Ed. V. n. 105. PLATANOCEPHALVS *Vaill. Act. Par.* 1722. *p.* 191.

Calix communis squamosus, capitulum sphaericum formans; thalamus sphaericus, squamis caliciniis obsitus; ouula, quae inter squamas surgunt, calice proprio quadri-vel quinquefido coronati; flosculi tubulosi, quadri-vel quinquefidi; stamina

ſtamina quatuor vel quinque; ſtylus ſimplex; ſtigma globoſum; ſemina ſolitaria, oblonga, lanuginoſa, in capitulum ſphaericum pulpoſum quodammodo compacta.

Speciei foliis oppoſitis, capſulae duae monoſpermae tribuuntur; planta nondum accurate deſcripta.

383. PARTHENIVM. *Linn.* Ed. V. n. 939.

PARTHENIASTRVM *Niſſ. Act. Pariſ.* 1711. *p.* 423. *Dill. H. Elth. p.* 302. HYSTEROPHORVS *Vaill.* 1720. *p.* 335.

Calix communis monophyllus, in varia ſegmenta ſciſſus, plerumque quinquefidus; thalamus paruus, paleaceus; ouula in diſco floſculos tubuloſos quinquefidos perfectos, antheris quinque liberis, ſtigmate ſimplici; in radio floſculos piſtillatos corollula minore, quaſi lingulata, ſtigmate duplici ſuſtinent; ouula, quae in diſco ſunt, vix perficiuntur, media vero in ſemina compreſſa, turbinata, nuda vel corollula marcida coronata mutantur.

TARCHONANTHI *Vaill. Act. Pariſ.* 1719. *p.* 310. *quandam ſpeciem in priori Editione huc retulerat Linnaeus, quam nunc ſingulari genere propoſuit; et dicitur* IVA. *Linn. Ed. V. n.* 940. *quae floſculis diſci maſculinis tubuloſis, radii femininis paucis nudis differt et cum priori conjunctim retineri poteſt.*

384. PROTEA. *Linn.* Ed. V. n. 104.

Calix communis imbricatus, ſquamis ſubrotundis; thalamus paleaceus; floſculi tubuloſi

quadrifidi; antherae quatuor liberae; ſtylus et ſtigma ſimplex; ſemina ſubrotunda, nuda.

CONOCARPODENDRI *Boerh. quaedam ſpecies huc reducuntur.*

385. LEVCADENDRON. *Linn.* Ed. V. n. 103.

Calix communis imbricatus, ſquamis figura et proportione variis; thalamus nudus, vel villoſus; floſculi in duo quaſi labia profunde diuiſi, quorum ſuperius ſimplex, inferius tripartitum; filamenta quatuor, antherae coalitae; ſtylus et ſtigma ſimplex; ſemina ſubrotunda, pilis coronata.

LEPIDOCARPODENDRON, HYPOPHYLLOCARPODENDRON *et* CONOCARPODENDRON *Boerh. II.* 183. *nec non* CYNAROIDES *Petiv. Muſ.* 374. *et* SERRARIA *Burm. Afric. p.* 26. *in hoc genere a Linnaeo conjunguntur.*

2. Floſculi ſtaminibus in antheram cylindraceam coalitis praediti.

386. COTVLA. *Linn.* Ed. V. n. 868. *Hall. Goett.* 374.

Calix conuexus, ſquamoſus, vna vel altera ſerie ſquamarum ad ſimplicem quaſi calicem adnata; thalamus nudus, ouula diſci floſculos tubuloſos, quadrifidos, perfectos; ouula radii quadrifidos, lacinia quarta quaſi lingulata, piſtillatos ſuſtinent; filamenta quatuor, hinc totidem antherae coalitae; ſemina diſci anguloſa, radii majora cordata, margine cincta.

COTV-

COTVLA *Vaill. Act. Parif. 1719. p. 288. calicem fimplicem, in plures lobos diuifum, et flofculos radii tubulofos habet.*

ANANTHOCYCLVS *Vaill. ibid. p. 289. Dill. H. Elth. p. 26. calicem fquamofum et ouula piftillata nuda in radio habet; quod cum non certum fit, vt* LANCISIA *Pont. Diff. p. 204. quae huc refertur, docet, cum Linnaeo haec genera conjunximus.*

Haec duo genera filamenta ftaminum tantum quatuor, totidemque coalitas antheras oftendunt, reliqua, quae fequuntur, omnia quinque antheris funt inftructa.

Senecio et Bidens ad Cl. V. relata vid. n. 462. et 472.

387. TANACETVM. *Tourn. 461. Linn.* Ed. V. n. 848.

Calix hemifphaericus, imbricatus, fquamis compactis; thalamus nudus; ouula fuftinent flofculos tubulofos, quinquefidos, perfectos; femina oblonga, nuda.

Femininos trifidos flofculos in radio defcribit Linnaeus, quos vero nunquam vidimus.

TANACETVM *Vaill. Act. Parif. 1719. p. 280. folia alterna, in fegmenta pinnata et crenata diuifa obtinet.*

BALSAMITA *Vaill. ibid. p. 280.* COSTVS *Raj. 39. et Sigesb. 37. folia integra, in ambitu ferrata habet, et commode huc refertur.*

AGERATVM *Boerh. I. 125. calice oblongo et quafi cylindraceo differre videtur.*

AGERATOIDES *Pont. Diss. p.* 183. *semina annulo membranaceo cincta habet, hucque referri potest; licet Linnaeus ad* CHRYSANTHEMVM *reduxerit.*

388. CARPESIVM. *Linn.* Ed. V. n. 852.

CONYZOIDES *Tourn. Act. Paris.* 1706. *p.* 108.

Calix communis, imbricatus, foliolis exterioribus longis reflexis, mediis breuioribus apice acuto reflexo, interioribus pene albis, vix reflexis; thalamus nudus; ouula disci flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos; ouula radii tubulosos, femininos, quinquefidos, ore clausos, sustinent; semen compressum, striatum, nudum.

Ad TANACETVM *retulit Hall. Helv.* 693. *Goett.* 371.

389. ARTEMISIA. *Hall. Goett.* 371.

Calix oblongus, imbricatus, squamis conniventibus, thalamus nudus; ouula in medio flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos sustinent, quibus in ambitu interdum nonnulli flores pistillati accedunt, vel nudi, vel parum petaloidei quasi lingulati; semina nuda.

ARTEMISIA *Tourn.* 460. *Vaill. Act. Par.* 1719. *p.* 284. *folia subtus incana, flores erecti.*

SERIPHIVM *Pont. Diss.* 196. *flores pistillati in ambitu nulli.*

ABROTANVM *Tourn.* 459. *habitus proprius, folia capillacea.*

DRA-

DRACO *Boerh. I.* 127. DRACVNCVLVS *C. B. Pin.* 98. ABROTANOIDES *Sigesb. p.* 1. DRACONIA *Heist. Syst. p.* 7. *Fabric. p.* 89. *folia alterna inferiora diuisa, superiora integra.*

390. ABSINTHIVM. *Hall. Goett.* 371.

Calix imbricatus, haemisphaericus; thalamus villosus, reliqua vt in Artemisia.

ARTEMISIA *Linn. Ed. V. n.* 849. *Hall. Helv.* 694. *Ludw. Def. n.* 296. *hoc et praecedens genus coniungit; quo vero nimia specierum copia imminuatur, nunc Halleri vestigiis insistere, et euidentem illam distinctionis notam in thalamo assumere voluimus.*

391. FILAGO. *Linn.* Ed. V. n. 891. GNAPHALIVM *Vaill. Act. Paris.* 1719. *p.* 314.

Calix squamosus, imbricatus; thalamus nudus; ouula sustinent in disco flosculos perfectos, tubulosos, quadrifidos, staminibus modo quatuor insignitos; in ambitu femininos angustissimos, bifidos, vix conspicuos, intra squamas calicis reconditos; ouula disci abortiunt, reliqua in semina compressa, nuda, squamis calicinis distincta, mutantur.

392. HACVB. *Vaill. Act. Paris.* 1718. *p.* 150. GVNDELIA *Tourn. Cor.* 51. *Linn.* Ed. V. n. 828.

In summitate caulis folia plantae in alis suscipiunt flores compositos, et sic plures simul capitulum vel spicam capitatam efficiunt; singulis flos compositus calicem non habet, sed solus thalamus

lamus ex angusto ampliatus, quadragonus, superne truncatus, foueas quatuor in ambitu, et vnam in medio ostendit, in quibus ouula quasi absconduntur; ouulo singulo insistit flosculus tubulosus, quinquefidus, perfectus; semina turbinata, margine obsoleto coronata; ex quibus centrale saepius tantum maturescit.

393. STRVCHIVM. *Brown. Iam. p.* 312.

Calix imbricatus, squamis inaequalibus, acuminatis; thalamus nudus, punctatus; ouula, calice proprio breui quadricrenato coronata, sustinent flosculos tubulosos, perfectos, quorum marginales trifidi, centrales quadripartiti sunt.

394. SPHARGANOPHORVS. *Vaill. Act. Par.* 1719. *p.* 308.

Calix imbricatus; thalamus nudus; ouula sustinent flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos; semina quadrangularia, inferius angusta, corona denticulata ornata.

395. CARELIA. *Pont. Diss.* 183. AGERATVM *Linn.* Ed. V. n. 843. *Hall. Goett.* 383.

Calix subrotundus, imbricatus; thalamus nudus; ouula sustinent flosculos tubulosos, quinquefidos perfectos; stylus longus; semina denticulis quinque vt plurimum coronata.

EVPATORIIS *annumerauit Manet. Vir.* 29. *verum seminum ornamenta vere differunt.*

396. EV-

396. EVPATORIVM. *Tourn.* 455. *Vaill. Act. Parif.* 1719. *p.* 302. *Linn.* Ed. V. n. 842.

Calix imbricatus, oblongus; thalamus nudus; ouula, pauca plerumque, flofculos tubulofos, quinquefidos, perfectos fuftinent; ftylus longiffimus, longe bifidus; femina papposa.

EVPATORIVM *aromaticum Linn. Spec. Tom. II. p.* 839. *debet ab hoc genere remoueri.*

397. KLEINIA. *Linn.* Ed. prior. n. 775. *Hall. Goett.* 381. TITHYMALOIDES *Kleinii Monogr.* CACALIASTRVM *Schreib. Act. Erudit.* 1730. *p.* 172. CACALIANTHEMVM *Dill. H. Elth. p.* 61.

Calix monophyllus, cylindraceus, ex fquamis parallelis coalitus, fquamis quibusdam minoribus, ad bafin pofitis, auctus; thalamus nudus, punctatus; ouula fuftinens flofculos tubulofos, quinquefidos, perfectos, pauciores; femina angufta, papposa.

POROPHYLLVM *Vaill. Act. Parif.* 1719. *p.* 308. *quod Linnaeus tanquam diftinctum genus in Corollariis ad editionem primam Generum exhibuerat, optime dein ad* KLEINIAM *reduxit; Vaillantius fpeciem flore radiato immifcuit.*

ANTEVPHORBIVM *C. B. Pin.* 387. *eft Kleiniae fpecies.*

398. CACALIA. *Tourn.* 451. *Vaill.* 1719. *p.* 306. *Hall. Helv.* 705.

Calix cylindraceus, ex fquamis paucis, circiter quinque conglutinatis, quafi monophyllus, dentatus; thalamus nudus; ouula pauca fuftinent flofcu-

flosculos tubulosos, quadrifidos, perfectos; semina papposa.

Ad TVSSILAGINEM *retulit Linn. Ed. prior. n.* 783. *ast in Ed. V. n.* 841. *hoc et praecedens genus nomine* CACALIAE *combinauit.*

399. TVSSILAGO. *Linn.* Ed. V. n. 856.
PETASITES *Hall. Helv.* 706.
Goett. 382.

Calix cylindraceus, monophyllus, ex squamis parallelis coalitus, squamulis quandoque ad basin accedentibus; thalamus nudus; ouula sustinent flosculos varios in diuersis speciebus; semina papposa.

Sub hoc genere complectitur.

PETASITES *Tourn.* 451. *Vaill. Act. Paris.* 1720. *p.* 290. *radix viuax; semina orbicularia, ad basin membranae sinuata; scapus foliolis coloratis ornatus; flores folia anteuertentes, in thyrsum dispositi, vel flore singulari; calix ad basin plus minus squamosus; ouula vel flosculos omnes tubulosos, quadri- vel quinquefidos, perfectos, vel pistillatos tubulosos, vel pistillatos nudos, plus minus copiosos in ambitu sustinent.*

TVSSILAGO *Tourn.* 451. *Vaill. Act. Paris.* 1719. *p.* 305. *radix viuax; folia subrotunda; scapus foliolis ceu squamis vestitus; flos singularis; flosculi in disco tubulosi, quinquefidi, perfecti, in radio copiosi pistillati, lingulati.*

ANANDRIA *Linn. Amoenit. Tom. I. p.* 243. *calice clauso a* TVSSILAGINE *distincta fuit.*

400. TRI-

400. TRIXIS. *Brown. Iam. p.* 312.

Calix exterior tetra-vel pentaphyllus, inuolvens alium, ex foliolis circiter octo, in cylindrum conglutinatis, compositum; thalamus nudus; ouula sustinent flosculos perfectos, tubulosos, trifidos, lacinia exteriore lingulata tridentata, duabus interioribus exteriori oppositis, angustioribus, reuolutis; semina oblonga, pappo capillari coronata.

401. CRITONIA. *Brown. Iam. p.* 314.

Calix communis conicus, imbricatus, in quo tres vel quatuor flosculi tubulosi, perfecti haerent; semina conico cordata, pappo ramoso coronata, thalamo minimo nudo affixa.

402. STOEBE. *Linn.* Ed. V. n. 839.

Calix vniuersalis subrotundus, imbricatus, intra singulam squamam recipit calicem proprium, pentaphyllum, vniflorum, qui thalamo nudo ouulum singulum sustinet, cui flosculus tubulosus, quinquefidus, perfectus insistit; semen oblongum, coronatum pappo plumoso.

Ad CONYZAM *retulit Tourn.* 455. *ad* HELICHRYSOIDEM *Vaill. Act. Parif.* 1719. *p.* 393. *et forte est* EVPATORIOIDES *Petiv. Gaz. T.* 8.

403. GNAPHALIVM. *Linn.* Ed. V. n. 850. *Hall. Helv.* 698. FILAGO *Hall. Goett.* 376.

Calix imbricatus, subrotundus, vel oblongus, vel non nihil angulosus; thalamus nudus; ouula vel solos flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos, vel pistillatos, nudos, plus minus copiosos

piosos in ambitu sustinent; semina oblonga, papposa.

HISPIDVLA *Riv. Rupp. p.* 193. *diphyta, in vna planta flosculos perfectos, in altera pistillatos nudos gerens.*

ELICHRYSVM *Tourn.* 452. HELICHRYSVM *Vaill. Act. Paris.* 1719. *p.* 290. *squamulae calicinae nitentes; capitula rotundata.* FILAGO *Tourn.* 454. *et Vaill.* 1719. *p.* 296.

GNAPHALIVM *Raj.* 34. *squamae calicinae minus nitentes et villosae; capitula angulosa, et partes plantae disruptae ob villosum adhaerens, in filamenta ductiles; quae proprietas cum fere his generibus propria sit,* FILAGINIS *nomen, vt generale genericum retinuit Haller.*

HELICHRYSOIDES *Vaill.* 1719. *p.* 296. *multi flosculi pistillati, vnus vel alter perfectus in medio, calix non nitens.*

ARGYROCOME *Petiv. Gaz. Tab.* 7. *et* LEONTOPODIVM *Dod.* 68. *nec non* STOECHAS CITRINA *offic. sunt* GNAPHALII *species.*

BREYNIA *Petiv. Gaz.* 5. *quam Linnaeus antea ad* ARTEMISIAM; *Vaill. ad* HELICHRYSOIDEN *reduxerat,* GNAPHALIO *supposuit Ludwig Def. n.* 305. *quia vero propter calicem vniflorum non compositus flos dici potest, ad primam classem nomine* SERIPHII *Linn. n.* 53. *collocauimus.*

404. CONYZA. *Ludw. Def. n.* 306.

Calix imbricatus, squamis acutis; thalamus nudus; ouula in medio flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos, in ambitu pistillatos, nudos vel petaloideos, tubulosos, trifidos, aut bre-

breuissimos lingulatos sustinent, radio hinc vix conspicuo, semina papposa.

Huc refertur:

CONYZA *Linn. Ed. V. n.* 854. *calix oblongus, squamulis exterioribus patentibus; flosculi feminini tubulosi trifidi in ambitu.*

BACCHARIS *Raj.* 34. *Linn. Ed. V. n.* 853. *calix cylindraceus; flosculis perfectis feminini nudi mixti.*

ERIGERON *Linn. Ed. V. n.* 855. *calix cylindraceus, squamis erectis; flosculi feminini lingulati in radio, plus minus conspicuo.*

Huc CONYZOIDES *et* CONYZELLA *Dill. G.* 142. *siue* VIRGA ARGENTEA *Heist. Cat.* 1731. *p.* 32. *quoque pertinet.*

ERIGERON *ob radium flosculorum lingulatum optime separari posset, nisi et in aliis praecedentium generum interdum flosculi radii lingulati apparerent; ipse etiam Linnaeus speciem recensuit, flosculis femininis nudis praeditam. Species quarum radius euidens est optime possunt* SOLIDAGINI *apponi.*

ERIGERON *Hall. Goett.* 379. BACCHARIDEM *et* ERIGERON *Linn. complectitur; huicque flosculos planos vel nullos, vel exiguos, et calicis foliola fere parallela, non repanda, pro nota tribuit.*

405. CHRYSOCOMA. *Linn.* Ed. V. n. 845.

COMA AVREA *Boerh. I.* 121. CHRYSOCOME *Dill. G.* 167. *Hall. Goett.* 380.

Calix imbricatus, squamis angustis acuminatis; thalamus nudus; ouula flosculos tubulosos, quin-

quinquefidos, perfectos sustinent et in semina papposa mutantur.

Thalamus forte variat, in nonnullis certe speciebus; illum minoribus paleis ornatum alueolatumque inuenimus.

ARGYROCOME *Breyn. Prodr. II. p.* 43. *huc refertur.*

406. ELEPHANTOPVS. *Vaill. Act. Paris.* 1719. *p.* 309. *Linn.* Ed. V. n. 827.

Folia plantae, vt plurimum tria, in summis ramulis nonnullos flosculos compositos, calice imbricato contentos, complectuntur; ouula, vt plurimum quatuor, sustinent flosculos tubulosos, quinquefidos, laciniis fere aequalibus, in vnum latus flexis, perfectos; semina setis coronata, thalamo nudo affixa.

407. ECHINOPVS. *Tourn.* 463. *Vaill. Act. Par.* 1718. *p.* 151. ECHINOPS *Linn.* Ed. V. n. 829. CARDVVS SPHAEROCEPHALVS *Raj. p.* 44.

Capitulum sphaericum; calix paruus, multifidus, ex pilis quasi conflatus, flore expanso ad caulem reflexus; thalamus nudus; ouulis, in caliculo proprio, squamoso, imbricato, anguloso, haerentibus, insident flosculi tubulosi, limbo quinquefido, reflexo; semina in caliculo proprio persistente contenta, cylindracea, corona minima papposa instructa.

408. ONO-

408. ONOPORDON. *Vaill. Act. Parif.* 1718. *p.* 152. *Linn.* Ed. V. n. 834. ACANTHIVM *Heist. Fabric. p.* 91.

Calix capitatus, imbricatus, squamis aculeatis; thalamus foueis quadrangularibus insculptis notatur; ouula sustinent flosculos tubulosos, quinquefidos, fere irregulares, perfectos; stigma coronatum; semina ouato-quadrangula, papposa.

409. CARDVVS. *Linn.* Ed. V. n. 832.

Calix capitatus, imbricatus, squamis plus minus aculeatis; thalamus papposus; ouula flosculos tubulosos, quinquefidos, fere irregulares, perfectos sustinent; stigma simplex; semina oblonga, pappo sessili ornata.

Sub hoc genere sequentia Vaillantii genera comprehendit Linnaeus:

CARDVVS *Vaill. Act. Parif.* 1718. *p.* 153. *et Hall. Helv.* 676. *calicis squamae integrae, spinosae; semen pappo villoso ornatum.*

POLYACANTHA *Vaill. ibid. p.* 156. *squamae calicis integrae, spina acuta terminatae; semen pappo plumoso ornatum.*

CIRSIVM *Vaill. ibid. p.* 157. *squamae calicis integrae, spinis mollioribus vel nullis terminatae; semen pappo plumoso coronatum.*

ERIOCEPHALVS *Vaill. ibid p.* 160. *squamae calicis integrae, plus minus spinosae; caput tomentosum; semina pappo plumoso coronata.*

Habet etiam speciem, in cujus ambitu flosculi irregulares neutri sunt, quam Linnaeus ad CENTAVREAM *refert.*

CIRSIVM *Hall. Helv.* 679. CIRSIVM *et* ERIOCEPHALVM *Vaill. conjungit*; CIRSIVM *vero et* CARDVVM *conjungi forte debere ipse monuit Hall. Goett. p.* 359.

SILYBVM *Vaill. ibid. p.* 172. *et Hall.* 684. CARDVVS MARIAE *offic. squamae calicis in membranam, ambitu spinosam, expansae, et apice insigniter aculeatae; semina crassa, vmbilicata, pappo piloso coronata.*

ACARNA *C. B. Pin.* 379. *est* CARDVI *species.*

410. SERRATVLA. *Linn.* Ed. V. n. 831. *Dill. H. Elth. p.* 255. IACEA *Pont. Diss.* 134.

Calix oblongus, imbricatus, squamis in apice acuminatis, vix aculeatis; thalamus paleaceus, vel interdum nudus; ouula sustinent flosculos tubulosos, quinquefidos, fere irregulares, perfectos; semina papposa.

Stigmate minus bifido, thalamo piloso et calice ventricoso CARDVVM *a* SERRATVLA *distinguit Linnaeus.*

SERRATVLAM-TINCTORVM *Hall. Goett.* 358. *ad* CARDVVM, *Linn. Spec. To. II. p.* 816. *ad* SERRATVLAM *reduxit; quorsum etiam plures* CIRSII *Gmel. Fl. Sibir. To. II. species amandauit.*

411. STAEHELINA. *Linn.* Ed. V. n. 844.

Calix oblongus, imbricatus, squamulis reflexis, coloratis, squamis calicinis lanceolatis erectis adhaerentibus; thalamus paleaceus; ouula sustinent flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos; semina tetragona, pappo plumoso coronata.

Ad

Ad CIRSIVM *retulit Gmel. Fl. Sibir. Tom. II. praef. p.* 11. *quia paleas thalami non pro generico charactere assumit.*

412. CYNARA. *Vaill. Act. Paris.* 1718. *p.* 155. *Linn.* Ed. V. n. 835. CINARA *Tourn.* 442.

Calix capitatus, imbricatus, squamis carnosis, auctis membrana, vel acuta, vel emarginata, cum acumine medio; thalamus villosus, fere paleaceus; ouula sustinent flosculos tubulosus, quinquefidos, perfectos, fere irregulares, laciniis angustis; stigma simplex; semina oblonga, pappo sessili plumoso coronata.

413. CNICVS. *Linn.* Ed. V. n. 833.

Calix capitatus, imbricatus; squamis in apice ramosis, spinosis; thalamus villosus; ouula sustinent flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos, in ambitu nonnulli abortiunt vel neutri sunt; stigma simplex; semen pappo coronatum, calice clauso contentum.

CNICVS *Vaill. Act. Paris.* 1718. *p.* 163. HIERAPICRA *Siegesb.* 54. BENEDICTA *Heuch. Prod.* 46. CARDVVS BENEDICTVS *offic. calix corona foliosa succinctus; semen striatum, pappo setoso coronatum.*

ACARNA *Vaill. ibid. semen glabrum pappo piloso coronatum.*

414. LAPPA. *Tourn.* 450. *Vaill. Act. Paris.* 1718. *p.* 154. PERSONATA *Cam. Epit.* 887. BARDANA *Dod.* 58. ARCTIVM *Linn.* Ed. V. n. 830.

Calix capitatus, imbricatus, squamis calicinis in apice hamatis; thalamus pilosus; ouula sustinent

nent flosculos tubulosos quinquefidos, inflexos, perfectos; semina oblonga, striata, pappo piloso coronata, calice conniuente inclusa.

415. CARTHAMVS. *Vaill. Act. Parif.* 1718. *p.* 170.

Calix capitatus, imbricatus, squamis in apice foliaceis; thalamus pilosus; ouula sustinent flosculos tubulosos, perfectos, limbo quinquefido erecto; semen nudum, angulosum, calice conniuente contentum.

CARTHAMOIDES *Vaill. ibid. p.* 171. *huc pertinet.*

416. ATRACTYLIS. *Vaill. Act. Parif.* 1718. *p.* 170. *Hall. Helv.* 685. *Goett.* 362.

Calix capitatus, ex foliis plantae degenerantibus fere conflatus, triplicis seriei, exteriora rameis foliis similia, media ex squama integerrima in folium lanceolatum dentato spinosum mutantur, et intima angustiora, simplici aculeo terminata sunt; thalamus conicus, pilosus; ouula sustinent flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos; semina quadragona, exteriora sine pappo, media pappo sessili ornata.

CARTHAMVS *Linn. Ed. V. n.* 838. *et Ludw. Def. n.* 325. *hoc et praecedens genus conjungit.*

417. CARLINA. *Tourn.* 500. *Linn.* Ed. V. n. 836.

Calix hemisphaericus, imbricatus, squamis exterioribus foliosis et spinosis, interioribus planis, rigidis, coloratis, instar radii dispositis; thalamus

mus paleaceus; ouula flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos, sustinent; semina papposa.

CARLINA *Vaill. Act. Parif.* 1718. *p.* 172. *pappus seminis ramosus et plumosus est.*

CARLINOIDES *Vaill. ibid. coronam seminis obsoletam habet.*

HERACANTHA *Tab.* 1076. *ad hoc genus quoque pertinet.*

418. TARCHONANTHVS. *Linn.* Ed. V. n. 846. SALVIASTRVM *Heist. Syst. p.* 16.

Calix monophyllus, in segmenta varia scissus, turbinatus, externe villosus; thalamus minimus, villosus; ouula sustinent flosculos tubulosos, quinquedentatos, perfectos; semina oblonga, papposa.

Hoc genus vnicam tantum speciem TARCHONANTHI *Vaill. Act. Parif.* 1719. *p.* 310. *sistit, alias ad* IVAM *retulit Linnaeus.*

419. PTEROPHORVS. *Vaill. Act. Parif.* 1719.

Calix imbricatus; thalamus villosus; ouula flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos sustinent; semen oblongum, plumosum.

420. XERANTHEMVM. *Tourn.* 499. *Vaill. Act. Parif.* 1718. *p.* 174. *Linn.* Ed. V. n. 851. STOEBE *Riv.*

Calix imbricatus, splendens, serie squamarum interiore longiore, radium mentiente; thalamus lanatus; ouula in disco medio sustinent flosculos

los tubulosos, quinquefidos, perfectos, in ambitu paucos tubulosos, irregulariter quinquefidos, pistillatos; semina oblonga, corona quinqueseta ornata.

XERANTHEMOIDES *Dill. H. Elth. p.* 433. *calice insigniter radiato, thalamo nudo et semine pappo plumoso ornato, a praecedente differt.*

421. SANTOLINA. *Linn.* Ed. V. n. 847. *Hall. Goett.* 374.

Calix imbricatus, hemisphaericus, squamis acutis conniuentibus; thalamus paleaceus; ouula flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos sustinent; semina oblongo-angulosa, nuda.

SANTOLINA *Tourn.* 460. *Vaill. Act. Paris.* 1719. *p.* 311. *folia denticulata; flos in singulo ramo solitarius.*

SANTOLINOIDES *Vaill. ibid. folia laciniata, et flores singulares in quolibet ramo exhibens.*

BACCHARIS *Vaill. ibid. quae semina pilis vix conspicuis coronata, folia alterna et flores plures in singulo ramo obtinet, a Linnaeo huc reducuntur.*

ANACYCLVS *Linn. Ed. V n.* 869. *a* SANTOLINA *differt flosculis in ambitu paucis femininis, lingulatis, disco vix majoribus; seminibus disci compressis, radii membrana lata, apice emarginata, cinctis; ideoque forsan melius separanda.*

422. ME-

422. MELAMPODIVM. *Linn.* Ed. V. n. *884*.

Calix monophyllus, quinquefidus, ſegmentis ouatis patentiſſimis; thalamus conicus, paleaceus; ouula in medio ſuſtinent floſculos tubuloſos, quinquefidos, perfectos, in ambitu paucos floſculos piſtillatos, breui membrana cinctos; ſemina media non perficiuntur, ſemina in ambitu oblonga, compreſſa, tetragona, in angulis aculeata, coronata ſquama cordata, margine conuoluto.

423. POLYMNIA. *Linn.* Ed. V. n. *889*.

Calix decaphyllus, foliolis quinque exterioribus acuminatis, quinque interioribus ouatis; thalamus paleaceus; ouula in medio ſuſtinent floſculos perfectos, tubuloſos, quinquefidos, ſtigmate obtuſo, in ambitu femininos, ſaepe quinque, tubuloſos, non dentatos, breuiſſimos, ſtigmate duplici; ſemina, in medio abortiunt; in ambitu gibba, nuda.

424. MICROPVS. *Linn.* Edit. V. n. 892.

GNAPHALODES *Tourn.* 439.

Calix duplex, exterior pentaphyllus, foliolis anguſtis, interior pentaphyllus, maximus; thalamus paleaceus; ouula in medio ſuſtinent floſculos tubuloſos, quinquedentatos, perfectos, ſtigmate ſimplici, in ambitu piſtillatos, nudos, ſtigmate bipartito; ſemina, media abortiunt, in ambitu intra ſquamas calicinas, dor-

ſo echinatas, haerent, et ſunt oblonga, compreſſa. *Partes plantae diſruptae fila trahunt.*

425, SPHAERANTHVS. *Vaill. Act. Pariſ.* 1719. *p.* 289. *Linn.* Ed. V. n. 893.

Thalamus globoſus ſuſcipit collectiones floſculorum, calice proprio contentas, easque ſquamis thalamo affixis diſtinguit; calix partialis pentaphyllus ouula comprehendit, quae in medio floſculos tubuloſos, quinquefidos, perfectos, ſtigmate ſimplici, in ambitu piſtillatos, fere nudos, ſtigmate duplici, ſuſtinent; ouula in medio abortiunt; in ambitu ſemina oblonga, nuda.



CLAS-

CLASSIS IV.

Plantae flore inuoluto, perfecto, monopetalo, composito, lingulato.

426. LAMPSANA. *Tourn.* 479. *Vaill. Act. Parif.* 1721. *p.* 210.

Calix cylindraceus, ex squamis parellelis conflatus, quibus in basi aliae minores accedunt; thalamus nudus; ouula flosculos lingulatos, perfectos, sustinent; semina oblonga, striata, nuda, in apice circulo terminata, squamis calicinis non inuoluta.

Huc referatur:

RHAGADIOLVS *Tourn.* 478. *Vaill. Act. Parif.* 1721. *p* 211. HIERACIVM STELLATVM *Raj.* 31. *semina singula calicis squamis inuoluta, stellae in modum expansa, nuda, duobus vel tribus, in medio surgentibus, vix perfectis.*

HYOSERIS *Tab.* 490. *et Raj.* 31. *caules nudi, ad radicem tenues, in summitate crassi; semina striata, in disco plano digesta.*

LEONTODONTOIDES *Mich.* 31. *quod semina etiam nuda gerit, a Vaillantio ad* TARAXACONASTRVM *refertur.*

427. HEDYPNOIS. *Tourn.* 478. RHAGADIOLOIDES *Vaill. Act. Parif.* 1721. *p.* 202. HIERACIVM FALCATVM *Raj.* 31.

Calix cylindraceus, ex foliis carinatis constructus, squamis ad basin accessoriis; thalamus nu-

 dus;

dus; ouula flosculos lingulatos, perfectos sustinent; semina cylindracea, striata, marginalia, in carina folii calicini latitantia, margine ciliato terminata, reliqua pappum gerunt. *Centralia vix matura fiunt.*

428. ZAZINTHA. *Tourn.* 476. *Vaill. Act. Parif.* 1721. *p.* 201.

Calix striatus, accessoriis squamis ad basin vestitus; thalamus nudus; ouula sustinent flosculos, lingulatos, perfectos; semina centralia oblonga, papposa, marginalia gibbosa, in strias calicis inserta, nuda.

429. HYOSERIS. TARAXACONASTRVM *Vaill. Act. Parif.* 1721. *p.* 180.

Semina radii triangularia, tribus foliolis ornata, semina centralia exteriora, calice quinquefido et pilis coronata, intima pilis tantum ornata, reliqua vt in praecedentibus.

Genera haec omnia maxime inter se conueniunt, et solo fructu differunt; hinc ea pro differentia ejusdem nunc proponimus; posteriora tria forte etiam conjungenda fuissent, ast diuersitas, in seminibus euidens, diuisionem facile ostendit.

Linnaeus duo ex his omnibus fecit genera, ad calicem magis, quam semina respiciens.

LAPSANA *Ejusd. Ed. prior. n.* 752. *cui calix ex octo foliolis constructus adscribitur, conjungit* LAMPSANAM, RHAGADIOLVM, HEDYPNOIN *et* ZAZINTHAM *Tourn.*

HYOSERIS *Linn. Ed. prior. n.* 746. *cui calix decaphyllus attribuitur, continet* HYOSERIN *Tabern.*

Tabern. TARAXACONASTRVM *Vaill. et* LEONTODONTOIDEM *Mich.*

In Ed. V. Linnaeus quodammodo mutauit haec genera, et HEDYPNOIN *Tourn. ad* LAPSANAM *reductam, sub* HYOSERI *n.* 821. *simul comprehendit.*

Hallerus Hort. Goett. duo quoque modo commemorat genera, scilicet

LAMPSANA *p.* 413. *semina omnia nuda gerens, conjungit* LAMPSANAM *et* RHAGADIOLVM *Tourn. nec non* HYOSERIN *Tabern.*

RHAGADIOLVS *p* 421. *semina alia pappum gerentia, alia neutiquam, conjungit* RHAGADIOLOIDEM, ZAZINTHAM, ACHYROPHORI *Vaill. speciem et* HIERACIVM BAETICVM.

Zinnius p. 435. *tria assumsit genera:*

LAMPSANA *Ejusd. cum Halleri genere convenit.*

RHAGADIOLVS *semina longa, in ambitu foliis calicinis obuoluta, corona ciliata tecta; in medio setis coronata;*

HYOSERIS, *quorsum* TARAXACONASTRVM *et* HIERACIVM BAETICVM *retulit, semina fert exigua, setis rigidis paucioribus coronata, in ambitu saepe nuda.*

430. SWERTIA.

Calix ex squamis duorum quasi ordinum conflatus, foliolis longissimis, patentibus cinctus; thalamus nudus; ouula sustinent flosculos lingulatos, perfectos; semina in ambitu nuda sunt, in medio nonnullis foliolis aristata.

Recte

Recte Hallerus Goett. p. 421. monuit, hanc plantam, quae HIERACIVM *calice barbato Col. Ecphr. II. p. 28 dicitur, noui generis nomen mereri, licet ipse ad* RHAGADIOLVM *retulerit. Linnaeus eandem olim ad* HIERACII, *nunc ad* CREPIDIS, *et Zinnius p. 436. ad* HYOSERIS *species amandarunt.*

431. TRAGOPOGON. *Tourn.* 477. *Linn.* Ed. V. n 810.

Calix monophyllus, ex squamis quasi coalitus, multi plerumque octofidus; thalamus nudus; ouula flosculos lingulatos, perfectos, sustinent; semina oblonga, in mucronem, coronam papposam sustinentem, extensa, calice conniuente, contenta.

TRAGOPOGON *Vaill. Act. Paris. 1721. p. 202. segmenta calicis corollam superantia, et semina recta;*

TRAGOPONOIDES *Vaill. ibid. p. 204. segmenta calicis corollae minora, vel aequalia, ac semina curua obtinet.*

432. CHONDRILLA. *Vaill. Act. Paris.* 1721. *p.* 194. *Linn.* Ed V. n. 815.

Calix cylindraceus, squamis parallelis, ad basin squamulis minoribus accedentibus; thalamus nudus; ouula flosculos lingulatos, perfectos sustinent; semina aspera, in mucrone longo pappum simplicem gerunt.

433. PICRIS. *Linn.* Ed. V. n. 812. *Hall. Helv.* 751.

Calix imbricatus, squamosus; thalamus nudus; ouula flosculos lingulatos, perfectos sustinent;

nent; ſemina pappo plumoſo coronata, oblonga, transverſim ſtriata.

434. HELMINTHOTHECA. *Hall. Goett.* 413. *Linn.* 430.

Calix exterior fit quinque ampliſſimis foliis, interior ſquamoſus, duplicis inprimis ſerici, quae ſquamae ſub finem ariſtam pinnatam emittunt, et externe ad baſin aliis foliolis breuibus cinguntur; thalamus nudus; floſculi lingulati, perfecti; ſemina in ſtipite pappum plumoſum gerunt.

Linnaeus ad praecedens genus amandauit, exterior vero ille calix in Picri deficit.

HELMINTHOTHECA *Vaill. Act. Pariſ.* 1721. *p.* 206. HIERACIASTRVM *Heiſt. Fabric. p.* 68. *vtrumque etiam genus conjungit.*

435. PRENANTHES. *Linn.* Ed. V. n. 816.

Calix cylindraceus, ex quinque vt plurimum ſquamis parallelis compoſitus, accedentibus tribus minoribus ad baſin; thalamus nudus; ouula floſculos lingulatos, perfectos, quadridentatos, ſuſtinent; ſemina cordata, pappo capillari, vel ſeſſili, vel in mucrone poſito, coronata.

PRENANTHES *Vaill. Act. Pariſ.* 1721. *p.* 193. *illas ſpecies modo ſiſtit, quae florem habent pendulum, et quas Tourn. ad* CHONDRILLAS *retulit; reliquas cum Tourn.* LACTVCIS *annumerauit.*

436. HIE-

436. HIERACIVM. *Linn.* Ed. V. n. 818.

Calix fere cylindraceus, squamosus, imbricatus, squamis multorum ordinum; thalamus nudus; ouula flosculos lingulatos, perfectos, sustinent; semina breuia, sulcata, pappo simplici coronata.

HIERACIVM *Vaill. Act. Paris.* 1722. *p.* 182. *caulem ramosum.*

PILOSELLA *Vaill. ibid. caulem simplicem obtinent.*

AVRICVLA MVRIS *Raj. p.* 30. *nec non* PVLMONARIA GALLORVM *ejusd. ibid. huc pertinent.*

INTYBVS *Hall. Comm. Goett.* 1751. *p.* 219 *H. Goett.* 419 *Linn. p.* 429. *ab* HIERACIO *thalamo alueolato differt, et huc reduci posset.*

437. CREPIS. *Linn.* Ed. V. n. 819. *Hall. Goett.* 410. HIERACIOIDES *Vaill. Act. Paris.* 1721. *p.* 188. *Hall. Helv.* 756.

Calix duplex, exterior breuissimus, quandoque deciduus, interior ouatus, simplex, squamis conniuentibus; flosculi lingulati perfecti; semina oblonga, pappo petiolato plumoso, aut sessili coronata.

Ludwig Def. n. 337. *ad* HIERACIVM *retulit, eamque conjunctionem suasit Gmel. Fl. Sibir. T. II. praef. p.* 8. *dum* HIERACIOIDEM *Vaill. ad* HIERACIVM, CREPIDEM *vero Linn. ad* SCORZONERAM *amandanda esse scripsit.*

438. SON-

438. SONCHVS. *Tourn.* 474. *Vaill. Act. Parif.* 1721. *p.* 169. *Linn.* Ed. V. n. 813.

Calix imbricatus, floribus excuffis in conum contractus; thalamus nudus; ouula flofculos lingulatos, perfectos, fuftinent; femina oblonga vel angufta, vel fulcata, vel afpera, pappo fimplici coronata.

CREPIS *Vaill. Act. Parif.* 1721. *p.* 195. *quae femina quadrata fulcata, in angulis afpera obtinet, a Linnaeo huc refertur.*

439. TARAXACVM. *Hall. Goett.* 408. DENS LEONIS *Tourn.* 468. LEONTODON *Linn.* Ed. V. n. 817.

Calix imbricatus, fquamis multorum ordinum, exterioribus non raro reflexis; thalamus nudus; ouula flofculos lingulatos, perfectos, fuftinent; femina oblonga, fcabra, pappo vel feffili, vel mucroni impofito, coronata.

DENS LEONIS *Vaill. Act. Parif.* 1721. *p.* 176. *pappus fimplex in mucrone feminis pofitus, extimis fquamis calicis reflexis.*

TARAXACONOIDES *Vaill. ibid. pappus plumofus feffilis, fquamis calicis omnibus erectis. Ad* SCORZONERAM *pertinere afferit Gmel. Flor. Sibir. T. II. praef. p.* 9.

440. LACTVCA. *Tourn.* 473. *Vaill. Act. Parif.* 1721. *p.* 198. *Linn.* Ed. V. n. 814.

Calix imbricatus, ex fquamis multorum ordinum compofitus, quodammodo in conum conniuens; thalamus nudus; ouula flofculos lingulatos,

latos, perfectos sustinent; semina oblonga, compressa, vtrinque acuminata, in mucrone extenso pappum gerentia.

CHONDRILLA *Dod.* 637. *quae* LACTVCA *perennis dici posset, et foliis laciniato pinnatis differt, huc referatur.*

CHONDRILLOIDES *Boerh. I.* 84. *forte huc referri posset.*

441. SCORZONERA. *Tourn.* 476. *Linn.* Ed. V. n. 811.

Calix longus, imbricatus, ex squamis magnis compositus; thalamus nudus; ouula flosculos lingulatos, perfectos sustinent; semina oblonga, cylindracea, striata, pappo plumoso, coronata, calice conniuente cincta.

SCORZONERA *Vaill. Act. Paris.* 1721. *p.* 207. *folia integra non dissecta.*

SCORZONEROIDES *Vaill. ibid. folia laciniata obtinet.*

442. SCOLYMVS. *Tourn.* 408. *Vaill. Act. Paris.* 1721. *p.* 218. *Linn.* Ed. V. n. 826.

Calix capitatus, imbricatus, squamis acutis, laxis; thalamus paleaceus, paleis dentatis, semina superantibus; ouula flosculos lingulatos, perfectos sustinent; semina oblonga, triangularia, inferius angusta.

443. ANDRYALA. *Linn.* Ed. V. n. 820. *Hall. Goett.* 420. ERIOPHORVS *Vaill. Act. Parif.* 1721. *p.* 212.

Calix fimplex, multifidus, villofus; thalamus papillaris et villofus; ouula flofculos lingulatos, perfectos fuftinent; femina oblonga, ftriata, pappo fimplici coronata, calice conniuente contenta.

Ad HIERACIA *retulit Tourn.*

444. CATANANCHE. *Vaill. Act. Parif.* 1721. *p.* 215. *Linn.* Ed. V. n. 824. CATANANCE *Tourn.* 478.

Calix oblongus, imbricatus, fquamis laxis, papiraceis, fplendentibus; thalamus paleaceus; ouula fuftinent flofculos lingulatos, perfectos, marginalibus quodammodo majoribus, radium quafi formantibus; femen oblongum, compreffum, corona foliacea, vel fetofa inftructum.

445. CICHORIVM. *Tourn.* 470. *Vaill. Act. Parif.* 1721. *p.* 216. *Linn.* Ed. V. n. 825.

Calix ante euolutionem cylindraceus, ex fquamis parallelis conftans, fquamis accefforiis ad bafin; thalamus paleaceus; ouula flofculos lingulatos, perfectos fuftinent; femina angulofa, margine paruo dentato coronata.

ENDIVIA *Raj.* 31. *quae foliis breuioribus, minus fectis et radice annua differt, huc referatur.*

446. HYPOCHOERIS. *Linn.* Ed. V. n. 822. *Hall. Goett.* 420.

Calix imbricatus, basi ventricosus; thalamus paleaceus; ouula flosculos lingulatos, perfectos sustinent; semina oblonga, pappo plumoso vel simplici coronata, calice conniuente contenta.

HYPOCHOERIS *Vaill. Act. Parif.* 1721. *p.* 215. *calicem subrotundum, imbricatum, basi squamosum et pappum plumosum obtinet.*

ACHYROPHORVS *Vaill. ibid. calicem oblongum, striatum, squamas ad basin accessorias et pappum simplicem habet.*

Linnaeus vtrumque genus conjungit; Tourn. p. 472. *ad* HIERACIA *refert.*



CLAS-

CLASSIS V.

Plantae flore inuoluto, perfecto, monopetalo, composito, mixto.

447. BELLIS. *Tourn.* 490. *Vaill. Act. Parif.* 1720. *p.* 178. *Linn.* Ed. V. n. 864.

Calix duplici ferie foliorum, fere aequalium, conftat, vix imbricatus; thalamus nudus, in marcefcente flore conicus; ouula in difco flofculos tubulofos, quinquedentatos, perfectos, ftigmate fimplici; in radio flofculos lingulatos, piftillatos, ftigmate duplici fuftinent; femina ouata, compreffa, nuda. *Caules fimplices.*

BELLIS LEVCANTHEMVM *Mich. G.* 34. *caule ramofo foliofo differt.*

448. CALENDVLA. *Raj.* 37. *Linn.* Ed. V. n. 885. CALTHA *Tourn.* 498.

Calix ex duplici foliorum ferie conftans, vix imbricatus, potius monophyllus, multifidus; thalamus nudus; ouula in difco flofculos tubulofos, quinquefidos, perfectos, in radio lingulatos, piftillatos fuftinent; femina difci, vel abortiua, vel cordato compreffa, radii oblonga, fere triangularia, incurua.

Semina radii in variis differunt. In CALTHA *Vaill. Act. Parif.* 1720. *p.* 288. *eadem ala vtrinque membranacea inftructa.*

DIMORPHOTHECA *Vaill. ibid. p.* 280. *ala destituta sunt, et cordatam compressam figuram obtinent, qua de causa etiam* CARDISPERMON *a Trantio in Act. Paris.* 1724. *p.* 39. *dicta fuit.*

CALENDVLA *offic. habet semina radii cymbiformia echinata, disci bicornia.*

CALENDVLOIDES *Moehr. p.* 20. *huc quoque pertinet.*

CALENDVLASTRVM *Heist. Fabric. p.* 82. *sistit calendulae speciem africanam.*

449. MATRICARIA. *Hall. Helv.* 718. *Goett.* 392.

Calix hemisphaericus, imbricatus, squamis graduatis plus minusue aequalibus; thalamus nudus; ouula disci flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos, radii lingulatos, pistillatos sustinent; semina oblonga, nuda.

In nonnullis speciebus flosculi lingulati pistillati filamenta quinque sterilia ostendunt.

PYRETHRVM *Hall. Helv.* 720. *Goett.* 393. *non nisi semine denticulato differt, et huc referri, vel, quo specierum ingens copia imminuatur, inprimis cum seminis ornamentum satis euidentem distinctionis notam praebeat, separari potius posset.*

Conjungimus itaque sub hoc genere:

CHRYSANTHEMVM *Tourn.* 491. *flosculi lingulati semper aurei, ad minimum ad basin in illis floribus, qui albidos lingulatos flosculos habent.*

LEVCANTHEMVM *Tourn.* 492. *flosculi lingulati penitus albi.*

MA-

MATRICARIA *Tourn.* 493. *Vaill. Act. Parif.* 1720. *p.* 283. *flofculi lingulati albi, raro nulli, folia laciniata pinnatifida, pinnis denuo diuifis.*

PARTHENIVM *Mich. p.* 34. *planta inodora et infipida, radix perennis, femina vmbilicata.*

BELLIDIOIDES *Vaill.* 1720. *p.* 280. *folia dentata ad coftam vsque non incifa habet; conjungit quasdam* CHRYSANTHEMI *et* LEVCANTHEMI *fpecies, alias ad* MATRICARIAM *rejicit.*

CHRYSANTHEMVM *Linn. Ed. V. n.* 866. *cum* BELLIDIOIDE *Vaill. fere conuenit, et characterem habet fquamas calicinas interiores per gradus majores, intimas in membranam pellucidam terminatas.*

MATRICARIA *Linn. Ed. V. n.* 867. *fquamas calicinas lineares, fere aequales, obtinet.*

CHAMAEMELVM *Mich. p.* 34. *cum thalamum nudum habeat, etiam huc pertinet.*

Cum diftinctionis notae omnes infufficientes et fquamae calicinae fere vbique inaequales fint, varia haec genera combinanda effe credimus; forte flofculi lingulati lanceolati, obtufi et truncati aliquam diftinctionis notam praebent, ita, vt has plantas omnes in duo genera exinde diuidere poffemus.

450. OSTEOSPERMVM. *Linn.* Ed. V. n. 887. CHRYSANTHEMOIDES *Tourn. Act. Parif.* 1705. *p.* 237. MONILIFERA *Vaill. Act. Parif.* 1720. *p.* 289.

Calix imbricatus, foliofus, foliolis acutis; thalamus nudus; ouula difci flofculos tubulofos, quinquefidos, perfectos, radii lingulatos, piftil-

latos ſuſtinent; ſemina in diſco vix perficiuntur, in radio globoſa, baccis ſimilia, aſt dura, nuda, nucleum continent.

451. ERIOCEPHALVS. *Dill. H. Elth. p.* 132. *Linn.* Ed. V. n. 890.

Calix decaphyllus, foliolis quinque exterioribus carinatis, interioribus planis, omnibus ad baſin corpuſculo rigido ornatis; thalamus nudus, aut tenerrima lanugine obſitus; ouula diſci floſculos tubuloſos, quinquefidos, perfectos, ſtigmate bifido; radii quinque floſculos lingulatos, trilobos, piſtillatos, ſtigmate ſimplici ſuſtinent; ſemina diſci abortiunt; radii ouata, nuda.

452. MILLERIA. *Linn.* Ed. V. n. 881.

Calix triphyllus, foliolis binis minoribus, tertio majori, in quo tanquam thalamo haerent floſculi duo perfecti, tubuloſi, quinquefidi, tertius vero piſtillatus lingulatus eſt, quem ſequitur ſemen ſolitarium oblongum, triquetrum; floſculi perfecti abortiunt.

Datur et ſpecies quinqueflora.

453. GORTERIA. *Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1163.

Calix ouatus, ſquamis ſpinoſis, interioribus ſenſim longioribus, imbricatus; thalamus nudus; ouula in diſco ſuſtinent floſculos tubuloſos, quinquefidos, perfectos, radium occupant floſculi lingulati, neutri; ſemina ſunt ſubrotunda, nuda, apice hirſuta.

454. TA-

454. TAGETES. *Tourn.* 488. *Linn.* Ed. V. n. 865. FLOS AFRICANVS *Raj.* 37.

Calix monophyllus, tubulosus, angulosus, quinquedentatus; thalamus nudus; ouula in disco flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos, in radio lingulatos obtusos pistillatos sustinent; *corollulae saepius per culturam monstrosae fiunt*; semina longa, compressa, angusta, paleis diuersae magnitudinis, quinis plerumque, ornata. *Radix annua fibrosa*; *folia pinnatifida punctata.*

455. HELENIA. *Linn.* Ed. V. n. 863. *Hall Goett.* 467. HELENIASTRVM *Vaill. Act. Paris.* 1720. *p.* 314.

Calix simplex, multifidus, foliolis arctis reflexis; thalamus nudus; ouula in disco sustinent flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos, in radio lingulatos, tri vel multifidos, pistillatos; semina omnium calice quinquedentato paruo coronata.

456. PECTIS. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1160.

Calix pentaphyllus, cylindraceus; thalamus nudus; ouula in disco flosculos paucos tubulosos, quinquefidos, perfectos, in radio plerumque quinos, pistillatos, lingulatos, integerrimos, calice breuiores sustinent, semina linearia, pappo aristato terminata.

457. ASTER. *Linn.* Ed. V. n. 858.

Calix expansus, imbricatus, squamulis latiusculis, apice reflexis, thalamus nudus; ouula in disco flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos, in radio

radio lingulatos, pistillatos, lingulis patentioribus et copiosioribus, sustinent; semina oblonga, papposa.

ASTER *Vaill. Act. Paris.* 1720. *p.* 309. *flosculos radii alio, quam luteo colore insignes, ostendit; pappus capillaris.*

HELENIVM *Vaill ibid. p.* 302. *flosculi radii luteo colore tincti; pappus capillaris.*

ASTEROPTERVS *Vaill. ibid. p.* 313. *pappo plumoso differt.*

VIRGAE AVREAE *Tourn.* 485. *species, quae radio specioso praeditae sunt, nec non* ASTERIPHOLIS *Pont. Diss. p.* 242. *quae speciem nouae angliae altissimam sistit, et cui thalamum squamosum adscribit; item* ASTERISCOIDES *Moehr. p.* 15. *quo speciem Chenopodii folio propter calicem, flores non praeeminentem, distinguit; tandemque* TRIPOLIVM *Dod.* 379. *huc referatur.*

458. ENVLA. *Caesalp.* 499. INVLA *Linn.* Ed. V. n. 860.

Cum Astere conuenit calice, thalamo, semine; differt flosculis lingulatis integerrimis; et inprimis antheris coalitis, inferne in duas setas desinentibus.

HELENIVM *offic. et variae* ASTERIS *species huc pertinent; idque genus eo lubentius assumimus, quo major est specierum* ASTERIS *numerus; licet enim in nonnullis aliis compositorum florum generibus antherae bisetae inueniantur, tamen nullibi tam euidenter tamque longae eae sunt; quam in his speciebus.*

459. SO-

459. SOLIDAGO. *Linn.* Ed. V. n. 859. *Hall. Goett.* 399.

Calix plus minus oblongus, vel hemiſphaericus, imbricatus, ſquamis acuminatis, apice introrſum ſpectante, conniuentibus; thalamus nudus; ouula in diſco floſculos tubuloſos, quinquefidos, perfectos; in radio lingulatos, piſtillatos, lingulis paucioribus, nec adeo patentibus, quam in Aſtere ſuſtinent; ſemina papposa.

IACOBAEAE *Tourn.* 485. *illae ſpecies, quae calicem habent imbricatum, huc referantur; de reliquis vid.* SENECIO.

VIRGAE AVREAE *Tourn.* 483. *plurimae ſpecies, quae radio minus ſpecioſo, ex paucis lingulatis compoſito, inueniuntur, huc quoque reducantur. Modus florendi in caulium et ramorum faſtigio, inſtar virgae in pedunculis breuibus, quem Vaill. Act. Pariſ.* 1720. *p.* 306. *quoque aſſumit, vix definiri poteſt.*

Vaillantius omnes IACOBAEAE *ſpecies Tourn. et in hoc genere, et ſub* SENECIONE *comprehenſas, ſic diſtinguit:*

SOLIDAGO *Vaill. Act. Pariſ.* 1720. *p.* 292. *folia integra non petiolata.*

IACOBAEA *Vaill. ibid. p.* 296. *folia diſſecta.*

IACOBAEOIDES *Vaill. ibid. p.* 300. *folia integra petiolata.*

IACOBAEASTRVM *Vaill. calice differt vid.* SENECIO.

IACOBAEA *Raj.* 33. *et Boerh. I.* 99. *folia laciniata.*

DORIA *Raj.* 33. *et Boerh. I.* 97. *folia integra obtinet.*

DORIA *Dill. G.* 143. *paucioribus flosculis lingulatis a* IACOBAEIS *distinguitur, optime vero huc refertur.*

460. ARNICA. *Rupp.* 175. *Hall. Helv.* 736. *Moehr. p.* 106. DORONICVM *Tourn.* 487. *Vaill. Act. Paris.* 1720. *p.* 301. *Linn.* Ed. V. n. 862.

Calix quasi monophyllus, in segmenta duplicis seriei profunde diuisus; thalamus nudus; ouula disci flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos; radii lingulatos, tridentatos, pistillatos sustinent; semina omnium florum papposa.

Cum ARNICA *offic. huc, non vero ad sequens genus pertineat, huic quoque idem nomen pro generico apposuimus.*

BELLIDIASTRVM *Mich. p.* 32. *et Hall. Helv.* 723. *Goett.* 395. *huc refert Linnaeus. Faciem bellidis refert; ast semine papposo differt a* BELLIDE; *cum vero Hallerus speciem recenseat, vbi vix in semine pappus conspicitur, forte cum* BELLIDE *potius conjungendum esset.*

461. GERBERA. *Linn.* Ed. prior. n. 757. ARNICA *Linn.* Ed. V. n. 861.

Calix imbricatus, squamis oblongis, erectis, acutis; thalamus nudus; ouula in disco sustinent flosculos tubulosos, trifidos, lacinia vna latiori, perfectos; in radio lingulatos, pistillatos; filamentis staminum sterilibus circa stylum positis;

fitis; femina difci pappo capillari coronata, radii vera nuda.

DORONICVM *Hall. Helv.* 738. *feminibus radii nudis conuenit; et licet flofculi tubulofi quinquefidi fint, optime huc poteft referri.*

Gerberus Botanices promotor fuit et plures plantas in Ruffici imperii prouinciis collegit; hinc ejus memoriam hoc genere conferuare poffumus.

462. SENECIO. *Hall. Goett.* 401. *Linn. p.* 421.

Calix quafi monophyllus, ex fquamis linearibus, parallelis, fimplici ferie in cylindrum conglutinatis, conftat, accedentibus ad bafin fquamulis vagis; thalamus nudus; ouula difci fuftinent flofculos tubulofos, quinquefidos, perfectos; radii lingulatos, piftillatos, qui quandoque minores funt et radium minus euidentem efficiunt, quandoque plane defunt; femina papposa.

IACOBAEASTRVM *Vaill. Act. Parif.* 1720. *p.* 301. OTHONNA *Linn. Ed. V. n.* 888. *calice nullis accefforiis fquamis cincto, et feminibus difci raro perfectis differt, et optime huc refertur.*

CINERARIA *Dod.* 642. *huc etiam pertinet.*

Ludwig. Def. n. 303. SENECIONEM *ad flores compofitos tubulofos retulit; eas autem fpecies, quae radium euidentem habent, vel ad* SOLIDAGINEM, *vel ad* OTHONNAM *amandauit: aft cum in hoc genere, vt in* BIDENTE *ac congeneribus, radius inconftantem notam praebeat, huc genus collocauimus, et omnes fpecies* IACOBAEAE, *calice fimili inftructas, conjungendas effe exiftimauimus.*

SOLIDAGO *Gmel. Fl. Sibir. T. II. p.* 158. SENEÇIONEM *et* SOLIDAGINEM *conjungit.*

463. TETRAGONOTHECA. *Dill. H. Elth. p.* 283. *Linn.* Ed. V. n. 875.

Calix monophyllns, quadripartitus; thalamus paleaceus; ouula disci sustinent flosculos tubulosos, quinquefidos, persectos, radii flosculos lingulatos, trifidos, pistillatos; semina nuda.

464. CHAMAEMELVM. *Tourn.* 494. *Hall. Goett.* 390. ANTHEMIS *Linn.* Ed. V. n. 870. CHAMOMILLA *Siegesb.* 30. *et offic.*

Calix hemisphaericus, imbricatus; thalamus paleaceus, conuexus; ouula in disco flosculos, tubulosos, quinquefidos, perfectos, in radio lingulatos, pistillatos, vel quandoque neutros, sustinent; semina oblonga, nuda.

BVPHTHALMVM *Tourn. et* ANTHEMIDEM *Mich. antea ad* BVPHTHALMVM *relata genera, nunc huic generi addidit Linnaeus.*

BELLIDIASTRVM *Vaill. huc forte referri posset.*

465. ACHILLAEA. *Vaill. Act. Paris.* 1720. *p.* 320. *Linn.* Ed. V. n. 871.

Calix imbricatus, ouato oblongus; thalamus paleaceus; ouula in disco flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos, stigmate fere simplici; in radio lingulatos, breuiores et latiores, paucos pistillatos, stigmate duplici sustinent; semina ouata, nuda.

PTAR-

PTARMICA *Tourn.* 496. *calix hemiſphaericus, folia integra, ſerrata.*

MILLEFOLIVM *Tourn.* 495. *calix cylindraceus, folia tenuiſſime ſecta.*

Cum calicis figura non accurate determinari poſſit et foliorum laciniae nullum characterem genericum praebeant, optime bina genera conjunguntur.

466. HELIANTHVS. *Linn.* Ed. V. n. 877.

CORONA SOLIS *Tourn.* 489. FLOS SOLIS *Raj.* 37. SOL *Rupp.* 167. SOLARIA *Sigesb.* 101.

Calix expanſus, imbricatus, foliolis laxis, acuminatis; thalamus planus paleis acutis deciduis, obſitus; ouula in diſco floſculos tubuloſo-campanulatos, quinquefidos, perfectos, in radio lingulatos, neutros ſuſtinent; ſemina caliculo proprio diphyllo, deciduo, ornata, oblongo quadragona, in radio non perficiuntur.

In perenni ſpecie floſculi lingulati non neutri ſunt, ſed ſtylo et filamentis ſterilibus inſtructi.

467. RVDBECKIA. *Linn.* Ed. V. n. 878.

Hall. Goett. 386. OBELISCOTHECA *Vaill. Act. Pariſ.* 1720. *p.* 329. *Dill. H. Elth. p.* 295. CHALCANTHEMVM *Siegesb. p.* 29.

Calix gemino foliorum ordine conſtans, vix imbricatus; thalamus conicus, paleis acutis, deciduis, refertus; ouula in diſco floſculos tubuloſos, quinquedentatos, perfectos, in radio lingulatos, apice non nihil dentatos, neutros, ſuſtinent; ſemina quadragona, inferius anguſta, ſuperius quadridentata, in radio abortiunt.

468. ZIN-

468. ZINNIA. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1161.

Calix cylindraceus, longus, squamis rotundatis, dense imbricatis, compositus; thalamus conicus, paleaceus; ouula disci flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos, ouula radii lingulatos, latos, obtusos, immarcescibiles, pistillatos, plerumque quinos sustinent; semina omnia longa, triquetra, radii nuda, persistente flosculo ornata, disci vero simplici, vel duplici, arista coronata.

Hanc plantam BIDENTIS *nomine insignitam, Linnaeus in Spec. To. II. p.* 920. *ad* CHRYSOGONVM *reduxerat. Postquam autem. Zinnius p.* 409. *descriptionem dederat et iconem, eamque ad* RVDBECKIAM *reduxerat, a qua tamen aliisque generibus insigniter differt; in honorem Cl. Viri optime genus nomen accepit. Constantinus Scepin in Annot. Bot. Diss. de acido vegetabili Lugd. Bat.* 1758. *junctis p.* 42. CRASSINAM *in honorem Prof. Bot. Petropol. Stephani Craschenimnikow dixit. Hillius in exotic Botany Tab.* 29. LEPIAM *appellauit.*

469. BVPHTHALMVS. *Linn.* Ed. prior. n. 790.

Calix imbricatus, squamis, vel simplicibus, vel foliosis, trium vt plurimum ordinum; thalamus paleaceus, conuexus; ouula in disco flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos, stigmate simplici, in radio lingulatos, pistillatos, stigmate duplici sustinent; semina disci oblonga, margine dentata, radii compressa, margine plus minus euidenti ornata.

Huc

Huc refertur a Linnaeo:

BVPHTHALMVS *Tourn.* 495. *calix imbricatus, non foliosus; semina radii vix euidenter marginata.*

ASTERISCVS *Tourn.* 497. *et Vaill. Act. Paris.* 1720. *p.* 331. *calix imbricatus, foliosus; semina radii euidenter emarginata.*

ASTEROIDES *Tourn. Cor.* 51. *Vaill ibid. p.* 323. *calix imbricatus, non foliosus; facies* ASTERIS *ob flosculos lingulatos longissimos, et radium inde amplissimum; semina* ASTERISCI.

ANTHEMIS *Mich.* 32. *folia in tenuissimas lacinias diuisa, thalamus conicus, semina vix euidenter emarginata.*

In Ed. V. vero Linn. n. 876. ASTERISCVM *modo et* ASTEROIDEM *conjungit,* BVPHTHALMVM *vero et* ANTHEMIDEM *ad suam* ANTHEMIDEM *reduxit vid. n.* 464. *Certe quaedam species* CHAMAEMELO *erant annumerandae.*

PYRETHRVM *offic. et Rupp. p.* 171. *huc quoque retulit Haller. Goett.* 387. *Linnaeus vero etiam* ANTHEMIDI *addidit.*

SILPHIVM *Linn. Ed. V. n.* 882. ASTERISCVS *Dill. H. Elth. p.* 42. *squamulae calicis oblongae, reflexae, semina disci abortiua, radii obcordata, margine membranaceo bicorni emarginato cincta, Ludwigius huc retulit monuitque: Nisi calix squamosus, arcte imbricatus, in* BVPHTHALMO, *et calix foliosus, flosculorum ambitum plus minus superans, in* ASTERISCO *notam generum certam constituant, in seminum differentia limites omnino incertos esse.*

470. ANE-

470. ANEMONOSPERMOS. *Boerh.* *I.* 100. ARCTOTIS *Linn.* Ed. V. n. 886. *Hall.* *Goett.* 406. ARCTOTHECA *Vaill. Act. Parif.* 1720. *p.* 330.

Calix fubrotundus, imbricatus, fquamis exterioribus extrorfum flexis, interioribus erectis; thalamus paleaceus, vel pilofus; ouula difci flofculos tubulofos, quinquefidos, perfectos, radii lingulatos, piftillatos fuftinent; femina difci vix perficiuntur, radii fubrotunda, villofo tomento cincta, et foliolis calicis proprii ouatis coronata.

471. CHRYSOGONVM. *Linn.* Ed. V. n. 883.

Calix monophyllus, quinquefidus, fegmentis oblongis, patentiffimis; thalamus paleaceus; ouula in difco flofculos tubulofos, quinquefidos, perfectos, ftigmate fimplici, ouula radii lingulatos, oblongos, piftillatos, pauciores, ftigmatate duplici fuftinent; femina difci abortiua, femina in radio intra calicem quadrifidum, irregularem, proprium, latent, obuerfe cordata, depreffa, quadrangula, lateribus latiufculis, fquamula tridentata impofita.

472. BIDENS. *Linn.* Ed. V. n. 840. *Hall.* *Goett.* 383. CERATOCEPHALVS *Vaill. Act. Parif.* 1720. *p.* 325.

Calix fimplex, multifidus, foliolis externis interdum cinctus; thalamus paleis deciduis ornatus; ouula in medio fuftinent flofculos tubulofos, quadri- vel quinquefidos, perfectos, accedentibus in limbo interdum flofculis piftillatis, vel neutris, nudis, quandoque et lingulatis;

femina

ſemina oblonga, vel anguſta, vel lata, denticulis duobus, vel pluribus, ornata.

Cum in hoc genere florem vt plurimum tubuloſum vniformem compoſitum inueniamus, illud ad Claſſ. III. referri debuiſſet; aſt ob ſummam conuenientiam cum ſequentibus congeneribus huc collocare voluimus, inprimis cum et in hoc ipſo quandoque aliqua radii veſtigia inueniantur: ideoque Ludwigius, qui haec genera ad Claſſ. III. repoſuit, bene monuit, omnes plantas ad vnum forte genus eſſe reducendas, id quod inprimis de BIDENTE *et* VERBESINA *valere poterit.*

473. VERBESINA. *Rupp.* 168. *Linn.* Ed. V. n. 874. CERATOCEPHALOIDES *Vaill. Act. Pariſ.* 1720. *p.* 328. FORBICINA *Pont. Diſſ.* 248.

Omnia vt in Bidente; ſed floſculi radii conſtanter ſunt lingulati, piſtillati.

CANNABINA AQVATICA *Raj.* 38. *et* ACMELLA *Siegesb. p.* 3. *huc referri poſſunt.*

EVPATORIOPHALACRVM *Vaill. Act. Pariſ.* 1719. *huc refert Linnaeus; aſt in quibusdam ſpeciebus cum* BIDENTE, *in aliis cum* VERBESINA *ratione floſculorum conuenit, ſemina praeterea non coronata, ſed nuda gerit.*

474. SIEGESBECKIA. *Linn.* Ed. V. n. 873. *Hall. Goett.* 385.

Calix pentaphyllus, pilis globiferis refertus; ſquamulae perſiſtentes, hirſutae, ouatae, thalamo inſiſtunt, quarum ſingula ſuum florem ſemenque inuoluit; ouula diſci floſculos tubulo-

ſos, quinquefidos, perfectos, ouula radii floſculos paucos, lingulatos, piſtillatos ſuſtinent; ſemina curua, quadrangula, nuda.

Ad VERBESINAM *retulit Ludwig. Def. n.* 314.

475. COREOPSIS. *Linn.* Ed. V. n. 879. *Hall. Goett.* 385.

Calix quaſi duplex, exterior foliolis ſaepe ſex, vel octo minoribus, interior totidem majoribus coloratis; thalamus paleaceus; ouula diſci ſuſtinent floſculos tubuloſos, quinquefidos, perfectos, radii paucos, lingulatos, quadridentatos, neutros; ſemina diſci ſunt orbiculata, conuexo concaua, margine cincta, apice bicorni.

476. TRIDAX. *Linn.* Ed. V. n. 872.

Calix cylindraceus, imbricatus, ſquamis oblongis, erectis; thalamus paleaceus; ouula diſci floſculos tubuloſos, quinquefidos, perfectos, ouula radii floſculos planos, trifidos, piſtillatos ſuſtinent; ſtigma in omnibus obtuſum; ſemina oblonga, pappo ſimplici coronata.

477. AMELLVS. *Brown. Iam. p.* 317. *Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1162.

Calix ſubrotundus, imbricatus; thalamus paleaceus; ouula in diſco floſculos tubuloſos, quinquefidos, perfectos, in radio lingulatos, piſtillatos ſuſtinent; ouula radii abortiunt, diſci autem mutantur in ſemina ouata, pappo capillari ſeſſili coronata.

Brownius l. c. floſculos modo perfectos, nulloſque lingulatos, et ſemina nuda deſcripſit, et Linn. l. c. floſculos

flosculos lingulatos, bi-vel tridentatos, p. 1225. autem indiuisos esse scripsit.

478. ACARNA. CROCODILODES *Vaill. Act. Parif.* 1718. *p.* 162. ATRACTYLIS *Linn.* Ed. V. n. 837.

Calix imbricatus, vel capitatus, vel expansus, squamis plus minus aculeatis, inuolucro accessorio multifido et aculeato nonnunquam praesente; thalamus pilosus; ouula in disco flosculos tubulosos, quinquefidos, in radio lingulatos, tri-vel quinquedentatos, omnes perfectos sustinent; semina radii vt plurimum abortiua, semina disci oblonga, compressa, pappo plumoso coronata.

Cum genus ATRACTYLIS *nomine ab Hallero conditum assumserimus, hoc* ACARNAM *diximus, cum et quaedam* ACARNAE *C. B. Pin.* 379. *huc pertineant.*

479. CENTAVREA. *Linn.* Ed. V. n. 880.

Calix capitatus, imbricatus, squamis varie terminatis; thalamus villosus vel setosus; ouula disci sustinent flosculos tubulosos, quinquefidos, perfectos, ouula radii minima sustinent flosculos quoque tubulosos, diuersimode diuisos, neutros, plus minus eminentes; semina papposa, non raro nuda.

Copiosae plantarum species sub hoc genere comprehenduntur, quae a variis varie in noua genera dispositae fuerunt.

CROCODILIVM *Vaill. Act.* Parif. 1718. *p.* 161. *ſquamae calicinae margine fimbriatae et in apice ſpinoſae; ſemen pappo plumoſo coronatum.*

CALCITRAPA *Vaill. ibid. p.* 164. *ſquamae calicinae in apice forti ſpina ſolitaria donatae, in margine vel denticulatae, vel ciliatae, vel ſpinoſae; ſemina vel nuda, vel papposa.*

CALCITRAPOIDES *Vaill. ibid. p.* 167. *ſquamae calicinae ſpinis radiatis paruis ornatae, media parum eminente.*

RHAPONTICVM *Vaill. ibid. p.* 175. *ſquamae calicinae ſubrotundae, integrae, membrana tenera auctae; floſculi neutri in radio vix majores floſculis diſci; ſemina vel nuda, vel pappoſa.*

RHAPONTICOIDES *Vaill. ibid. p.* 177. *ſquamis acuminatis a praecedente differt.*

AMBERBOI *Vaill. ibid. p.* 180. CYANOIDES *Siegesb.* 39. *odor floris ſuauis; ſquamae calicinae integrae vel ſubrotundae, vel leuiter acuminatae; ſemina vel nuda, vel piloſa.*

IACEA *Vaill. ibid. p.* 182. *ſquamae calicinae ciliatae; floſculi neutri quinquefidi, irregulares; ſemina nuda, vel pappoſa.*

CYANVS *Vaill. ibid. p.* 184. *ſquamae calicinae ciliatae; floſculi neutri magis eminentes, irregulares, laciniis latioribus; ſemina pappo vel piloſo, vel plumoſo ornata.*

Haec Vaillantii genera ad tria reduxit Hallerus.

RHA-

RHAPONTICVM *Hall. Helv.* 687. *Goett.* 364. *squamae calicinae subrotundae, neque acutae, neque spinosae, neque pinnatae, ora quandoque fissa.*

CALCITRAPA *Hall. Helv.* 689. *Goett.* 365. *squamae calicinae valenti aculeo terminata, lateribus ciliatae.*

CYANVS *Hall. Helv.* 690. *Goett.* 367. *squamae calicinae molles et inermes, a latere longe ciliatae.*

CARDVVS *Tourn. species hujus generis, quae squamas calicinas spinosas habent, simul complectitur.*

IACEA *Tourn.* 441. *squamas calicinas non spinosas habet.*

IACEA *Raj. p.* 41. *et Boerh. I.* 140. *folia et caules spinis carentes; folia integerrima; squamae calicinae, vel spinosae, vel non spinosae; flosculi vel tantum tubulosi perfecti, vel simul in radio neutri.*

CYANVS *Tourn.* 445. *flosculi neutri in ambitu bilabiati; reliqua vt in* IACEA.

CENTAVRIVM *majus Tourn.* 444. *et Boerh. II.* 143. CHIRONIA *Riv. Rupp.* 187. *folia non spinosa, in ambitu serrata; squamae calicinae non spinosae; flos speciosus.*

SERRATVLA *Raj.* 41. *Boerh. I.* 144. *folia plus minusque serrata; capitula fere cylindracea, minora; flosculi in ambitu plus minus eminentes.*

CRVPINA *Dill. G.* 139. CYANOIDES *Pont. Diss.* 217. CALCITRAPA *Siegesb.* 23. *species huius generis, quae semina nuda habent, complectitur.*

CRVPINA *Knaut.* 142. *et Rupp. p.* 185. HERPOSPERMVM *Siegesb. p.* 53. *corona seminum setosa a praecedentibus differt.*

Ex his omnibus patet, flosculos tubulosos neutros in ambitu, et thalamum papposum constantes tantum characteres esse; figuram capitulorum, squamarum calicinarum appendiculas, laciniarum in flosculis radii numerum et differentiam, et inde dependentem regularitatem ac irregularitatem flosculi, et tandem seminum ornamenta, nonnisi incertas et limitibus vix circumscribendas notas characteristicas exhibere.



CLAS-

CLASSIS VI.

Plantae flore involuto perfecto dipetalo.

A. MONANTHERAE.

DISTYLAE.

480. CORISPERMVM. *Iuss. Act. Paris.* 1712. *p.* 187. *Linn.* Ed. V. n. 12.

Calix nullus; petala compressa; stamina quandoque duo, vel tria; semen vnicum, depressum, colore et figura cimicis. *Flores alares, superiores quandoque masculini, inferiores feminini.*

RHAGROSTIS *Buxb. Cent. III. p.* 30. *huc referri posset.*

481. STELLARIA. *Raj. p.* 97. *Hall. Helv.* 198. CALLITRICHE *Col. Ecphr.* 315. *Linn.* Ed. V. n. 13.

Calix nullus; corolla petalis incuruis, acutis, instructa; *flores superiores plerumque staminei, ouario imperfecto, inferiores vix stamina habent, planta interdum etiam diphyta*; fructus minor membranaceus, quatuor lineis impressis diuisus; *an bi-an quadrilocularis?* semina solitaria. *Planta aquatica; folia aquis immersa angustissima, illis vero innatantia quodammodo latiora, confertim, stellae quasi in modum, disposita, attamen alterna; flores alares.*

Ad CORISPERMVM *reduxit Linn. Ed. prior. n.* 10.

B. DIANTHERA.

MONOSTYLA.

482. CIRCAEA. *Tourn.* 301. *Linn.* Ed. V. n. 24.

Calix bifolius, deciduus, margini ouarii adnatus; corolla petalis cordatis instructa; ouarium sub flore; fructus siccus, asper, bilocularis, biualuis; semina solitaria, oblonga. *Radix fibrosa, repens, perennis; folia opposita, integra; flores laxe spicati.*

C. HEXANTHERAE.

1. *MONOSTYLA.*

483. MVSA. *Plum. G.* 24. *Boerh. II.* 171. *Linn.* Ed. V. n. 1010.

Calix nullus; petala duo, quorum superius erectum, quinquedentatum, inferius breuius, nauiculare, *nectarium a Linnaeo dictum*; in floribus superioribus filamenta sex, quorum quinque antheras lineares ostendunt, sextum anterius anthera destituitur; stylus simplex; ouarium imperfectum; flores inferiores ouaria perfecta sustinent, et in his filamenta quinque sterilia, sextum anterius vera lineari anthera praeditum, stylus quoque simplex, stigma globosum; fructus mollis, trilocularis, seminibus vix conspicuis foetus. *Caudex arundinaceus; folia circa fastigium caudicis expansa; spadix flores sustinens et ex vaginis emittens, ex commissuris foliorum surgit.*

Ad

Ad relatiuas referre noluit Ludwig, cum antherae in vtrisque floribus inueniantur, et ouaria, et styli in superioribus floribus, licet imperfecti, tamen adsint.

Inter hexantheras reliquimus, licet nunquam in vno flore sex adsint; ast nec bene ad mon- vel pentantheras referri potest.

BIBAI *Plum. G. 50. huc refert Linnaeus, et consentit Burm. in Plum. Fasc. III. p. 49. et Brown. Iam. p. 364.*

2. *DISTYLA.*

484. ATRAPHAXIS. *Linn.* Ed. V. n. 405.

Calix diphyllus, foliolis angustis, acutis, persistentibus; petala ampliora, vndulata, persistentia; styli breuissimi; semen vnicum.



CLASSIS VII.

Plantae flore involuto perfecto tripetalo.

A. MONANTHERA.

MONOSTYLA.

485. KAEMPFERIA. *Linn.* Ed. V. n. 7.
AROORCHIS *Burm. Zeyl. p.* 13.

Spatha monophylla, superius bifida, foliolis binis angustis a latere positis, ex radice inter folia ampla surgit, et ouarium cingit; calix ouario insidens, tubulosus, in tres angustas lacinias divisus; petala tria, duobus oblongis, tertio inferiore amplissimo, diuiso; filamentum bicorne, duplici lineari anthera instructum; stylus longus, stigma obtusum; capsula trilocularis, triualuis; semina plura.

Calicem et petala conjunctim, et hinc corollae limbum sexpartitum describit Linnaeus.

GALANGA *et* ZEDOARIA *offic. huc pertinent.*

B. TRIANTHERAE.

MONOSTYLAE.

486. TAMARINDVS. *Tourn.* 660. *Linn.* Ed. V. n. 46.

Calix quadrifolius; petala interstitiis calicis inserta; stamina ad mediam partem fere connexa, cum stylo versus quartum calicis interstitium reflexa;

reflexa; fructus leguminosus, longus, inter membranas pulpa nigra acida repletus; semina plana, angulosa. *Folia pinnata absque impari extremo.*

487. XYRIS. *Linn.* Ed. V. n. 59.

Capitulum squamosum, oblongum, flores brevi pedunculo insidentes, ex squamis emittit, petala patentia, crenata, vnguibus angustis; stylus tribus tubis instructus; fructus subrotundus trilocularis; semina exigua.

488. CHAMAELEA. *Tourn.* 631. CNEORVM *Linn.* Ed. V. n. 47. CNESTRVM *Siegesb.* 33.

Calix minor, tridentatus, persistens; petala oblonga, concaua; stigma trifidum; fructus tricoccos; semina oblonga.

489. COMMELINA. *Plum. G.* 48. *Dill. H. Elth. p.* 93. *Linn.* Ed. V. n. 58.

Flores in sinum caui folii recepti; calix proprius, triphyllus, foliolis paruis, concauis, interdum inaequalibus; corolla duobus petalis majoribus, tertio vt plurimum minori constat; *hinc dipetala quibusdam;* stamina sex, quorum tria non veras antheras, sed cruscula flaua, tria veras antheras gerunt; stigma simplex; fructus oblongus, trilocularis, triualuis; semina angulosa.

ZANONIA *Plum. G.* 38. *quae petala tria aequalia, siue, vt Brown. Iam. p.* 125. *scribit, calicem nullum, corollam monopetalam sexfidam, laciniis tribus interioribus majoribus, corollam, tribus exterio-*

terioribus, calicem quasi referentibus; filamenta sex aequalia, quorum tria longiora antheras ferunt; stigma ampliatum, quasi trilobum gerit; et

EPHEMEROIDES *Siegesb. p. 43. huc referri possunt.*

490. RVMPHIA. *Linn.* Ed. V. n. 1103.

Calix exterior tridentatus, cui insidet interior cylindraceus, hirsutus, cujus limbo adhaerent petala tria obtusa; stigma trigonum; fructus pulposus, coriaceus, trilocularis; semina triquetra.

2. *TRISTYLAE.*

491. TILLEA. *Mich. p. 22. Linn.* Ed. V. n. 163.

Calix tripartitus; petala calice fere minora; ouaria tria, stylis breuioribus ornata; vaginulae tres reflexae, longitudinaliter dehiscentes, seminibus paucis rotundis foetae.

In quibusdam speciebus vna pars numeri vbique additur.

Ad SEDVM *retulit Vaillantius.*

492. LECHEA. *Linn.* Ed. V. n. 102.

Calix triphyllus, persistens; petala calicis foliolis angustiora, ast fere longiora; *stamina interdum quatuor vel quinque*; styli plumosi; capsula triquetra, trilocularis, triualuis; semina solitaria, angulata.

C. HE-

C. HEXANTHERAE.

I. MONOSTYLAE.

493. EPHEMERVM. *Tourn.* 367. EPHEMEROPHALANGIVM *Magn. Char.* 241. TRADESCANTIA *Rupp. p.* 61. *et Linn.* Ed. V. n. 360.

Inuolucrum foliaceum, flores continens; calix triphyllus, persistens; corolla rosacea; stamina villosa; stigma trigonum; fructus trilocularis, triualuis; semina angulosa.

494. BVRMANNIA. *Linn.* Ed. V. n. 359. *Burm. Zeyl. p.* 50.

Calix monophyllus, cylindraceus, per longitudinem triplici ala instructus, tridentatus; petala minima, inter denticulos calicis posita; stigmata tria; fructus trilocularis; semina exigua.

495. ANANAS. *Tourn.* 426.

Calix trigonus, paruus, ouario insistens; petala oblongo cuspidata, supra basin nectario conniuente praedita; basi forte coalita, *vnde flos multis monopetalos*; bacca subrotunda, vmbilicata; semina numerosa; *fructificationes in conum, foliis coronatum, collecti.*

PINGVIN *Dill. H. Elth. p.* 320. *fructus separati, non in conum collecti, nec foliosa corona cincti adparent, suntque turbinati, subtriquetri et triloculares.*

BROMELIA *Plum. G.* 46. *cum praecedenti conuenit, fructus modo est ouatus.*

KARA-

KARATAS *Plum. G. 10. flos monopetalus, trifidus dicitur, fructus conicus, carnosus, membrana, in quatuor partes fissa, cinctus, et in tria loculamenta diuisus.*

BROMELIA *Linn. Ed. V. n. 356. haec genera conjungit.*

496. CORYPHA. *Linn.* Ed. V. n. 1086.
SARIBVS *Rumph. Amb. I. p. 42.*

Habitus palmae; spatha vniuersalis composita; spadix ramosus; petala tria obtusa; stamina longiora; stylus breuis; bacca magna globosa; semine vnico osseo foeta.

Brown. Iam. p. 191. nec calicem, nec corollam adesse scribit, de reliquo vero ejus descriptio conuenit.

497. COCOS. *Linn.* Ed. V. n. 1088. TENGA *H. Mal. Tom. I. p. 1.* CALAPPA *Rumph. Amb. I. p. 1.* PALMA *Brown. Iam. p. 341.*

Habitus Palmae; spatha vniuersalis composita; spadix ramosus; petala acuta; stylus trifidus; fructus coriaceus, magnus, nuce, in basi triplici foramine peruia, repletus.

Dantur et flores feminini fructiferi, dum hermaphroditi plerumque abortiunt.

PHOENIX *Linn. huc refertur a Brownio p. 344.*

2. *TRISTYLAE.*

498. CHAMAEROPS. *Linn.* Ed. V. n. 1084.
CHAMAERIPHES *Pont. Anth. p. 147.*

Habitus Palmae; ex foliorum alis surgit spatha bifida, compressa, continens spacidem ramosum;

sum; calix minimus, dentatus; petala concaua, acuminata; filamenta in membranam sexdentatam coalita, cui interius adhaerent antherae lineares; ouula tria; singulum mutatur in baccam, vnico globoso semine foetam. *Dantur quoque flores staminei, in quibus ouula forte abortiunt. Folia flabelliformia.*

Spatham tri-vel tetraphyllam, flores mares et feminas in eodem spadice, in mare calicem quadragonum, cuneiformem, carnosum, filamenta quatuor copiosis antheris instructa, in femina vero calicem carnosum quadratum, foliolis quatuor minimis ornatum, stylos quatuor, baccam quadrilocularem, semina minima continentem, descripsit Brown. Iam. p. 330. quae species certe cum CHAMAEROPSIDE *nullo modo conuenit.*

PALMAS *reliquas vid. infra. n.* 1142. *seqq.*

499. TRIGLOCHIM. *Riv. Linn.* Ed. V. n. 409. IVNCAGO *Tourn.* 266. *et Mich. G. p.* 43.

Calix triphyllus, deciduus; petala concaua; styli tres aut sex plumosi; fructus tri-et sexlocularis, siue capsulae tres aut sex, quae per maturitatem secedunt, et semina solitaria praebent. *Folia angustissima, graminea; flores laxe spicati.*

500. TRILLIVM. *Linn.* Ed. V. n. 412.

Calix triphyllus, persistens; petala calice paulo majora; bacca subrotunda, trilocularis; semina plura. *Folia terna; flos vnicus terminalis.*

Ad PARIDEM *species retulerunt.*

3. PO-

3. *POLYSTYLAE.*

501. ALISMA. *Riv. Rupp. p. 60. Magn. Char.* 110. PLANTAGO AQVATICA *Boerh. I.* 45. PLANTAGINOIDES *Knauth. p.* 157. PLANTAGINASTRVM *Heist. Fabric. p.* 61.

Calix triphyllus, persistens; corolla rosacea; ouula in calice in capitulum collecta; styli simplices; semina minora. *Radix fibrosa; folia oblonga, cuspidata, plantaginea; caulis erectus, verticillatim ramos emittens, inuolucris vniuersalibus cinctus.*

502. DAMASONIVM. *Tourn.* 256.

Habitu et flore ad Alisma accedit; fructus multicapsularis, stelliformis vel globosus; semina oblonga.

ALISMA *Linn. Ed. V. n.* 418. *vtrumque genus conjungit.*

D. POLYANTHERAE.

1. *MONOSTYLAE.*

503. POLYGALA. *Tourn.* 174. *Linn.* Ed. V. n. 761.

Calix trifidus, segmentis minoribus, acutis, vno posteriore, duobus anterioribus; corolla ex duabus alis constat, quae tertium petalum continent, quod tubulosum et bilabiatum est, labio superiori ad fundum usque ita bifido, vt tubus tantum sit conuolutus, labio inferiori fimbriato; staminum filamenta in vaginam coalita, antherae circiter octo; stigma bifidum; alae binae latera-

les,

les, medio petalo delapso, persistunt, *hinc corolla monopetala et calix quinquefidus nonnullis dicuntur*; fructus compressus, bilocularis. *Flores in spicam homomallam dispositi.*

CHAMAEBVXVS *Tourn. Act. Parif.* 1705. *p.* 238. POLYGALOIDES *Dill. G. p.* 153. *et Hall. Helv.* 607. ANONYMVS *Rupp. p.* 253. *huc referri potest, licet alae binae laterales corollae decidant, et petali tubulosi inferior lacinia non fimbriata, sed trifida sit, lateralibus illis appendiculis erectis.*

SENEGA *radix vera est* POLYGALAE *species.*

PENAEA *Plum. G.* 22. *quam Linnaeus huc refert, calice tetraphyllo, petalis quatuor, iisdemque figura diuersis, forte et aliis characteribus a* POLYGALA *differt; licet fructu et aliquo floris habitu conueniat.*

504. DOLIOCARPVS, *Kongl. Suenska etc. Vol. XVII. p.* 256.

Calix pentaphyllus, foliolis inaequalibus, coloratis, persistentibus; petala rotundato acuminata, plicata; stamina flexuosa; stylus flexuosus longior, stigma compressum, planum; bacca globosa, vnilocularis, stylo coronata, seminibus duobus foeta.

Ob fructus, pulchritudine sua decipientes, namque venenati sunt, DOLIOCARPVM *appellauit plantam Dan. Rolander.*

2. *HEXASTYLAE.*

505. BVTOMVS. *Tourn.* 271. *Linn.* Ed. V. n. 455.

Flores in vmbella calice triphyllo cincta; calix proprius triphyllus; petala concaua; *qui calicis*

licis folia ad corollam referunt, florem hexapetalum dicunt; ouarium ex vaginis sex compositum, styli breues, stigmate bifido; vaginulae introrsum dehiscunt, et semina oblonga emittunt. *Planta aquatica; folia arundinacea, triangularia; caulis nudus.*

506. STRATIOTES. *Linn.* Ed. V. n. 607. *Zinn. Comm. Goett. Tom. III. p.* 425. ALOIDES *Boerh. II.* 132.

Spatha diphylla; ouarium sub flore; calix triphyllus, deciduus; petala calice majora; fructus sexlocularis; semina oblonga, incurua, fere alata.

Ita genus descripsit Ludwig. Def. n. 388. *Zinnius vero relatiuam diphytam plantam dixit; et mari spatham multifloram, stamina duodecim, antheris erectis, et corona filamentorum lanceolatorum cincta; feminae vero spatham vnifloram, coronam filamentorum similem, et stylos sex triangulares bifidos tribuit. Hanc ejus descriptionem veram esse, repetito examine cognouimus; attamen et mares ouarium gerunt, licet stylis destitutum, iidemque flores fructum tulerunt; hinc ad relativas referre noluimus: posset alias ad* HYDROCHARIM *collocari. Notamus adhuc in spatha multiflora maris diphylla, alias monophyllas spathas latitare tot, quot flores sunt, ita vt ad singulum florem vna pertineat.*

3. *POLYSTYLA.*

507. HYDRASTIS. *Elliss. et Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1153.

Calix nullus; petala ouata, regularia; ouula multa in capitulum ouatum collecta, stylis breuissimis et stigmatibus latiusculis praedita, constituunt baccam, quasi compositam, ex acinis oblongis, semine solitario foetis.

CLAS-

CLASSIS VIII.
Plantae flore inuoluto, perfe-ꝛcto, tetrapetalo, regulari.

A. DIANTHERA.

DISTYLA.

508. BVFONIA. *Sauv. Monſ.* 141. *Linn.* Ed. V. n. 41. ALSINOIDES *Raj. Synop. III. p.* 346.

Calix tetraphyllus, perſiſtens, foliolis alternis breuioribus; petala calice breuiora, anguſta; ſtigmata ſimplicia; capſula ouata, compreſſa, vnilocularis, biualuis; ſemina duo.

Inter HERNIARIAE *ſpecies recenſuit Magnol. Hort. p.* 97.

B. TETRANTHERAE.

MONOSTYLAE.

GORTA *Brown. vid. Pentapetal. regul. decanth. n.* 774.

509. PTEROTA. *Brown. Iam. p.* 146. FAGARA *Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1115.

Calix minimus, quadridentatus, perſiſtens; petala oblonga, cochleata, patentia; ſtamina corolla longiora; ſtigma bilobum; capſula globoſa, vnilocularis, biualuis, ſemine vnico, rotundo foeta.

510. DODONAEA. PTELEA *Linn.* Ed. V. n. 141.

Calix monophyllus, quadridentatus, exiguus; petala oblonga, plana, patentia; ſtigmata duo; fructus eſt membrana ſubrotunda, bilocularis, ſemen vnicum teretiuſculum ſuſcipiens.

DODONAEA *Linn. Ed. prior. n.* 371. *Ludwig. Def. n.* 796. *cui florem apetalum, calicem tripartitum et capſulam trilocularem inflatam adſcripſere; nunc ex obſeruatione B. Iuſſieu ad* PTELEAM *reduxit Linnaeus. Cum itaque haec duo genera modo vnum conſtituant, nomen potius* DODONAEAE *retinendum, et* PTELEAE *rejiciendum eſſe, exiſtimauimus.*

Calix, corolla et ſtamina ſaepe quintam, piſtillum vero et fructus tertiam partem numeri addunt.

Hinc et forte frutex foliis ternatis, a Zinnio p. 207. *deſcriptus, huc poſſet, vt varietas, referri, cum flores calicem pentaphyllum, corollam pentapetalam; ſtamina quinque, ſtylum breuem ſtigma quadrifidum, capſulam quadrilocularem, quatuor alis auctam, oſtendant; quandoque vero calicis folia, petala, et ſtamina quatuor, ſtigmata tria, capſulae loculi et alae tres adſint.*

*Brown. Iam. p.*207 *genus etiam* DODONAEAE *nomine deſcripſit, eique calicem paruum monophyllum, quinquefidum, corollam nullam, ſtamina octo vel pauciora, ſtylum ſimplicem, ſtigma trilobum et capſulam trilobam, trilocularem tribuit.*

511. EPI-

511. EPIMEDIVM. *Tourn.* 232. *Linn.* Ed. V. n. 138.

Calix tetraphyllus, patens, foliolis ouatis, concauis; corollae petala concaua, foliolis calicinis incumbentia, ſed tenuiora; nectaria quatuor tubuloſa, coeca, orificio ad thalamum directo, petalis incumbentia; fructus eſt ſiliqua vniloculaaris, biualuis, ſemina oblonga continens. *Rami ad ſingulos exortus, terni, trichotomia continuata, et in foliorum exortu quoque conſpicua.*

512. TRAPA. *Linn.* Ed. V. n. 146. TRIBVLOIDES *Tourn.* 655. TRIBVLVS AQVATICVS *Raj. p.* 133.

Calix ouarium ſuſcipiens, quadrifidus, ſegmentis cuſpidatis, perſiſtentibus; petala oblonga, ſuperius emarginata, calice duplo longiora; ſtamina longitudine calicis; ſtylus ſuperne inflexus, ſtigmate ſubrotundo; glandulae nectariferae ſummitati ouarii in fundo floris adhaerent; fructus ſpinis quatuor craſſis, ex calice mutato enatis, muricatus, durus, apice coronatus, ſemine farinaceo foetus. *Radix longa, fibroſa, fundum aquarum petens; folia aquae innatantia, petiolis ventricoſis.*

513. BRABEIVM. *Linn.* Ed. V. n. 149.

Calix nullus; petala anguſta, tubum formantia, apice reflexa; fructus coriaceus, oblongus, villoſus, nucem ouatam, continens.

Ad AMYGDALVM, *ob ſolam fructus conuenientiam retulit Breyn. Cent. I, Tab.* 1.

514. OLDENLANDIA. *Plum. G. 42. Linn.* Ed. V. n. 143.

Calix quadrifidus, ouario insidens, segmentis acutis, angustis; petala oblongo cuspidata, vnguibus latis, calici insertis; stigma emarginatum; fructus est capsula globosa, bi-vel quadrilocularis; semina minima.

Petala quae calice longiora descripsit Linnaeus, minima esse asserit Brown. Iam. p. 146.

515. KRAMERIA. *Loefl. et Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1116.

Calix nullus; petala oblonga, acuta; nectaria duo, superius supra stamina, lineare, trifidum, laciniis apice ouatis, inferius sub ouario diphyllum, foliolis linearibus conuexis; stamina intra nectarium ascendentia; stylus ascendens, stigma acutum; fructus siccus, globosus, pilis rigidis echinatus, semen vnicum, durum continens.

516. LVDWIGIA. *Linn.* Ed. V. n. 142.

Calix monophyllus, ouarium suscipiens, quadrifidus, segmentis acutis, persistens; petala obuerse cordata, plana; stigma capitatum, quadragonum; capsula quadragona, quadrilocularis; semina parua, numerosa.

517. AMMANNIA. *Linn.* Ed. V. n. 144.

Calix campanulatus, octodentatus, dentibus alternis inflexis, persistens; petala calici inserta, exigua, oblonga, fugacia, *hinc saepe deficere videntur;* stigma capitatum; capsula subrotunda, quadrilocularis; semina parua, numerosa.

AMMA-

AMMANNIAE *corollam monopetalam, ſtylum in duo ſtigmata diuiſum, capſulam bilocularem, ſemina pauca adſcripſit Brown. Iam. p. 145.*

518. VNIFOLIVM. *Rupp. 93. Hall. Helv. p.* 288 MONOPHYLLON *Raj. 73. et Siegesb. 76.*

Calix nullus; corolla vt plurimum tetrapetala; ouarium ſubrotundum mutatur in fructum pulpoſum, qui ſemina duo vel tria continet. *Folia ſingularia ex terra oriuntur, ad caulem bina vel terna; flores ſpicati.*

Tournefortius ad SMILACEM, *Linnaeus ad* CONVALLARIAM *retulit; ſed flos vere tetrapetalos eſt, non monopetalos, in quatuor partes dehiſcens.*

519. ELEMIFERA. *Linn. H. Cliff. 486. Burm. in Plum. Faſc. IV. p. 87.*

Calix quadripartitus, minimus; petala oblonga; ſtamina breuiſſima; ſtylus breuis, ſtigma tegragonum; bacca ſubrotunda, vnico ſubrotundo oſſeo ſemine foeta.

520. CORNVS. *Tourn. 641. Linn.* Ed. V. n. 139.

Calix communis, ex gemma erumpens, tetraphyllus, multos floſculos, pedunculis tenuiſſimis inſiſtentes, complectitur; calix ouarium cingens, minimus, quadridentatus; petala acuta; fructus oblongus, vmbilicatus, carnoſus, nucem bilocularem, in ſingulo loculo nucleum oblongum continens.

OSSEA *Rupp. p.* 93. VIRGA SANGVINEA *Dill. quae flores non calice communi cinctos, sed in corymbo dispositos habet, nec non* AXINE *Siegesb. p.* 16. *huc referantur.*

CORNVS FEMINA *dicta, est* CORNVLVS *Heist. Fabric. p.* 219.

521. TOMEX. *Linn.* Ed. V. n. 140. ILLA *Herm. Zeyl. p.* 11.

Calix tubulosus, fere integerrimus; petala longiora calice; stamina adhuc longiora; ouarium villosum, stigma emarginatum; fructus est bacca, cujus natura ignoratur. *Tomentum crassum, ramos et petiolos inuestiens.*

2. *DISTYLA.*

522. HAMAMELIS. *Catesb. III. p.* 2. *Linn.* Ed. V. n. 155. TRILOBVS *Mitch. G.* 22.

Calix communis trifolius, triflorus; calix proprius duplex, exterior bifolius, interior quadrifolius, foliolis oblongis; petala angusta, longa, reflexa, foliolis quatuor truncatis adnatis ornata; stigmata capitata; bacca bicornis, bilocularis, biualuis; semina solitaria, glabra.

3. *TETRASTYLA.*

RADIOLA *Dill. vid. Pentapet. regul. n.* 719.

SAGINA *Linn. vid. Pentapet. regul. n.* 753.

523. POTAMOGETON. *Tourn.* 332. *Linn.* Ed. V. n. 160.

Calix nullus; corolla ex petalis subrotundis, vnguiculatis, deciduis constructa; ouula quatuor, bre-

breuissimis stylis praedita; semina quaterna, subrotunda, angulata, acuminata. *Plantae aquaticae radix fibrosa; flores ex alis foliorum spicati.*

C. HEXANTHERAE.

MONOSTYLAE.

In his plantis, quae a virtute antiscorbuticae, a vulgari vero et vsitatissimo NASTVRTIO, *nasturtinae dicuntur, tum vniloculáribus, tum bilocularibus, nec non in quadriloculari* ERVCAGINE, *partes floris maximae conueniunt.*

Calicis quatuor foliola ita posita, vt conniueant, et bina petala, in vnguibus ad se inuicem accedentia tegant; bina interiora opposita minora, exteriora quoque opposita majora, basi plerumque gibba, concaua, nonnunquam nectarifera. Petala *vnguibus angustis instructa, in limbum planum expanduntur; limbi quatuor sibi inuicem crucis instar opponuntur, hinc cruciati vel cruciformes Tournefortio dicuntur.*

Stamina sex; quatuor opposita longiora, bina opposita breuiora; ad basin ouarii, vbi adhaerent, glandula nectarifera quandoque apposita est; cum quatuor stamina longiora, duo vt plurimum breuiora sint, tetradynamiae appellatae fuerunt plantae in methodo Linnaei sexuali, quia quatuor potestates masculinae altiores sunt.

Glandulae nectariferae, si adsunt, vel binae tantum inter stamina breuiora et ouarium, vel aliae binae inter stamina longiora et calicem positae sunt; quae, vt Linnaeus perhibet Gen. Ed. V. p. 288. characterem generum essentialem praebent.

Ouarium simplex, breui stylo instructum, mutatur in siliquam biualuem, bi-vel vnilocularem; haec longior vel breuior existens, efficit, vt in methodo Rajana siliquosae et siliculosae plantae distinguantur.

Generum limites saepe maxime ambigui; characteres enim a calicis et vnguium corollae proportione, a calicis foliolis externis deorsum gibbis, a calice et corolla patente, vel conniuente, a glandularum nectariferarum praesentia, absentia et numero, a styli longitudine vel absentia, a stigmatum figura, desumti, difficile definiuntur. Fructus, qui cum floribus saepe in eadem spica praesens est, in proportione, situ et figura valuarum et septi, nec non in seminum figura et situ, simul in auxilium duci poterit.

524. CRAMBE. *Tourn.* 211. *Linn.* Ed. V. n. 739.

Calix tetraphyllus, patens, deciduus; corolla cruciata, nonnihil patens; filamenta staminum apice bifida; glandulae duae ad stamina longiora; stylus capitatus; capsula vnilocularis, biualvis; oblongum semen vnicum, raro duo.

RAPISTRVM *Tourn.* 210. *fructu globoso a* CRAMBE *differt, illasque species, quae filamentis staminum conueniunt huc, reliquas ad* MYAGRVM *reduxit Linnaeus.*

525. MYAGRVM. *Tourn.* 211. *Hall. Helv.* 536. *Goett.* 239.

Calix tetraphyllus, patens, deciduus; corolla cruciata, nonnihil patens; capsula turbinata, bivaluis,

valuis, ſtylo rigido terminata; ſemen oblongum; fructui vtrinque duo loculi vacui annexi ſunt.

MYAGRVM *Linn. Ed. V. n.* 713. *conjungit* MYAGRVM *Tourn.* RAPISTRVM *monoſpermum C. B. Pin.* 95. *et quasdam* ALYSSI *ſpecies Tourn. licet fructus ſit bilocularis et ſemina nonnulla.*

526. CLYPEOLA. *Linn.* Ed. V. n. 723. *Hall. Goett.* 239. IONTHLASPI *Tourn.* 210.

Calix tetraphyllus, perſiſtens; corolla cruciata; capſula clypeiformis, fere orbiculata, compreſſa, vnilocularis, biualuis; ſemen vnicum, orbiculatum, planum.

ALYSSI *Tourn. quasdam ſpecies, licet biloculares huc refert Linnaeus; et Hall. Helv. p.* 539. *in* CLYPEOLAE *fructu duos loculos, vtroque diſpermo, aſſumit.*

527. ISATIS. *Tourn.* 211. *Linn.* Ed. V. n. 738.

Calix tetraphyllus, patens, deciduus; corolla cruciata, patens; ſtylus breuis, capitatus; capſula oblonga, lingulata, vnilocularis, biualuis, valuis compreſſis, carinatis; ſemen vnicum, oblongum.

GLASTVM *Rupp. p.* 63. *huc referatur.*

528. RAPHANISTRVM. *Tourn.* 230.

Calix tetraphyllus, conniuens, deciduus; corolla cruciata; glandulae duae nectariferae inter ſtamina breuiora et piſtillum; ſtylus breuis, capitatus; fructus ſiliquoſus, longus, articulatus, ſecundum articuloſ diſcedens; ſemine ſubrotundo in quolibet articulo. *An inde fructus multicapſularis dicendus?*

Ad

Ad RAPHANVM *retulit Linnaeus et Hall. Helv. p.* 555.

RAPHANISTROIDES *Knaut. p.* 165. *huc referatur tanquam dispermum.*

529. CAKILE. *Tourn. Cor.* 49.

Flos vt in praecedenti; capsula hastae cuspidi similis, vnilocularis, biualuis.

Linnaeus in Ed. prior. n. 658. *ad* RAPHANVM, *in Spec. Tom. II. p.* 670. *ad* BVNIAS *reduxit.*

530. RAPHANVS. *Tourn.* 229. *Linn.* Ed. V. n. 736.

Calix tetraphyllus, gibbus, conniuens; corolla cruciata; glandulae nectariferae quatuor intra stamina; stylus breuis, capitatus; siliqua cornu similis, crassa, fungosa, non biualuis, sed tenui septo in duos loculos diuisa; semina subrotunda. *Radix crassa, esculenta, acris.*

531. BRASSICA. *Linn.* Ed. V. n. 734.

Calix tetraphyllus, erectus, gibbus, corolla cruciata; glandulae nectariferae quatuor; siliqua longa, cylindracea, valuis prominenti septo breuioribus; semina subrotunda.

Huc refertur:

BRASSICA *Tourn.* 219. *folia plerumque sinuosa, rugosa, glauca, carnosa.*

RAPA *Tourn.* 228. *radix carnosa, esculenta, dulcis; folia viridia aspera.*

NAPVS *Tourn.* 229. *radix minor, sapore acri.*

BVNIAS *Lob. Ic. p.* 220. *huc etiam pertinet.*

532. ERV-

532. ERVCA. *Tourn.* 226. *Zinn. p.* 332.

Calix non gibbus, longus, erectus, non patulus; stylus longior, stigma capitatum; siliqua teres, nonnihil angulosa, septum eminens, cornu fungosum referens. *Odor plantae, inprimis foliorum contritorum singularis, non foetidus; sapor acris, singularis.*

Linnaeus plurimas species ad SISYMBRIVM *retulit; Zinnius vero, et* ERVCAM *Hall. Helv. p.* 553. *et quasdam* SINAPIS *ac* BRASSICAE *Linn. species combinauit.*

533. SINAPI. *Tourn.* 227. *Hall. Goett.* 249. SINAPIS *Linn.* Ed. V. n. 735.

Calix tetraphyllus, non gibbus, patens; corolla cruciata, vnguibus petalorum erectis; glandulae nectariferae quatuor, ad basin staminum positae; stigma capitatum; siliqua oblonga, torosa, scabra, septo instar cornu valuas superante, compresso; semina subrotunda, sapore acerrimo.

534. ERYSIMVM. *Tourn.* 228. *Linn.* Ed. V. n. 729.

Calix conniuens; corolla cruciformis; glandulae nectariferae binae intra stamen breuius; stylus breuissimus, capitatus; siliqua teres, vel nonnihil tetragona, valuis septo aequalibus; semina plurima.

Ad SISYMBRIVM *retulit Hall. Helv.* 547. *et Zinn. p.* 328.

535. SI-

535. SISYMBRIVM. *Tourn.* 225. *Linn.* Ed. V. n. 728.

Calix vt plurimum patens; corolla cruciata, petalis calice interdum minoribus, expansis; stylus breuissimus, obtusus; siliqua teres, diuersae longitudinis, valuis septo parum breuioribus; semina plura.

ALLIARIA *Raj. p.* 99. *quae a Tourn. ad* HESPERIDES, *a Moehr. ad* CONRINGIAS *relata fuit, a Linnaeo ad* ERYSIMVM, *ab Hallero ad* SISYMBRIVM *refertur.*

ACCIPITRINA *Riuin. Rupp. p.* 81. SOPHIA CHIRVRGORVM *offic.* DESCVREA *Gueit. II.* 164. *quae petala calice breuiora, et emarginata, ac siliquam longissimam obtinet, huc omnino pertinet.*

RADICVLA *Dill. G.* 121. *siliqua breuiori gibba instructa, ad hoc genus proxime accedit.*

BARBAREA *I. Bauh. huc quoque referatur.*

536. HESPERIS. *Tourn.* 222. *Linn.* Ed. V. n. 731.

Calix tetraphyllus, foliolis binis basi gibbis; corolla cruciata; glandulae nectariferae duae ad stamina minora; stylus breuissimus, stigma bifidum, marcescens; siliqua longa, compressa, valvis septo aequalibus; semina globosa, septi fungosi foueis impacta.

SCHELHAMMERIA *Heist. Cat.* 1730. *p.* 35. *quae siliquis, cornu cerui diuisurae similibus, instructa est,* LOCHNERIA *Heist. Fabric. p.* 160. *quae* HESPERIS *siliquis longissimis est, huc referantur, nec non*

VIOLA MATRONALIS *Dod.* 161.

537. CHEI-

537. CHEIRANTHVS. *Linn.* Ed. V. n. 730. KEIRI *Rupp.* 75. LEVCOIVM *Tourn.* 221.

Calix tetraphyllus, foliolis duobus basi gibbis; corolla cruciata, vnguibus calice longioribus; glandulae nectariferae binae ad basin staminis minoris; stylus breuissimus, stigma bifidum persistens; siliqua longa, compressa, stylo et stigmate instructa; semina compressa, marginata, septo non fungoso adhaerentia.

KEIRI *Raj.* 98. *colore floris luteo differt.*

GAKENIA *Heist. Cat.* 1730. *p.* 35. *siliqua tricuspidi instructa est.*

538. TVRRITIS. *Tourn.* 223. *Linn.* Ed. V. n. 733.

Calix tetraphyllus, erectus; corolla cruciata; stylus breuissimus, obtusus; siliquae longissimae, tetragonae, cauli parallelae, *in quo habitus proprius consistit;* semina non marginata, incisa.

CONRINGIA *Heist. Cat.* 1730. *p.* 34. *quae* HESPERIDES, *vel alias plantas, siliqua quadrangula instructas exhibet, huc referri posset.*

539. ARABIS. *Linn.* Ed. V. n. 732.

Calix tetraphyllus, foliolis duobus gibbis; squamula singulo calicis foliolo intus adhaerens; corolla cruciata; stylus breuissimus, stigma obtusum; siliquae longissimae, laxe dispositae; semina subrotunda, compressa.

Tournefortius ad LEVCOII *et* TVRRITIDIS *species refert.*

540. CAR-

540. CARDAMINE. *Tourn.* 224. *Linn.* Ed. V. n. 727.

Calix tetraphyllus, gibbus, breuis; corolla cruciata, vnguibus calice multo longioribus; ſtylus breuis, ſtigma capitatum; ſiliqua longa, tenuis, valuis per maturitatem inferne ſurſum reſilientibus et reuolutis; ſemina orbicularia.

541. DENTARIA. *Tourn.* 225. *Linn.* Ed. V. n. 726.

Calix tetraphyllus; corolla cruciata; ſtylus breuis, ſtigma obtuſum; ſiliqua longa, teres, valvis, vt in Cardamine, reuolutis, ſepto paululum breuioribus; ſemina orbicularia. *Radix ſquamoſa, carnoſa, denticulata; caulis ſimplex, non ramoſus; folia compoſita, ternata, quinata, ſeptena, interdum bulbi nigri in alis foliorum.*

CERATIA *Col. Ecphr. I. p.* 308. *huc pertinet.*

542. LVNARIA. *Tourn.* 218. *Linn.* Ed. V. n. 724. BVLBONAC *Rupp.* 83. BVLBONACVM *Siegesb.* 22.

Calix tetraphyllus, foliolis duobus baſi gibbis; corolla cruciata; ſtylus breuiſſimus; ſiliqua lata, elliptica, compreſſa, ſtylo terminata, valuis ſepto aequalibus, cui ſepto adhaerent ſemina reniformia, compreſſa.

543. THLASPI. *Tourn.* 212.

Calix tetraphyllus, patens; corolla cruciata; ſtylus paruus; ſilicula oblonga, vel orbicularis, quaſi cordata, margine foliaceo cincta, ſepto valuis aequali, valuae nauiculares. *Folia non laciniata, integra.*

544. BVR-

544. BVRSA. *Siegesb.* 22. *Guett. II.* 158. BVRSA PASTORIS *Tourn.* 216.

Cum priori conuenit; silicula vero est triangularis, cordata, margine nullo cincta.

THLASPI *Linn. Ed. V, n.* 719. *hoc et praecedens genus conjungit.*

545. BISCVTELLA. *Hebenstr. in Def. Pl. p.* 14. *Linn.* Ed. V. n. 724. THLASPIDIVM *Tourn.* 214. THLASPI BISCVTATVM *Raj.* 102.

Calix tetraphyllus, patens, foliolis duobus exterioribus quandoque gibbis; corolla cruciata; fructus est silicula quasi bifida, cujus septo, in stylum longum persistentem desinenti, valuae compressae, oblongae, vel subrotundae, ac si duae essent siliculae, vtrinque adhaerent; semina solitaria.

PERSPICILLVM *Heist. Cat.* 1731. *p.* 31. *huc pertinet.*

546. IBERIS. *Linn.* Ed. V. n. 721. *Hall. Goett.* 243. THLASPIDIVM *Riv. tetrap. irreg.*

Calix tetraphyllus, patens; corolla cruciata, petalis binis exterioribus, proximis, limbo majore, reliquis binis interioribus limbo minore instructis; *hinc corolla irregularis sola in hoc genere*; stylus breuis; silicula compressa, valuis septo aequalibus, nauicularibus, margine auctis.

Tourn. p. 213. *ad* THLASPI *refert.*

547. NASTVRTIVM. *Tourn.* 213.

Calix tetraphyllus; corolla cruciata; ſtylus breuis; ſilicula apice nonnihil inciſa, valuis nauicularibus, leuiter marginatis. *Folia multifida.*

IBERIS *Matth.* 237. *et Rupp.* 86. *flore paruo et fugaci, vel apetalo, et ſtaminibus duobus differt; cum vero in hac planta petala et ſtamina vix certo definiri poſſint, ob fructus conuenientiam huc referatur.*

548. LEPIDIVM. *Tourn.* 215.

Flos vt in praecedenti; ſilicula oblonga, cuſpidata, apice non inciſo, valuis nauicularibus, non marginatis.

LEPIDIVM *Linn. Ed. V. n.* 718. NASTVRTIVM *et* LEPIDIVM *Tourn. conjungit.*

NASTVRTIVM *Hall. Helv.* 543. THLASPI, BVRSAM PASTORIS, NASTVRTIVM *et* LEPIDIVM *Tourn. complectitur.*

LEPIDIVM *Hall. Helv.* 546. *cui ſiliculam ouatam, longo perſiſtente ſtylo ornatam, tribuit, ad* THLASPI *vel* LEPIDIVM *referri poterit.*

SVBVLARIA *Linn. Ed. V. n.* 716. *ſilicula ouata, leuiter compreſſa, ſtylo inſtructa, ſepto valuis contrario praedita,* LEPIDIO *forte vel* COCHLEARIAE *addi poſſet.*

549. CORONOPVS. *Knaut.* 169. *Hall. Helv.* 542.

Calix tetraphyllus; corolla cruciata; ſtylus breuis, capitatus, deciduus; ſilicula lata, compreſſa, tuberculis verrucoſa, loculis monoſpermis.

mis. *Flosculi multi in diuisionibus ramorum, costae foliorum insident.*

Ad COCHLEARIAM *refert Linnaeus.*

550. COCHLEARIA. *Tourn.* 215.

Calix tetraphyllus; corolla cruciata; stylus breuis, obtusus; silicula fere globosa, leuiter compressa, stylo instructa, loculis plerumque tetraspermis.

COCHLEARIA *Linn. Ed. V. n.* 720. *hoc et praecedens genus conjungit.*

ARMORACIA *Riv. et Rupp.* 87. *huc pertinet.*

551. ANASTATICA. *Linn.* Ed. V. n. 715.

Calix tetraphyllus; corolla cruciata; stylus breuis, capitatus; silicula rotunda, diuisa septo valuis parallelo, in stylum ventricosum subulatum desinente, coronata duabus auriculis semioualibus.

Est THLASPI, ROSA DE IERICHO *vulgo dictum, Tourn.* 213.

552. VELLA. *Linn.* Ed. V. n. 714.

Calix tetraphyllus, foliolis angustis; corolla cruciata; silicula globosa, cristata, septum valuis duplo majus, in membranam oualem, concauam, extenditur; semina subrotunda.

553. DRABA. *Dill. G.* 122. *Linn.* Ed. V. n. 717.

Calix tetraphyllus, patens; corolla cruciata, petalis, vel bifidis, vel emarginatis, vel integris;

ſtylus breuiſſimus, capitatus; ſilicula oblongo compreſſa, ſtylo deſtituta; ſemina ſubrotunda.

Species quasdam ad ALYSSVM *retulit Tourn.* 217.

554. ALYSSVM. *Tourn.* 216. *Linn.* Ed. V. n. 722.

Calix tetraphyllus; corolla cruciata, patens; filamenta ſtaminum minorum inferne denticulo praedita; ſilicula ſubrotunda, valuis ſepto parallelis, hemiſphaericis, ſtylo plus minus eminente; ſemina plurima.

Petala in aliis integra, in aliis emarginata ſunt; ſiliqua in aliis ventricoſa, in aliis compreſſa, hinc

ALYSSOIDES *Tourn.* 218. *et* VESICARIA *Tourn. Voy. II.* 97. *fructu majori, turgido, inflato, modo differunt, et huc referantur.*

Species, quae ſemen vnicum in loculo quolibet habent et quae a Linnaeo ad CLYPEOLAM *relatae fuerunt, vtpote biloculares huc quoque pertinent; loculamenta enim in his generibus plus valent, quam denticulata ſtamina.*

555. ERVCAGO. *Tourn.* 232. *Hall. Goett.* 239. BVNIAS *Linn.* Ed. V. n. 737.

Calix quadrifolius, patens, caducus; corolla cruciata; capſula tetragona, quadrilocularis, angulis criſtatis; ſemina ſubrotunda.

Ad ſiliculoſas biloculares proxime accedit.

D. OCTAN-

D. OCTANTHERAE.

1. *MONOSTYLAE.*

556. STRVTHIA. *Auctor. Royen. Linn.* Ed. prior. n. 380. GNIDIA *Linn.* Ed. V. n. 438.

Calix infundibuliformis, tubo longiſſimo, limbo quadrifido; petala plana, calici inſerta, eoque breuiora; ſtylus a latere ouario inſertus; ſtigma capitatum, hiſpidum; ſemen vnicum, oblique acuminatum, calice contentum.

557. COMBRETVM. *Loeſl. et Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1129.

Calix monophyllus, campanulatus, quadridentatus, ouario impoſitus, deciduus; petala acuta, calici inſerta, vix calice longiora; filamenta ſtaminum ſetacea, longiſſima; ſtylus longitudine ſtaminum, ſtigma acutum; ſemen vnicum, nudum, quatuor alis membranaceis auctum.

558. HENNA. *Ludw. Def. n.* 432. ALHENNA *Shaw. Voy. p.* 101. LAWSONIA *Linn.* Ed. V. n. 433.

Calix quadri-vel quinquefidus, perſiſtens; petala ſubrotunda, plana, criſpa, ex interſtitiis calicis oriunda; ſtylus incuruatus; capſula globoſa, vt plurimum vnilocularis, raro quadrilocularis; ſemina anguloſa.

Bene HENNAM *dixit plantam Ludwigius, licet arabicum nomen ſit, al articulum appoſitum denotat.*

559. OSBECKIA. *Linn.* Ed. V. n. 422.

Calix monophyllus, campanulatus, persistens, limbo quadripartito, deciduo; squamula ciliata, laciniis interposita; petala subrotunda, sessilia; antherae rostro terminatae; ouario squamulae ciliatae adhaerent; capsula quadrilocularis; semina plurima. *Flores terminales quatuor longis foliis cincti.*

560. RHEXIA. *Linn.* Ed. V. n. 423.

Calix persistens, tubulosus, inferne ventricosus, quadridentatus; petala subrotunda, patentia; capsula subrotunda, quadrilocularis, quadriualuis; semina exigua.

561. ONAGRA. *Tourn.* 302. OENOTHERA *Linn.* Ed. V. n. 424.

Flos summitati ouarii insidens; calix deciduus, monophyllus, tubulosus, limbo quadrifido, laciniis cuspidatis, reflexis; petala plana, ampla, incisuris calicis arcte adhaerentia; stigma quadrifidum; ouarium fit capsula cylindracea, obsolete quadrangularis, quadrilocularis; semina angulosa.

562. GAVRA. *Linn.* Ed. V. n. 425.

Calix ouario insistens, deciduus, monophyllus, cujus tubus longus interne quatuor glandulas adnatas habet, limbus quadripartitus, laciniis reflexis; corolla vt in Onagra, sed petala sursum flexa; *an inde irregularis?* intra basin singuli staminis deorsum flexi glandula nectarifera; stigmata quatuor; capsula ouata, quadrangularis, quadrilocularis; semina solitaria, angulata.

563. CHA-

563. CHAMAENERION. *Tourn.* 302.

EPILOBIVM *Linn.* Ed. V. n. 426. *Hall. Goett.* 161.

Flos summitati ouarii insidens; calix tetraphyllus, tubo carens, deciduus; corolla rosacea; stamina et pistillum, vel erecta, vel declinata; stigma quadrifidum; capsula longa, teres, quadrilocularis; semina papposa.

564. RVTA. *Tourn.* 257. *Linn.* Ed. V. n. 469.

Calix persistens, breuis, quadrifidus; corolla rosacea, petalis concauis, quasi villosis, vnguibus angustis; capsula inferius subrotunda, superius quadriloba, quadrilocularis; semina reniformia, angulosa. *Folia dissecta, nonnihil glauca; flores corymbosi.*

Corymbi flos medius vnam partem numeri in fructificatione addit, et stamina decem gerit. Idem in nonnullis aliis plantis, vt CHRYSOSPLENIO, MOSCHATELLINA *etc. obseruatur. Linnaeus ejusmodi plantas secundum medium florem disposuit, et in Phil. Bot. p. 123. hanc dedit regulam: Flores numero in eadem planta diversi, secundum primarium considerandi. Nos numerum, qui pluribus floribus competit, pro regula assumsimus.*

PSEVDO-RVTA *Mich. p. 21. quae in omnibus floribus corollam pentapetalam, reliquas partes simili modo auctas, et petala plana, villis destituta ostendit, cum Linnaeo huc referri potest.*

565. HYPOPITYS. *Riv. et Rupp. p. 91. Hall. Helv.* 411. OROBANCHOIDES *Tourn. Act. Parif.* 1706. *p.* 104. MONOTROPA *Linn.* Ed. V. n. 477. *Zinn. p.* 184.

Calix deciduus, quadrifolius, foliolis inferius anguſtis, ſuperius latioribus; petala alternatim cum foliolis calicinis baſi ouarii annexa, inferius excauata, nectarifera, poſtea carinata, ſuperne leuiter reflexa; capſula oblonga, nonnihil angulosa, quadrilocularis; ſemina multa exigua. *Radix profunda, ſquamoſa; caulis ſucculentus, ſquamis minoribus veſtitus; pedunculi florum ex ſquamis ſuperioribus.*

Flores in ſpica homomalla, ſupremus vt plurimum vnicam partem numeri addit, et ſtamina decem gerit.

Foliola calicis et petala colore conueniunt, figura vero differunt.

566. AMYRIS. *Brown. Iam. p.* 208. *Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1130.

Calix minimus, monophyllus, quadridentatus; petala oblonga, reflexa, interne glabra vel hirſuta, cito decidua; ſtigma obtuſum, tetragonum; bacca oblonga, nuce vnica, raro gemina, vniloculari, referta.

567. MELICOCCVS. *Brown. Iam. p.* 210.

Calix paruus, monophyllus, in quatuor lacinias patentes ſectus; petala oblonga, ad inciſuras calicis ſita; ſtamina breuia, circa ouarium poſita, ad baſin fere adnata; ſtylus breuis, ſtigma vagi-

vaginatum; bacca ouata, bilocularis, nucleis binis osseis foeta.

568. OXYCOCCVS. *Tourn.* 655. *Hall. Helv.* 413. OXYCOCCVM *Hall. Goett.* 163.

Calix minimus, quadridentatus, ouarium cingens; corolla cruciata; bacca globosa, pulposa, quadrilocularis; semina subrotunda. *Caules tenues supini.*

Linnaeus Ed. V. n. 434. *ad* VACCINIVM *refert.*

569. MEMECYLON. *Linn.* Ed. V. n. 432.

Calix campanulatus, integerrimus, ouario impositus, persistens; petala acuta, patentia; bacca calice coronata; semina ignota.

Ad CORNVM *retulit Burm. Zeyl. p.* 76.

570. GRISLEA. *Linn.* Ed. V. n. 427.

Calix campanulatus, quadridentatus; petala ouata, minima, vix dentibus calicinis majora, in incisuris calicis posita; filamenta staminum longissima; fructus incertus.

571. ALLOPHYLVS. *Linn.* Ed. V. n. 428.

Calix tetraphyllus, foliolis duobus exterioribus minoribus; petala orbiculata, calice minora; ouarium didymum; stigma bifidum; fructus incognitus.

572. IAMBOLIFERA. *Linn.* Ed. V. n. 430.

Calix quadripartitus, minimus, perſiſtens; petala lanceolata, extrorſum flexa; ſtamina reflexa; fructus ignotus.

2. DISTYLAE.

573. MOEHRINGIA. *Linn.* Ed. V. n. 444.

Calix tetrapyllus, patens, perſiſtens; petala ouata, calice minora, indiuiſa; capſula vnilocularis, quadriualuis; ſemina exigua.

Eſt ALSINE MVSCOSA *C. B. Pin.* 251.

574. WEINMANNIA. *Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1131. WINDMANNIA *Brown. Iam. p.* 212.

Calix paruus, tetraphyllus, foliolis ouatis; petala foliolis calicis majora, et alterna; ſtamina breuia, ex ſinu petalorum et calicis foliolorum orta; ſtigmata ſimplicia; capſula ouata, biroſtrata, bilocularis, ſeminibus, ſex vel octo, paruis foeta.

3. TRISTYLAE.

575. PAVLLINIA. *Linn.* Ed. V. n. 446.

Calix tetraphyllus, perſiſtens; petala oblonga, calice quodammodo majora; fructus trilocularis; ſemina ſolitaria.

SERIANA *Plum. G.* 34. *capſula ſuperius tribus alis ornata, ſeminibus ad baſin poſitis.*

CV-

CVRVRV *Plum. G. 34. capſula pyriformis, trigona, triualuis, ſeminibus carnoſis, calyptra tectis, ad apicem poſitis.*

Vtrumque genus, ob floris conuenientiam, conjungit Linnaeus.

576. CARDIOSPERMVM. *Linn.* Ed. V. n. 447. CORINDVM *Tourn.* 431. VESICARIA *Riv. Tetr.* CARDISPERMVM *Siegesb.* 26.

Calix tri-vel tetraphyllus, perſiſtens, foliolis alternis, majoribus; petala obtuſa, cum acumine, externa; quatuor alia foliola minora nectarifera, interius poſita; fructus eſt veſica triloba, trilocularis; ſemina globoſa, baſi cordis imagine notata. *Planta annua, cirrhis ſcandens.*

577. SAPINDVS. *Tourn.* 659. *Linn.* Ed. V. n. 448. SAPONARIA ARBOR *Raj.* 155.

Calix coloratus, quadrifolius, deciduus; corolla roſacea, petalis ouatis, calice minoribus; ſtamina inferne hirſuta; fructus ſphaericus, carnoſus, nux trilocularis, ſemina oblonga.

Stylos tres Linnaeus, vnum ſtigmate obtuſo terminatum Brown. Iam p. 207. deſcripſit.

4. *TETRASTYLAE.*

578. ELATINE. *Linn.* Ed. V. n. 451. *Hall. Goett.* 160. POTAMOPITHYS *Buxb. Comm. Petr. Tom. I. p.* 243 HYDROPIPER *Buxb. Cent. III. p.* 35. ALSINASTRVM *Vaill. Bot. Par. p.* 5.

Calix tetraphyllus, foliolis ſubrotundis, perſiſtens; petala oblonga, plana, calici aequalia; capſu-

capſula globoſo depreſſa, quadrilocularis, quadriualuis; ſemina lunata, exigua.

579. PARIS. *Rupp.* 94. *Linn.* Ed. V. n. 449.

HERBA PARIS *Tourn.* 233.

Calix quadrifolius, perſiſtens; corollae petala anguſta, cruciatim poſita, calici ſimilia; antherae medio filamentorum adnatae, bacca quadrilocularis; ſemina oblonga. *Radix fibroſa repens; caulis non ramoſus; folia verticillatim poſita, lata, vt plurimum quaterna.*

E. POLYANTHERAE.

1. *MONOSTYLAE.*

SAGINA *Linn. vid.* ALSINE *in Pentapetalis regularibus decantheris.* 734.

580. CARYOPHYLLVS. *Linn.* Ed. V. n. 594. CARYOPHYLLVS AROMATICVS *Tourn.* CARYOPHYLLODENDRON *Vaill. Act. Pariſ.* 1722.

Calix inferior quadripartitus, acutus, minimus, ouarium ſuſtinens, ſuperior quadridentatus, ouarium coronans; corollae petala ſubrotunda; fructus oblongus, vmbilicatus, vnicum ſemen continens.

581. PAPAVER. *Tourn.* 237. *Linn.* Ed. V. n. 573.

Calix bi-raro trifolius, caducus; corolla roſacea, petala ampla, tenera, baſi anguſtiora; ſtamina copioſiſſima, thalamo adhaerentia; ouarium ſubrotundum, ſtylus nullus, ſtigma peltatum, radia-

radiatum; fructus ouatus, vel oblongus, stigmate coronatus, sub quo in maturitate fissurae paruae, semina emittentes; semina copiosissima, lamellis lateralibus, interius fructum distinguentibus, adhaerentia.

582. ARGEMONE. *Tourn.* 239. *Linn.* Ed. V. n. 574.

Calix bi-vel trifolius, deciduus; corolla rosacea, petala oblonga; stylus breuissimus, stigma crassum, quadri-vel quinquefidum; persistens; capsula oblonga, spinosa, quadragona, vnilocularis; semina minima, rotunda. *Folia laciniata, in spinas abeuntia.*

Speciem flore tripetalo cum tribus stylis adducit Hall. Goett. 89.

583. MESVA. *Linn.* Ed. V. n. 591.

Calix persistens, tetraphyllus, foliolis appositis, minoribus; petala rotunda, concaua, magna; stigma capitatum; capsula coriacea, vnilocularis, quadriualuis; semina triquetra, carnosa. *Flores alares solitarii.*

584. BREYNIA. *Plum. G.* 40. *Linn.* Ed. V. n. 566.

Calix persistens, paruus, monophyllus, quadridentatus; petala oblonga, concaua, parua, patentia; stylus breuis, stigma obtusum; fructus est legumen; semina reniformia.

Linnaeus in Syst. Nat. Ed. X. p. 1071. *ad* CAPPARIDEM *retulit.*

585. CHE-

585. CHELIDONIVM. *Tourn.* 231.

Calix bifolius, deciduus; petala oblonga, basi angusta; stamina non connata; ouarium cylindraceum, stylus paruus, capitatus; siliqua cylindracea, vnilocularis, biualuis; semina plurima, ouata. *Succus acer luteus in omni parte plantae.*

586. GLAVCIVM. *Tourn.* 254. PAPAVER CORNICVLATVM *Raj.* 104.

Calix et corolla chelidonii; stamina basi connata; siliqua longa, apice bifido, hirsuto, instructa, bilocularis, biualuis, valuis septo medio adhaerentibus.

CHELIDONIVM *Linn. Ed. V. n.* 572. *hoc cum praecedenti genere conjungit.*

587. ASCYRVM. *Linn.* Ed. V. n. 809. HYPERICOIDES *Plum. G.* 51.

Calix tetraphyllus, foliolis binis exterioribus minoribus, interioribus majoribus; corolla rosacea, petalis exterioribus majoribus, interioribus oppositis, minoribus; filamenta ad basin in quatuor fasciculos coalita; stylus vix vllus; stigma simplex; capsula oblonga, bilocularis, biualuis; semina exigua.

Calicis foliola exteriora majora opposita, interiora minima vix conspicua, stigmata duo, et capsulam vnilocularem, biualuem descripsit, ast staminum coalitionem non commemoraui Brown. Jam. p. 310.

588. EV-

588. EVGENIA. *Mich. G. 226. Linn.* Ed. V. n. 542.

Calix monophyllus, ouarium complectens, quadrifidus; petala obtusa, nonnihil concaua; bacca quadrangularis, calice coronata, quae nucem subrotundam continet.

589. PONNA. *H. Mal. Tom. IV. p.* 79. CALABA *Plum. G.* 39. KALOPHYLLODENDRON *Vaill. Act. Paris.* 1722. *p.* 207. CALOPHYLL[VM] *Linn.* Ed. V. n. 586. INOPHYLLVM *Burm. Zeyl.* 130.

Calix deciduus, tetraphyllus, foliolis acutis; petala subrotunda, concaua, patentia; stigma capitatum; bacca globosa, simili nucleo foeta.

Calicem monophyllum integrum, cyathiformem, aetate tandem in quatuor partes laceratum, et stigma crassum, quadragonum, cruciatim in fossulam excauatum, describit Brown. Iam. p. 245.

590. GRIAS. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1145.

Calix monophyllus, subquadrifidus, lacerus; petala subrotunda, concaua; stamina corolla longiora; ouarium calice immersum; stylus nullus; stigma crassum tetragonum; bacca magna, vtrinque acuminata, nucleo, octo sulcis notato, foeta.

591. MAMMEA. *Linn.* Ed. V. n. 583. MAMEI *Plum. G.* 44.

Calix deciduus, diphyllus, foliolis subrotundis, emarginatis; petala subrotunda, concaua, paten-

patentia; bacca maxima, ſtylo perſiſtente ornata, in qua ſemina quatuor calloſa nidulantur.

592. CHRISTOPHORIANA. *Tourn.* 299. ACTAEA *Linn.* Ed. V. n. 568.

Calix quadrifolius, deciduus; corolla fugax, vt plurimum tetrapetala, exigua; ſtylus breuiſſimus, depreſſus; bacca ouata, duplici ſerie ſemi[illegible] ſemicircularium foeta.

CIMICIFVGA *Linn. Amoen. Tom. II. p.* 354. *quae petala quatuor calice majora, ſtylos quatuor et fructum quadricapſularem oſtendit, in Gener. Ed. V. huc relata fuit.*

593. CAPPARIS. *Tourn.* 261. *Linn.* Ed. V. n. 567.

Calix quadrifolius, foliolis concauis; corolla patens, petala ſubrotunda, marginata; ſtylus longiſſimus; fructus pyriformis, carnoſus, vnilocularis; ſemina reniformia.

CYNOPHALLOPHEROS *Plukn. Tab.* 172. *huc pertinet.*

594. BOCCONIA. *Plum. G.* 55. *Linn.* Ed. V. n. 569.

Calix deciduus, diphyllus, foliolis concauis; petala anguſta, acuminata; ſtylus ſemibifidus; bacca oblonga, compreſſa, vtrinque alata, pulpa repleta; ſemina globoſa.

595. GAR-

595. GARCINIA. *Linn.* Ed. V. n. 526.
MANGOSTANS *Garcin. Phil. Transf. n.* 431.
MANGOSTANA *Rumph. Amb. I. p.* 132.

Calix persistens, tetraphyllus, foliolis subrotundis, concauis; petala subrotunda, concaua, patentia; stylus breuissimus, stigma peltatum, octofidum; bacca globosa, coronata, vnilocularis; semina angulosa, carnosa, villosa.

596. MORISONIA. *Plum. G.* 36. *Linn.* Ed. V. n. 565.

Calix monophyllus, semibifidus; petala angusta, extra calicem patentia; stigma capitatum; bacca globosa, semina reniformia continens.

597. THAMNIA. *Brown. Iam. p.* 245.

Calix nullus; petala subrotunda, concaua; stamina numerosissima, breuia, ad basin leuiter coadnata; stylus breuissimus; stigma striato-radiatum; fructus forte bacca.

2. *DISTYLAE.*

598. HELIOCARPOS. *Linn.* Ed. V. n. 533.
MONTIA *Houst.*

Calix deciduus, tetraphyllus, foliolis linearibus, obtusis; corolla calice minor; *an monopetalos?* capsula oblongo-turbinata, compressa, bilocularis, radiis ramosis in ambitu cincta; semina solitaria.

599. CVRATELLA. *Loefl. et Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1151.

Calix tetraphyllus, foliolis subrotundis, concauis; petala calici similia; stamina corolla breviora;

viora; ſtigmata capitata; capſula bipartita, bilocularis, loculis diſpermis.

Linnaeus l. c. calici quinque et corollae tria foliola tribuit.

3. *TETRASTYLAE.*

600. SYRINGA. *Tourn.* 617. PHILADELPHVS *Raj.* 164. *Linn.* Ed. V. n. 540.

Calix monophyllus, quadrifidus, ouarium ex parte continens; corolla roſacea, raro pentapetala; capſula oblonga, calice cincta, acuminata, quadrilocularis; ſemina multa, exigua.

601. CAMBOGIA. *Linn.* Ed. V. n. 576. CAMBOGIVM *Dal. Pharm.* 357.

Calix deciduus, tetraphyllus; petala oblonga, concaua; ſtylus nullus; ſtigmata quatuor, perſiſtentia; fructus eſt pomum anguloſum, octo loculamentis diuiſum; ſemen in quolibet loculo ſolitarium, reniforme. *Flores verticillati.*

4. *POLYSTYLAE.*

602. TORMENTILLA. *Tourn.* 416. *Linn* Ed. V. n. 560.

Calix monophyllus, octofidus, laciniis quatuor majoribus, quatuor minoribus, alternis; ouula octo, ſtyli ſimplices, a latere ouulis inſerti; fructus in calice perſiſtente octo ſemina, in capitulum collecta, ſiſtit. *Folia digitata.*

Ad QVINQVEFOLIVM *Boerh.* I. 40. *ad* POTENTILLAM *Haller. Goett.* 107. *bene retulerunt; aſt quo nomen officinale conſeruetur, et cum petalo-* rum

rum numerus constantissimus sit, distinctum genus retinuimus.

603. THALICTRVM. *Tourn.* 270. *Linn.* Ed. V. n. 617.

Calix nullus; petala fugacia; antherae longae; ouula plurima, stylis breuissimis instructa; semina oblonga, in capsulis non dehiscentibus, vel alatis, vel non alatis. *Radix vt plurimum fibrosa; folia lobata, vmbelliferis aemula.*

Datur et species diphyta, et alia, corolla pentapetala instructa.

604. CLEMATIS. *Linn.* Ed. V. n. 616.
CLEMATITIS *Tourn.* 293.

Calix nullus; petala oblonga, *rarius quinque;* anthera est linea puluerulenta filamenti; ouula plurima, stylis simplicibus, villosis, vel setaceis praedita; thalamus semina nuda, stylo instructa, plurima recipiens. *Radix fibrosa, perennis; folia opposita.*

FLAMMVLA *Rupp.* 68. *semina plumulis adnascentibus circinnata, quasi papposa.*

CLEMATIS *Rupp.* 68. *semina non plumosa, seta adunca praedita habent; quae genera et*

VITICELLA *Dill. G.* 165. *cujus semina adunca nuda sunt, optime conjungi possunt.*



CLASSIS IX.

Plantae flore inuoluto, perfecto, tetrapetalo, irregulari.

A. DIANTHERA.

MONOSTYLA.

EPIPACTIS *Hall. vid. hexapetalas diantheras. n. 884.*

B. TETRANTHERAE.

1. *MONOSTYLA.*

605. MELIANTHVS. *Tourn.* 430. *Linn.* Ed. V. n. 711.

Calix quinquefolius, foliolis superioribus oblongis, inferiori concauo, lateralibus angustis, *a Riuino, qui florem hexapetalum dixit, ad petala relatis;* basis floris nectarifera, siue potius nectarium singulare, concauum, basi calicis adnatum; basi etiam anterius quatuor petala vnguibus angustis adhaerent, labium quasi inferius constituentia; stamina duo altiora, duo profundiora, sursum deorsumque flexa; stigma tetragonum; fructus tetragonus, vesicarius, quatuor eminentiis praeditus; semina subrotunda.

In specie minori stigma acutum, non tetragonum vidimus.

2. *DI-*

2. *DISTYLA.*

606. HYPECOVM. *Tourn.* 230. *Linn.* Ed. V. n. 157.

Calix diphyllus, deciduus; petala duo exteriora, duo interiora, trifida, irregularia; ftamina a petalis interioribus tecta; filiqua longa, compreffa, incurua, articulata, in quolibet articulo femen vnicum, globofo-depreffum. *Folia tenuiter laciniata.*

Hallerus Goett. 230. *calici quatuor folia et corollae modo duo petala tribuit.*

C. PENTANTHERA.

MONOSTYLA.

607. BALSAMINA. *Tourn.* 418. IMPATIENS *Linn.* Ed. V. n. 899. *Hall. Goett.* 232.

Calix exiguus, bifolius, deciduus; petala quatuor, inferius calcaratum, nectariferum, orificio fubrotundo, fupremum latum, fornicatum, pofitu labii fuperioris, *cui nonnunquam duae alae accrefcunt; hinc in quibusdam fpeciebus hexapetalos adparet*, anteriora duo obtufa, irregularia; ftamina antheris leuiter coalita; capfula vnilocularis, quinqueualuis, elaftice diffiliens; femina fubrotunda, columnae adnata.

BALSAMINA *Riv. fructus turgidus, oblongus, femina rotunda.*

IMPATIENS *Riv.* BALSAMINOIDES *Siegesb. p.* 17. *fructus tenuior, femina oblonga.*

NOLI ME TANGERE *Col. Ecphr. I.* 149. *hujus generis sunt species.*

D. HEXANTHERAE.

MONOSTYLAE.

IBERIS *Linn.* THLASPIDIVM *Riv. vid. in tetrapetalis regularibus hexantheris n.* 546.

608. CLEOME. *Linn.* Ed. V. n. 740. SINAPISTRVM *Tourn.* 231. *et Riv. Tetrapet.*

Calix tetraphyllus, deciduus; petala inaequalia, sursum erecta; stamina vt plurimum sex, vel duodecim, immo plura, deorsum inclinata; stylus simplex; intra petalorum vngues plerumque guttulae sine nectario; siliqua cylindracea, vel compressa, vnilocularis, biualuis; semina subrotunda.

Datur species, vbi elongato thalamo insistit ouarium, eidemque supra petala adhaerent stamina; quam gynandriam dixit Linnaeus.

609. FVMARIA. *Linn.* Ed. V. n. 760. *Hall. Goett.* 301.

Calix vel bifolius, deciduus, vel nullus; corolla quasi bilabiata, clausa, labium superius calcare donatum, superne planum, emarginatum, vexillo simile, alae binae conniuentes, carina, vt labium inferius positum, superiori simile, nullo plerumque calcare donatum; filamenta duo, lata, superne trifida, sex antheras sustinent, postice vero corpusculum emittunt calcare inclusum;

stigma

ftigma compreſſum; fructus varius. *Folia laciniata.*

Fructus inprimis differentia ſequentibus generibus conſtituendis anſam dedit:

FVMARIA *Riv. et offic.* CAPNOS *Siegesb.* 24. *ſilicula rotunda, breuis, vnum ſemen continens.*

PSEVDO-FVMARIA *Riv.* SPLIT *Rupp.* 268. *calix diphyllus; ſiliqua oblonga, compreſſa; ſemina ſplendentia.*

PSEVDO-FVMARIA *Knaut.* 153. *labium ſuperius et inferius bifidum; ſiliqua compreſſa.*

SPLIT *Knaut.* 153. *labium inferius integrum; ſiliqua quadragona.*

CAPNOIDES *Tourn.* 423. CORYDALIS *Pont. Anth.* 282. *ſiliqua longa, teres, biualuis; filamentum ſemina recipiens.*

CYSTICAPNOS *Boerh. I.* 310. CORYDALIS *Knaut.* 153. *Dill. G.* 129. *fructus triualuis, intra calicem inflatum, veſicarium, contentus.*

CAPNORCHIS *Boerh. I.* 309. CVCVLLARIA *Iuſſ. Act. Pariſ.* 1743. *ſilicula* FVMARIAE; *labium inferius calcare eminenti praeditum.*

BICVCVLLATA *March. Act. Pariſ.* 1733. *labium ſuperius et inferius calcaratum.*

Knautius FVMARIAS *ad dipetalas refert; filamenta in nonnullis in vnam membranam, ouarium inuoluentem, coaleſcunt.*

E. OCTANTHERA.

GAVRA *vid. in tetrapet. regul. n.* 562.

F. DECANTHERAE.

MONOSTYLAE.

In his conuenientia plurium characterum, genus quoddam naturale constituit.

Calix ut plurimum est monophyllus, quinquefidus, irregularis, segmenta tamen et figura in variis varia inueniuntur.

Petala quatuor, figura et dispositione irregularia, in classem tetrapetalarum irregularium Riuini reducunt et Tournefortius papilionaceas dixit. Vexillum est petalum majus supremum. Alae binae sunt petala lateralia minora. Carina est petalum infimum, concauum, stamina et pistillum continens, vngue interdum diuisum, quandoque duplex. Hinc illas plantas, quarum carina dipetala est, Ludwigius ex methodo sua ad pentapetalas amandauit; quo vero naturale hoc genus non dilaceretur, ad hanc classem eas reduximus, inprimis cum quandoque dubium sit, an carina natura diuisa sit, an potius arte et aliquali vi separetur in duo petala.

Stamina decem filamentis suis coalescunt, et quidem vt plurimum nouem in vaginam, pistillum inuoluentem, cui superius decimum incumbit; hinc diadelphia Linnaei; saepe vero omnia in vnam vaginam coalita inueniuntur.

Pistillum ouarium tenue exhibet, cui stylus insistit, stigmate vario, inprimis villoso, ornatus.

Fructus

Fructus est legumen, hoc est, capsula biualuis, seminibus ad suturam inferiorem adhaerentibus, hinc plantae leguminosae Rajo dicuntur; legumen vero est, vel vniloculare, vel septo diuisum, biloculare.

1. *TETRAPETALAE.*

a. Vniloculares.

610. ONOBRYCHIS. *Tourn.* 390. *Hall. Goett.* 266.

Calix persistens, semiquinquefidus, irregularis; vexillum compressum, longum; alae angustae, carina breuiores; carina ad basin bifida; legumen breue, echinatum, vel cristatum; semen reniforme. *Folia pinnata, extremo impari; flores dense spicati.*

Linnaeus ad HEDYSARVM *retulit Ed. V. n.* 802.

611. EBENVS. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1159.

Calix monophyllus, campanulatus, dentibus quinque angustissimis, villosis, terminatus; corolla longitudine calicis; vexillum subrotundum, rectum; alae minimae; carina gibba; stigma mucronatum; fructus est legumen monospermum, hirsutum.

612. TRIFOLIVM. *Linn.* Ed. V. n. 802.

Calix persistens, tubulosus, breuis, quinquedentatus; vexillum reflexum; alae breuiores; carina minima; legumen breue, vniualue, semina pauca, reniformia, continens. *Folia ternata.*

Sequentia genera ad TRIFOLIVM *referenda sunt: nam modus florendi in capitulis globosis et spicis, calix plus minus profunde diuisus, vel irregularis, proportio petalorum et coalescentia in monopetalos flores, legumen intra calicem contentum, vel emissum, et reliqui characteres, certos limites non exhibent:*

TRIFOLIVM *Tourn.* 404. TRIPHYLLVM *Siegesb.* 106. *legumen calice reconditum.*

MELILOTVS *Tourn.* 406. *legumen extra calicem prominens.*

MELILOTOSMVS *Siegesb.* 74. *legumen cylindraceum; color floris violaceus.*

LVPVLINVM *Riv. tetrap. irreg. corolla persistens, marcescens.*

LAGOPVS *Riv. tetrap. irreg. calix villosus.*

TRIFOLIOIDES *Knaut.* 84. TRIPHYLLOIDES *Pont. Anth.* 214. *Siegesb.* 107. *vngues petalorum in tubum coaliti, hinc corolla monopetala.*

TRIPHYLLOIDES *Knaut.* 186. *legumen breue, polyspermum.*

TRIFOLIVM *Knaut. ibid. legumen monospermum.*

ASPHALTION *Knaut.* 182. TRIFOLIASTRVM *Mich. G.* 26. *legumen extra calicem eminens.*

TRIPHYLLVM VESICARIVM *Knaut.* 182. *calix in vesiculam turgidam mutatus.*

LVPINASTER *Buxb. Comm. Petrop. Tom. II. pag.* 345. *Amm. Ruth.* 107. *a Linnaeo et Zinnio p.* 371. *huc refertur. an potius ad* DORYCNIVM

aman-

amandanda? ab vtroque legumine longiori polyspermo differt.

MELILOTVM *a* TRIFOLIO *distinguit Hall. Helv.* 587. *Goett.* 280. *et Zinn.* 368. *quorsum reduxerunt* MELILOTI *Tourn. et illas* TRIFOLII *species, quae calicis denticulos breues, infimo breuissimo, alas corollae vexillo pares, legumen breve, calice tamen longius, et semen vnum vel duo habent.*

613. MELILOTVS.

Calix monophyllus, quinquefidus; vexillum obtusum, patens; alae binae extrorsum patentes, cum vexillo corollam tripetalam quasi sistentes; carina breuissima, in medio constituta; fructus latus et orbiculatus.

MELILOTOIDES *Heist. Cat.* 1730. *p.* 37. *huc pertinet. A Linnaeo ad* TRIGONELLAM, *ab Hallero ad* MELILOTVM *refertur. Cum vero ab aliis* MELILOTI *et* TRIGONELLAE *speciebus, fructus figura euidenter differant duae auctorum species, quarum vnam ad* MELILOTVM *Hall. alteram ad* TRIGONELLAM *Linn. reduxit Zinnius; hoc genere separatim exhibemus.*

SECVRIDACA *Linn. Ed. V. n.* 763. *calicem habet tripartitum, vexillum subrotundum, alas obtusas, carinam lunulatam; fructum in membranam subrotundam expansum, vnico semine foetum. Hinc, ob fructus, qui in hac classe saepe optimos characteres exhibet, conuenientiam, forte huc referri posset: si vero secundum Browni Iam. p.* 287. *descriptionem, vexillum nullum adsit, et stamina modo octo coalita in tubum, ex cujus basi vtrinque lingulata*

lata appendix emergat, vexilli minoris vicem suppeditans; certe distinctum erit genus, ad tripetalos flores potius collocandum.

614. FOENV GRAECVM. *Tourn.* 419.

TRAGOCEROS *Siegesb.* 106.

Flos vt in praecedenti Meliloti genere; legumen vero longum, compressum, quasi falcatum; semina subrotunda, vel angulosa.

BVCERAS *Knaut.* 187. *illas sistit* FOENV GRAECI *Tourn. species, quae siliquas erectas, singulares, seminibus sesamoideis praeditas, obtinent.*

TRIGONELLA *Linn. Ed. V. n.* 804. *et Zinn. p.* 364. *hoc et praecedens genus conjungit.*

TERAMNVS *Brown. Iam. p.* 290. *cum carinam minimam, infima lacinia calicis tectam et genitalia breuissima amplectentem, legumen vero longum, gracile, compressum, habeat; forte huc referri posset.*

615. DORYCNIVM. *Tourn.* 391. *Linn.* Ed. prior. n. 711.

Calix monophyllus, quinquedentatus, persistens, fere aequalis; vexillum reflexum, majus; alae paruae; carina recta; legumen paruum, vno alteroque semine reniformi foetum.

Ad LOTVM *reduxit Linn. Spec. Tom. II. p.* 776.

616. ANTHYLLIS. *Riv. Tetr. Linn.* Ed. V. n. 773. VVLNERARIA *Tourn.* 391. *Hall. Goett.* 261.

Calix monophyllus, tubulosus, inflatus, quinquedentatus, inaequalis; vngues petalorum longitudine calicis; vexillum majus, lateribus reflexis;

xis; alae et carina breues; legumen minimum; semen vnum alterumque reniforme. *Folia digitata, capitulum florale cingentia.*

VVLNERARIA *Knaut.* 180. *legumen monospermum.*

ANTHYLLIS *Knaut.* 183. *legumen dispermum obtinent, et praeterea.*

BARBA IOVIS *Tourn. et*

ERINACEA *Cluſ. Hiſt. I.* 107. *huc referantur.*

617. AMERIMNON. *Brown. Iam. p.* 288.

Calix breuis, quasi bilabiatus, labio superiori crenato, inferiori tridentato; vexillum erectum, oblongum; alae oblongae, erectae, longitudine vexilli; carina breuis, ouata; stylus breuis, recuruus; legumen oblongum, compressum, seminibus binis vel ternis foetum.

618. ACHYRONIA. *Roy. Linn.* Ed. prior. n. 697. ASPALATHVS *Linn.* Ed. V. n. 767.

Calix monophyllus, semiquinquefidus, segmento superiori longiori; vexillum compressum, obtusum, cum acumine; alae breuiores, lunulatae, obtusae; carina bifida alis similis; legumen breue, oblongum; semen vnum vel alterum reniforme.

CHAMAELARIX *Breyn. Cent. p.* 23. *huc refertur.*

619. SPAR-

619. SPARTIVM. *Tourn.* 644. GENISTA *Linn.* Ed. V. n. 766.

Calix paruus, perſiſtens, quinquedentatus, vel irregularis; vexillum reflexum; alae oblongae, paruae; carina longior; legumen breue, vnum alterumque ſemen reniforme continens.

GENISTELLA *Tourn. 646. Boerh. II. 25. foliorum partes articulatione ſibi mutuo innatas obtinet, et huc referri meretur.*

SPARTIVM *et* GENISTAM *Tourn. conjungit* GENISTAE *nomine Hall. Goett.* 287. *cum character diſtinctiuus difficile eruatur, habitum floris hiantem, exſtantes a reliquis petalis alas, vexillumque reflexum pro charactere aſſumens.*

620. CYTISVS. *Tourn.* 647. *Linn.* Ed. V. n. 785.

Calix baſi obtuſus, monophyllus, campanulatus, quinquefidus, bilabiatus; vexillum ouatum, lateribus reflexis; alae obtuſae, longitudine vexilli; carina acuminata; legumen oblongum, planum; ſemina compreſſa, reniformia. *Folia ternata vel pinnata; planta arboreſcens, vel fruticoſa.*

LABVRNVM *Riv. Tetr. et Raj. 168. quod leguminibus in anteriori parte latioribus, ad pedunculos anguſtioribus, et foliis pinnatis differt, huc referatur.*

621. LENS. *Tourn.* 390. *Hall. Helv.* 601.

Calix profunde quinquefidus, ſegmentis acutis; vexillum planum; alae breues; carina breviſſima; legumen breue, compreſſum; ſemina

orbi-

orbiculata, vtrinque conuexa. *Folia pinnata, cirrho terminata.*

Linn. in prior. Ed. n. 715. CICERI, *in Spec. Tom. II. p.* 738. ERVO, *et in Ed. V. n.* 783. *denuo* CICERI LENTEM *adposuit.*

622. CICER. *Tourn.* 389. *Hall. Goett.* 297.

Calix quinquefidus, ſegmentis longis, acutis; vexillum planum, magnum; alae obtuſae, breues; carina breuiſſima; legumen breue, inſtar veſicae inflatum, ſemina quaedam craſſa continens. *Folia pinnata, denticulata.*

623. ERVVM. *Tourn.* 398. *Linn.* Ed. V. n. 784. *Hall. Goett.* 297.

Flos Ciceri ſimilis; legumen nodoſum, vndulatum; ſemina globoſa. *Folia pinnata, coſtae, in mucronem abeunti, adnata.*

624. ASTRAGALOIDES. *Tourn.* 399. *Hall. Helv.* 569. PHACA *Roy.* 390. *et Linn.* Ed. V. n. 798.

Calix monophyllus, quinquedentatus; vexillum majus, rectum; alae obtuſae, breuiores; carina breuis, compreſſa, obtuſa; legumen oblongum, inflatum, rectum vel recuruum; ſemina reniformia. *Habitus Aſtragali.*

625. ARACHIDNA. *Plum. G.* 49. ARACHIS *Linn.* Ed. V. n. 787.

Calix monophyllus, bilabiatus, labio ſuperiori tripartito, inferiori lanceolato; vexillum maximum, emarginatum; alae breuiores; carina breviſſi-

vissima, basi leuiter diuisa; legumen oblongum, teres, crassum; semina oblonga, obtusa.

ARACHIDNOIDES *Niss. Act. Paris. 1723. p. 387. huc refert Linnaeus, et in Spec. Tom. II. p. 741. vt varietatem modo considerat; verum gerit calicem inaequaliter tridentatum; vexillum reliqua petala comprehendens; carinam ad angulum rectum flexam; legumen crassum, fungosum, articulatum, et duo semina. Flos ad terram solitarius pedunculatus.*

626. CROTALARIA. *Riv. Tetr. Linn.* Ed. V. n. 771.

Calix tripartitus, segmento tertio, ad carinam posito, tridentato; vexillum amplum; alae et carina minores; legumen breue, turgidum, sonum instar crotali edens; semina reniformia. *Folia varia, petiolis non foliatis; planta non spinosa.*

Summa affinitas cum ANONIDE, *hinc et* CROTALARIA *Tourn. 644. species folio singulari complectitur; reliquas autem ad* ANONIDEM *retulit.*

627. ANONIS. *Tourn. 408.* ONONIS *Linn.* Ed. V. n. 772.

Calix monophyllus, magnus, quinquefidus, irregularis; vexillum majus, cordatum; alae breviores; carina alis quodam modo longior, acuminata; legumen turgidum, villosum; semina reniformia. *Folia ternata, interdum ad summitatem ramulorum singularia, dentata.*

NATRIX *Riv. Tetr.* ONONIDEA *Siegesb. 81. flores et legumina e longiori pedunculo pendentia habet;*

habet; hinc, nisi huc referre velis, ad CROTALARIAM *rejicias.*

628. VICIA. *Tourn.* 396.

Calix tubulosus, compressus, semiquinquefidus, irregularis, dentibus superioribus breuioribus; petalorum vngues longiores; vexillum ouale, lateribus reflexis; alae vexillo breuiores, oblongae; carina breuior, vngue diuiso; glandula acuminata inter ouarium et stamina; legumen longum; semina subrotunda. *Folia pinnata; costa cirrho terminata.*

VICIA *Riv. Tetr. irregul. flores ex alis foliorum solitarii, vel plures, breui pedunculo insistentes.*

CRACCA. *Riv* ARACVS *Tabern. p.* 891. *flores in pedunculo communi alari in spicam digesti.*

629. FABA. *Tourn.* 391. *Hall. Goett.* 297.

Flos Viciae; legumen erectum, fungosum, semina ouata, compressa. *Caules angulosi, firmi; folia pinnata, nullo cirrho terminata.*

VICIA *Linn. Ed. V. n.* 782. *vtrumque genus conjungit.*

630. PISVM. *Linn.* Ed. V. n. 779.

Calix monophyllus, irregularis, quinquefidus; vexillum amplum, reflexum; alae vexillo breuiores; carina alis breuior, semilunata, vngue indiuiso; stylus ascendens, triangularis, stigma villosum; legumen longum, vel teretiusculum, vel compressum; semina globosa.

Huc Linnaeus refert:

PISVM *Tourn.* 394. *caulis inferius fistulosus; folia pinnata, pinnis ad caulem amplissimis, costa clauiculata.*

OCHRVS *Tourn.* 396. *folia, modo simplicia, modo articulata, clauiculis terminata.*

631. LATHYRVS. *Linn.* Ed. V. n. 781. *Hall. Goett.* 296.

Calix campanulatus, semiquinquefidus, laciniis duabus superioribus breuioribus, infima longiore; vexillum magnum, lateribus et apice reflexum; alae breuiores, lunulatae; carina semiorbiculata, longitudine alarum, vngue integro; stylus planus, stigma villosum; legumen cylindraceum, vel compressum; semina globosa, vel angulosa.

LATHYRVS *Tourn.* 394. *caulis compressus, et angulosus; costa margine folioso instructa, folia bina conjugata, costa in cirrhum abeunte.*

CLYMENVM *Tourn* 396. LATHYROIDES *Siegesb.* 62. *folia pinnata, cirrho terminante costam.*

APHACA *Tourn.* 399. *folia bina, quasi triangularia, ad caulis nodos posita; clauiculae ex alis prodeuntes; semina subrotunda.*

NISSOLIA *Tourn.* 656. CATANANCE LEGVMINOSA *Raj.* 110. OCHROIDES *Siegesb.* 80. *folia simplicia, cirrho destituta.*

ARACVS *Dod.* 523. *etiam* LATHYRI *est species.*

632. OROBVS. *Tourn.* 393. *Linn.* Ed. V. n. 780.

Calix tubulosus, basi obtusus, quinquedentatus, denticulis tribus inferioribus acutis, superioribus

rioribus duobus breuioribus; vexillum ſemicylindricum, cordatum; alae oblongae, longitudine vexilli; carina inferne ventricoſa, bifida; legumen long[illegible], teres; ſemina ſubrotunda. *Folia pinnata, coſtae in mucronem abeunti, adnata.*

OROBOIDES *Knaut.* [illegible]1. *ob legumina erecta diſtinguitur.*

LATHYROIDES *Amm. Ruth. p. 114. folia conjugata, coſtulae breui, ad caulem auritae, in mucronem abeunti, adnata; ſemina globoſa.*

633. LOTVS. *Tourn.* 402. *Linn.* Ed. V. n. 803.

Calix tubuloſus, ſemiquinquefidus, fere regularis; vexillum ſubrotundum, deflexum; alae ſubrotundae, conniuentes, breuiores; carina acuminata, bipes, alis breuior; legumen cylindraceum, variae formae; ſemina ſubrotunda, interdum medulla fungoſa diſtincta. *Folia ternata, ad exortum petioli binis bracteis ornata.*

TETRAGONOLOBVS *Riv. Tetr. flores alares, ſolitarii; legumina quadrangula, membranis longitudinalibus ad angulos ornata.*

634. PHASEOLVS. *Linn.* Ed. V. n. 777.

Calix quinquedentatus, irregularis; vexillum cordatum, lateribus reflexis; alae ouatae, longitudine vexilli; carina ſpiraliter conuoluta, anguſta; legumen longum, cum acumine; ſemina reniformia. *Folia plerumque ternata; caulis volubilis et ſcandens.*

Manetti. Vir. 65. PHASEOLI *genus ita diuidit:*

PHASEOLVS *folia trifoliata, caulis ſcandens.*

PHASEOLASTRVM *folia tri fo[illegible]ta, caulis non ſcandens.*

PHASEOLOIDES *[illegible]cies ſiſtit polyphyllas et ſcandentes.*

Species PHASEOLI, CARACALLA *vulgo dicta, habet vexillum in cochleam flexum et reliqua petala continens; et hinc forte genere ſeparanda eſſet: ſi enim carina genera diſtinguit, cur non etiam vexillum?*

635. DOLICHOS. *Linn.* Ed. V. n. 778.

Habitus Phaſeoli; carina lunulata, compreſſa; ſemina elliptica, compreſſa.

636. CLITORIA. *Linn.* Ed. V. n. 796. CLITORIVS *Dill. H. Elth. p.* 90.

Calix quinquedentatus, cylindricus, vel campanulatus; vexillum maximum, rectum, margine vndulatum, inferius poſitum; alae rectae, breviores; carina breuior, falcata; legumen longum, tenue; ſemina reniformia. *Habitus Phaſeoli; folia vel ternata, vel pinnata.*

TERNATEA *Tourn. Act. Pariſ.* 1706. *p.* 84. *quae folia pinnata obtinet, huc referatur.*

637. LVPINVS. *Tourn.* 392. *Linn.* Ed. V. n. 774.

Calix monophyllus, varius, annexis vt plurimum a latere duobus foliolis minoribus; vexillum ſubrotundum, emarginatum, lateribus reflexis;

xis; alae subouatae, carinae non affixae, vexilli fere longitudine; carina basi diuisa, falcata, ejusdem fere longitudinis; legumen magnum, oblongum, compressum; semina subrotunda, compressa, scabra, vel laeuia.

In plurimis speciebus antheras quinque longas, quinque subrotundas vidimus.

638. ROBINIA. *Linn.* Ed. V. n. 775. PSEVDO-ACACIA *Riv. Tetr. et Tourn.* 649. LABVRNVM *Siegesb.* 60.

Calix breuis, quadridentatus, denticulis tribus inferioribus angustioribus, supremo latiori, vix emarginato; vexillum majus, obtusum; alae ouatae, liberae; carina longitudine alarum, semiorbiculata, compressa; legumen longum, compressum, planum; semina reniformia.

CARAGANA *Siegesb.* 25. *et* ASPALATHVS *Amman. Ruth. p.* 203. *huc a Linnaeo refertur.*

639. GALEGA. *Tourn.* 398. *Linn.* Ed. V. n. 770.

Calix monophyllus, breuis, quinquefidus; vexillum majus, apice et lateribus reflexum; alae oblongae, longitudine vexilli; carina oblonga, compressa, deorsum gibba; legumen teres; semina oblonga, reniformia. *Folia pinnata, extremo impari; flores in spicis alaribus penduli.*

640. INDIGOFERA. *Linn.* Ed. V. n. 794.

Calix patens, quinquedentatus; vexillum rotundatum, reflexum, emarginatum; alae oblongae, figura vexilli; carina patens, deflexa, vtrin-

que mucrone cauo notata; legumen teres, vel tetragonum, longum; semina reniformia.

ANIL *I. Bauh. II. 945. huc pertinet.* INDIGO *Isn. Act. Paris.*

641. ERYTHRINA. *Linn.* Ed. V. n. 762. CORALLODENDRON *Tourn. 661. Coral. Dill. H. Elth. p.* 107.

Calix monophyllus, compressus, leuiter quinquedentatus; vexillum longum, cuspidatum, ensiforme; alae et carina quasi dipetala, breuissimae, calicem non superantes; stamina intra vexillum latitantia; legumen longissimum, ad semina tuberculatum; semina reniformia. *Planta arborescens; folia ternata.*

Descriptio competit speciei non spinosae; spinosa vero vexillum amplum, reflexum, quodammodo concauum habet, alae et carina calicem quodammodo superant, stamina recurua, extra vexillum eminent. Characteres, generi nouo condendo sufficientes.

642. ICHTHYOMETIA. *Brown. Iam. p.* 296. PISCIPVLA *Loefl.* PISCIDIA *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1158.

Calix monophyllus, campanulatus, quinquedentatus; vexillum ascendens, emarginatum; alae longitudine vexilli; carina lunata, ascendens, stigma acutum; legumen quatuor membranis alatum, isthmis distinctum; semina cylindracea.

Ad ERYTHRINAM *antea relata planta.*

643. AE-

643. AESCHYNOMENE. *Linn.* Ed. V. n. 769.

Calix monophyllus, bilabiatus, labio superiori bifido, inferiori tridentato; petala fere ejusdem magnitudinis, alae obtusae, carina bipes; filamenta decem, ad basin in duos fasciculos coalita, antherae quinque in singulo constitutae; legumen longum, compressum, articulatum; semina reniformia.

SESBAN *Alp. Aegypt. p. 81. et Pont. Anth. p. 285. huc pertinet, licet legumen non articulatum, sed aequale sit.*

ECASTAPHYLLVM *Brown. Iam. p. 299. propter similem staminum coalescentiam forte huc pertinet; licet carina ad apicem bifida et legumen latum seminibus paucis reniformibus foetum sit. Linnaeus Syst. Nat. Ed. X. p. 1169. ad* HEDYSARVM *retulit.*

644. CORONILLA. *Tourn. 650.*

Calix breuis, monophyllus, bilabiatus, quinquedentatus; vexillum cordatum, vbique reflexum, alis vix longius; alae ouatae, sursum conniuentes; carina compressa, acuminata; legumen longissimum, articulatum, teres; semina oblonga. *Folia pinnata, extremo impari: pedunculi alares, flores in capitulum collectos sustinent.*

EMERVS *Tourn. 650. vngues corollae calice longiores; legumen teres, tenue; semina cylindracea.*

645. SECVRIDACA. *Tourn.* 399. *Hall. Helv.* 576.

Flos Coronillae; legumen vero compressum, articulatum, stylo longo cuspidatum, sutura altera tenui, altera crassiori; semina rhomboidea, introrsum emarginata.

CORONILLA *Linn. Ed. V. n.* 789. *hoc et praecedens genus conjungit.*

646. SCORPIVRVS. *Linn.* Ed. V. n. 792.
SCORPIOIDES *Tourn.* 402.

Calix paruus, monophyllus, semiquinquefidus, denticulis summis minus diuisis; vexillum subrotundum, emarginatum, limbo reflexum; alae oblongae; carina lunulata, vngue diuiso; legumen articulatum, vel rugosum, vel hispidum, erucam in se conuolutam referens, in singulo articulo semen ouatum. *Folia simplicia.*

CAMPOIDES *Riv. Tetr. non nisi legumine crassiori et rugoso differt.*

647. ORNITHOPODIVM. *Tourn.* 400.
ORNITHOPVS *Linn.* Ed. V. n. 790.

Calix paruus, quinquedentatus, bilabiatus; vexillum cordatum; alae ouatae, rectae; carina compressa, minima, fissilis; legumina articulata, falcata, multa ad eundem exortum, speciem pedis auiculae formant; semen in quolibet articulo rotundum. *Folia ternata, vel pinnata, extremo impari.*

SCORPIOIDES *Riv. Tetr.* ORNITHOPODIOIDES *Heist. Cat.* 1731. *p.* 32. *et Siegesb.* 83. *folia ternata sessilia obtinet et huc refertur.*

Datur

Datur et species legumine non articulato.

648. HIPPOCREPIS. *Linn.* Ed. V. n. 791. FERRVM EQVINVM *Tourn.* 400. HIPPOPODIVM *Siegesb.* 55.

Calix paruus, quinquedentatus, denticulis duobus superioribus minus diuisis; vexillum cordatum; alae oblongae; carina lunulata; legumen articulatum, vel non articulatum, compressum, a sutura inferiori ad superiorem saepius incisum, sinubus subrotundis siue vndulatis; semina lunulata. *Folia pinnata extremo impari.*

649. HEDYSARVM. *Tourn.* 401.

Calix semiquinquefidus, irregularis; vexillum compressum, longum, emarginatum; alae angustae, rectae; carina compressa, truncata, ad basin bifida; legumen articulatum, articuli echinati vel laeues; semina reniformia. *Folia pinnata, ternata et simplicia.*

HEDYSARVM *Linn. Ed. V. n.* 793. *hoc genus cum* ONOBRYCHIDE *et* ECASTAPHYLLO *Brown. Jam.* 299. *conjungit.*

ALHAGI *Tourn. Cor.* 54. *folia singularia alterna, et*

MEIBOMIA *Heist. Cat.* 1730. *p.* 35. HEDYSAROIDES *Siegesb.* 52. *folia ternata obtinet, et optime huc referuntur.*

650. MEDICAGO. *Linn.* Ed. V. n. 805. *Hall. Helv.* 578.

Calix paruus, semiquinquefidus, regularis; vexillum longum, reflexum, marginibus inflexis;

alae oblongae, ſub carina conniuentes; carina oblonga, bifida; legumen falcatum, vel contortum: ſemina reniformia. *Folia ternata; flores alares.*

Complectitur ſequentia genera:

MEDICAGO *Tourn.* 412. *legumen falcatum, membrana auctum.*

MEDICA *Tourn.* 410. *legumen falcatum, vel conuolutum, variae formae.*

MEDICAM *Tourn. Riuinus ex figura fructus vlterius diſtinguit:*

FALCATA *Riv. legumen inſtar cornu arietini contortum.*

COCHLEATA *Riv. legumen diuerſis gyris conuolutum, inſtar cochleae, glabrum.*

ECHINATA *Riv. legumen ſimile ſpinulis obſitum.*

FOENV GRAECVM *Tourn. a Linnaeo Ed. prior. ad* MEDICAGINEM *relatum, nunc ad* TRIGONELLAM *vid. Spec. Tom. II. p.* 777. *reduxit; ſeparatim vero illud genus cum Hallero exhibuimus.*

651. COLVTEA. *Tourn.* 649. *Linn.* Ed. V. n. 776.

Calix quinquedentatus; corolla in petalorum figura et proportione varia; legumen membranaceum, inſtar veſicae inflatum, turgidum; ſemina reniformia. *Folia pinnata, extremo impari; flores alares.*

COLVTEASTRVM *Moehr.* 29. *ſiſtit ſpeciem veſiculis compreſſis; et cum fructus eſſentiam generis conſtituat, ea ſpecies ſeparari commode poſſet.*

b. Bi-

b. Biloculares.

652. BRYA. *Brown. Iam. p.* 299.

Calix monophyllus, campanulatus, quinquefidus; vexillum cordatum, reflexum; alae ejusdem fere longitudinis, vnguibus tenuibus calici adnatae; carina apice et basi diuisa; legumen compressum, in duos lobos monospermos subrotundos, ad alterum marginem profunde diuisum, ad alterum marginem rectum.

653. ASTRAGALVS. *Tourn.* 415. *Linn.* Ed. V. n. 799.

Calix monophyllus, quinquedentatus, irregularis; vexillum longum, rectum, lateribus reflexis; alae oblongae, breuiores; carina emarginata, alis aequalis; legumen variae formae, biloculare, septo valuis parallelo; semina reniformia. *Folia pinnata, extremo impari.*

EPIGLOTTIS *Knaut.* 195. *legumen epiglottidis figuram habet.*

GLAVX *Riv.* ASTRAGALOIDES *Knaut.* 195. *legumen breue, tumidum, instar vesicae inflatum obtinet: et cum figura in aliis speciebus quoque variet, huc referantur.*

TRAGACANTHAM *Tourn.* 417. *huc quoque reduxit Linnaeus.*

654. PELECINVS. *Tourn.* 417. VTRINQVE SERRATA *Riv. tetr.* BISERRVLA *Linn.* Ed. V. n. 800. SERRVLA *Heist. Syst. p.* 9.

Calix monophyllus, semiquinquefidus, irregularis; vexillum majus, lateribus reflexis; alae obtusae,

obtusae, vexillo breuiores; carina obtusa; legumen compressum, vtrinque serratum, biloculare, septo valuis contrario; semina reniformia. *Folia pinnata, extremo impari.*

655. APIOS. *Boerh. II.* 53. GLYCINE *Linn.* Ed. V. n. 797.

Calix monophyllus, bilabiatus, labio superiori emarginato, inferiori longiori, trifido; vexillum cordatum, lateribus reflexis; alae obtusae, deorsum flexae; carina falcata, apice vexillum sursum premente; stylus in spiram conuolutus; legumen oblongnm, biloculare; semina reniformia.

ABRVS *Vesl. Aegypt.* 25. *a Linn. Spec. Tom. II, p.* 754. *huc refertur.*

2. *PENTAPETALAE.*

a. Vniloculares.

656. GLYCYRRHIZA. *Tourn.* 389. *Linn.* Ed. V. n. 788.

Calix bilabiatus, labio superiori trifido, lacinia media emarginata, latiore, inferiori simplici; vexillum oblongum, angustum, rectum; alae oblongae; carina dipetala, alis parum breuior; legumen oblongum, compressum; semina reniformia. *Folia pinnata, extremo impari; planta fruticosa.*

PSEVDO-GLYCYRRHIZA *Riv. legumine breui, echinato, a praecedente differt.*

657. GE-

657. GENISTA. *Tourn.* 643. SPARTIVM *Linn.* Ed. V. n. 765.

Calix monophyllus, margine amplo, irregulariter quinquedentatus, persistens; vexillum magnum, reflexum; alae ouatae, breuiores, extrorsum flexae; carina longa, dipetala, conniuens; legumen longum, compressum; semina reniformia.

CYTISO-GENISTA *Tourn.* 649. *quae ramos flexuosos, folia partim ternata, partim simplicia obtinet, huc referatur.*

658. VLEX. *Linn.* Ed. V. n. 786.

Calix diphyllus, foliolis concauis, superiori bidentato, inferiori tridentato; vexillum rectum, cordatum; alae obtusae, breuiores; carina dipetala, recta; legumen breue, duobus vel tribus seminibus reniformibus foetum.

GENISTA SPARTIVM *Tourn.* 645. NEPA *Raj.* 162. ERINACEA *Raj. ibid. et* GENISTELLA *Raj. quae aculeis densissimis praeditae sunt, et folia singularia plus minus persistentia obtinent, huc quoque referri merentur.*

659. ANAGYRIS. *Tourn.* 647. *Linn.* Ed. V. n. 457.

Calix campanulatus, quinquedentatus, irregularis; vexillum breuissimum, rectum; alae oblongae, vexillo longiores; carina dipetala, longissima; stamina omnia distincta; legumen tereriusculum, magnum; semina reniformia. *Folia ternata.*

660. PSO-

660. PSORALIA. *Roy.* 372. *Linn.* Ed. V. n. 801.

Calix monophyllus, quinquefidus, irregularis, tuberculis aſperſus; vexillum ſubrotundum, emarginatum, aſſurgens; alae obtuſae, paruae; carina dipetala, lunulata; legumen breue, acuminatum; ſemen vnum alterumque reniforme.

Petala plerumque venis coloratis picta ſunt.

CORYLIFOLIA *Heiſt. Cat.* 1733. *p.* 5. LOTOIDES *Siegesb.* 66. *a Linnaeo Spec. Tom. II. p.* 764. *ad* PSORALIAM, *a Royeno vero p.* 389. *ad* DORYCNIVM *relata fuit.*

DALEAM *Linn. Ed. prior. n.* 733. *huc quoque nunc reduxit Linnaeus.*

BITVMINARIA *Heiſt. Fabric. p.* 165. *eſt Trifolium bituminoſum, ad* PSORALIAM *a Linnaeo relatum.*

661. CRACCA. *Linn.* Ed. V. n. 795.

EREBINTHVS *Mitch. G.* 8.

Calix ſemiquinquefidus, laciniis ſubulatis; vexillum ſubrotundum, planum; alae obtuſae, rectae, breuiores; carina dipetala, gibba, alis aequalis; legumen oblongum, iſthmis interceptum; ſemina quadrato-reniformia.

CRACCAM *cum* GALEGA *conjungit Linnaeus in Syſt. Nat. Ed. X. p.* 1172.

662. SOPHORA. *Linn.* Ed. V. n. 456.

Calix campanulatus, baſi gibbus, quinquedentatus; vexillum oblongum, lateribus reflexis; alae oblongae, longitudine vexilli; carina dipetala; ſtamina diſtincta; legumen longum, nodoſum; ſemina ſubrotunda. *Folia pinnata, extremo impari.*

663. BOR-

663. BORBONIA. *Linn.* Ed. V. n. 764.

Calix femiquinquefidus; fegmentis acutis, pungentibus, infimo longiori; vexillum reflexum; alae vexillo breuiores; carina lunulata, dipetala; legumen fubrotundum, fpina terminatum; femen reniforme.

Habitu ad SPARTIVM *vel* GENISTAM *accedit.*

664. STIZOLOBIVM. *Brown.* *Iam. p.* 290.

Calix monophyllus, campanulatus, bilabiatus, labio fuperiori majori, obtufo, reflexo, inferiori tridentato; vexillum amplum, fubrotundum, reflexum; alae oblongae, patentes, breuiores; carina dipetala, petalis oblongis, ad apicem agglutinatis; filamenta omnia connata; antherae alternae, monftrofae, tumentes; ftylus longus; legumen longum, hirtum, feminibus reniformibus praeditum.

665. ZOOPHTHALMVM. *Brown.* *Iam. p.* 295.

Calix monophyllus, campanulatus, bilabiatus, labio fuperiori erecto, leniter crenato, inferiori majori tridentato; vexillum maximum, rectum, cordatum, reliquis incumbens; alae oblongae, ad vngues auritae; carina oblonga, compreffa, petalis rectis, fuperne liberis, ad vngues adnatis; filamentum fimplex, anthera depreffa, coalita vero antheris oblongis praedita; ftylus longus; legumen magnum, hirtum, et transuerfe fulcatum, ad vtrumque marginam craffum; femina orbiculata, inuolucro duriffimo tecta, et fafcia tricolori per marginem notata.

Ad

Ad CLITORIAM *refert Linn. Syst. Nat. Ed. X. p.* 1172.

666. GALACTIA. *Brown. Iam. p.* 298.

Calix duplex, exterior diphyllus, minimus, deciduus, interior breuis, campanulatus, quadridentatus, lacinia ſumma et infima majoribus; corolla pentapetala, petalis omnibus longis, vexillo recto, latiori, reliquis incumbente; legumen longum, tenue, ſeminibus copioſis ſubrotundis foetum.

Ad GLYCINEN *amandauit Linn. Syst. Nat. Ed. X. p.* 1173.

b. Biloculares.

667. TRAGACANTHA. *Tourn.* 417. *Linn.* Ed. prior. n. 719.

Calix monophyllus, quinquedentatus, irregularis; vexillum majus, emarginatum, lateribus reflexis; alae anguſtae, breuiores; carina dipetala, obtuſa; legumen breue, acuminatum, biloculare; ſemina reniformia. *Folia pinnata, coſta in mucronem acutum terminata.*

Linn. Ed. V. n. 799. *ad* ASTRAGALVM *reduxit.*

G. POLYANTHERA.

MONOSTYLA.

668. TAPIA. *Plum. G.* 21. CRATEVA *Linn.* Ed. V. n. 528.

Calix tetraphyllus, foliolis ex baſi ampla acuminatis, deciduis; petala ouata, ſurſum flexa, irregularia; ſtamina cum piſtillo deorſum inclinata; ſtylus ſimplex; ſtigma capitatum; bacca magna, vnilocularis, in qua plurima ſemina reniformia nidulantur.

CLAS-

CLASSIS X.

Plantae flore inuoluto, perfecto, pentapetalo, regulari.

A. TRIANTHERAE.

1. *MONOSTYLAE.*

POLYCARPON *Linn. vid.* ALSINE *in decantheris n.* 753.

669. LOEFLINGIA. *Linn.* Ed. V. n. 50.

Calix persistens, pentaphyllus, foliolis basi vtrinque denticulo notatis; petala minima, in globum conniuentia; stylus superne paulo latior; capsula vnilocularis, triualuis, semina copiosa continens. *Caules repentes.*

670. HIRTELLA. *Linn.* Ed. V. n. 44.

Calix monophyllus, quinquefidus, persistens; corolla rosacea, petala calice minora; filamenta longissima; stylus filiformis, a latere ouarii ortus; bacca oualis, vnico semine foeta. *Planta arborea.*

Hoc genus ANTIDESMA *dicitur a Brown. Iam. p.* 123. *et vtrumque Linnaei genus* ANTIDESMA *scilicet et* HIRTELLA, *ast dubie conjungitur.*

2. *TRISTYLAE.*

HOLOSTEVM *vid.* ALSINE *in decantheris n.* 753.

B. PENTANTHERAE.

1. *MONOSTYLAE.*

671. LAGOECIA. *Linn.* Ed. V. n. 251. CVMINOIDES *Tourn.* 300. CHEMNITIA *Heist. Fabric. p.* 28.

Flosculi aggregati in calice communi octophyllo, foliolis pinnatis, ciliatis, instructo; in flosculis singulis calix inferior sub ouario, tetraphyllus, foliolis incisis, calix superior, ouarium ambiens, quinquefidus, laciniis incisis; petala bicornia; semen oblongum, nudum, calice superiori persistente coronatum, quasi papposum. *Radix fibrosa, annua; folia pinnata.*

672. BRVNIA. *Linn.* Ed. V. n. 242. CVPRESSO-PINVLVS *Breyn. Cent. p.* 10.

Calix communis imbricatus, e squamulis acuminatis, quae flosculos suscipiunt, compositus; calix proprius pentaphyllus, villosus, breuis; petala vnguibus angustis, limbis subrotundis, patentibus praedita; stigma bifidum; semina intra calicem imbricatum, solitaria, villosa.

673. MANGIFERA. *Burm. Zeyl.* 152. *Linn.* Ed. V. n. 245. MANGA *Raj. Hist.* 1550.

Calix quinquepartitus; petala lanceolata, calice longiora; fructus reniformis, nucleo oblongo, lanuginoso foetus.

674. METOPIVM. *Brown. Iam. p.* 177.

Calix monophyllus, quinquedentatus, paruus; petala calici inserta; stylus breuis, stigma acutum; capsula oblonga, acri succo turgida; vnicum semen bilobum, capsulam ex calice formatam, vix replens, membrana propria tectum, et fundo capsulae, sustentaculo proprio ligatum.

Ad RHVS *refertur a Linn. Syst. Nat. Ed. X. p.* 964.

675. IRON. *Brown. Iam. p.* 179.

Calix pentaphyllus, foliolis lanceolatis; petala oblonga, fimbriata; stigma simplex; capsula acuminata, vnilocularis, polysperma.

676. CELOSIA. *Linn.* Ed. V. n. 255.

Calix triphyllus, persistens; corolla persistens, petalis rigidis, acuminatis; filamenta staminum inferne coalita, quae singulare nectarium haud constituunt; capsula globosa, vnilocularis, horizontaliter dehiscens; semina subrotunda. *Spicae florum densae, non raro cristatae, paleis potius, quam veris flosculis superius positis, inferius flosculis veris.*

Ad AMARANTHVM *retulit Tourn. p.* 234.

STACHYARPAGOPHORA *Vaill. Act. Paris.* 1722. *p.* 204. *huc quoque a Linnaeo refertur.*

677. ACHYRANTHES. *Linn.* Ed. V. n. 254. ACHYRACANTHA *Dill. H. Elth. p.* 8.

Calix triphyllus, persistens; petala rigida, persistentia; filamenta staminum inferne coalita, superne libera, intra quae quinque haerent squa-

mulae; ſtigma ſimplex; capſula vnilocularis; ſemen vnicum. *Flores maturi contra caulem reflexi.*

Ad CELOSIAM *retulit Hall. Goett.* 25. *et Zimm. p.* 34.

Calicem triphyllum et petala tria, calice longiora, deſcribit Hoferus Act. Helv. Vol. II. p. 19.

Brown. Iam. p. 180. *ſpeciem deſcribit, eique corollam nullam, ſed calicem pentaphyllum tribuit, e cujus ſuperiori parte verſus baſin aſſurgit appendix, ex ſetis aliquot formata, quae florem reflectit.*

678. PARNASSIA. *Tourn.* 246. *Linn.* Ed. V. n. 345. GRAMEN PARNASSI *Raj.* 116.

Calix pentaphylloides; corolla roſacea, petalis ſubrotundis, concauis; ſquamae quinque radiatae, radiis in apice globoſis, nectariferis, intra corollam poſitae; ſtylus breuiſſimus, ſtigmata quatuor, in fructu praeſentia; capſula ouata, vnilocularis, quadriualuis; ſemina oblonga. *Folia ſubrotunda, in orbem poſita.*

679. TELEPHIVM. *Tourn.* 248. *Linn.* Ed. V. n. 339.

Calix quinquefolius, perſiſtens; corolla roſacea; ſtylus breuiſſimus, trifidus; vel potius tres diſtincti ſtyli, ſtigmate vix vllo terminati; capſula trigona, vnilocularis, triualuis; ſemina ſubrotunda, plurima. *Caules proſtrati; folia alterna.*

680. TA-

680. TAMARISCVS. *Tourn.* 661. TAMARIX *Linn.* Ed. V. n. 337.

Calix persistens, paruus, quinquefidus; corolla rosacea, petalis ouatis; stamina quinque aut decem; stylus breuissimus, trifidus, reuolutus; capsula acuminata, triquetra, vnilocularis, triualuis; semina papposa. *Folia tenuissima, cupressinis similia; flores spicati.*

681. GRONOVIA. *Linn.* Ed. V. n. 248. *Mart. Cent. I. Tab.* 40.

Calix monophyllus, ouarium complectens, profunde quinquefidus; petala minutissima, ex incisuris calicis oriunda; stamina calici adnata, cum petalis alterna; stigma obtusum; capsula subrotunda, vnilocularis; semen vnicum, magnum.

682. ITEA. *Linn.* Ed. V. n. 243. *Gronov. Virg.* 243. DICONANGIA *Mitch. G.* 5.

Calix persistens, minimus, quinquefidus, laciniis acutis, coloratis; petala longa, calici inserta; stigma obtusum; capsula calice multo longior, stylo persistente ornata, vnilocularis, biualuis; semina copiosa, minima.

683. WALTHERIA. *Linn.* Ed. V. n. 741. MONOSPERMALTHAEA *Isn. Act. Paris.* 1721. *p.* 277.

Calix monophyllus, semiquinquefidus, persistens; petala cordata, patentia; filamenta staminum in cylindrum coalita; stigma bifidum; capsula vnilocularis, biualuis; semen vnicum, obtusum.

684. CVPANIA. *Plum. G. 45. Linn.* Ed. V. n. 246.

Calix perſiſtens, triphyllus, foliolis ouato acutis; corolla roſacea, petalis ſubrotundis, calice minoribus; ſtylus trifidus; capſula turbinata, trilocularis, in quolibet loculo ſemina bina, ſubrotunda, quaſi calice dentato coronata.

Fructum vnilocularem deſcribit Linnaeus.

685. CLAYTONIA. *Linn.* Ed. V. n. 253. *Gronov. Virg.* 25.

Calix perſiſtens, diphyllus, foliolis obtuſis, erectis; petala oblonga, magna, emarginata; filamenta recurua; ſtigma trifidum; capſula ſubrotunda, trilocularis, triualuis; ſemina tria ſubrotunda.

Linn. in prior. Ed. n. 209. ſtigma ſimplex, capſulam vnilocularem et ſemina plura deſcripſit.

LIMNIA *Linn. Act. Stockh. 1746. p. 130. nunc ad* CLAYTONIAM *reducta eſt.*

686. WATSONIA. BYTTNERIA *Loefl. et Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1125.

Calix pentaphyllus, patens; petala ſubrotunda, conniuentia, calice fere longiora; ſtamina breuiſſima, apice cum petalis connata, antherae dorſo filamentorum inſertae; capſula ſubrotunda, depreſſa, quinquelocularis, quinqueualuis, muricata; in quolibet loculo ſemen ſolitarium, oblongum.

Linn. Syſt. l. c. calicem nullum, petala quinque, totidemque nectaria, pag. 939. vero nectaria pro peta-

petalis, et petala pro calice melius, vt nobis videtur, describit.

Descriptio generis, quod nomine BÜTTNERIAE *dedit Brownius, (vid. n. 126.) ratione staminum quidem cum hoc conuenit, corolla vero et fructu discrepat, et hinc, cum hoc pro diuerso et distincto genere assumamus, in Cel. Watsoni memoriam nomen ei imposuimus.*

687. AYENIA. *Linn. Kongl. Suenska Vol. XVII. p.* 23. *Syst. Nat.* Ed. X. n. 1164. DAIGENA *Mill. Fig.* 79.

Calix persistens, pentaphyllus, foliolis lanceolatis; petalorum vngues filiformes, longissimi, extrorsum arcuati, connati in stellam planam, quinquedentatam, ambientem apicem thalami, apicibus bifidis, reflexo-adnatis; filamenta quinque stellulae incumbentia, antheris imperfectis praedita, sub stellula autem antherae verae sessiles; thalamus cylindraceus, rectus, stellula terminatus; ouarium supra stellam, stylus breuis, stigma capitatum; capsula subrotunda, quinqueloba, quinquelocularis; semina solitaria, compressa.

688. HERMANNIA. *Tourn.* 656. *Linn.* Ed. V. n. 742.

Calix persistens, monophyllus, tumidus, semiquinquefidus; petala inferius angusta, membrana vtrinque inflexa, tubum quasi formante, aucta, limbo lato conuoluto; capsula pentagona, quinquelocularis, quinquefariam dehiscens; semina exigua.

689. CEIBA. *Plum. G.* 42. XYLON *Linn.* Ed. prior. n. 204. BOMBAX *Linn.* Ed. V. n. 580.

Calix monophyllus, quinquefidus, persistens; petala ouata, emarginata, concaua; stigma capitatum; capsula oblongo-turbinata, quinquelocularis, quinqueualuis; semina lanugini affixa, subrotunda.

Ne cum GOSSYPIO *in nomine confusio oriatur, Plumerianum assumsimus. Corolla in aliis monopetala, in aliis speciebus pentapetala est; speciesque vna quinque, duae autem aliae, plura stamina habent.*

690. FRANGVLA. *Tourn.* 612. *Hall. Helv.* 164.

Calix monophyllus, concauus, quinquefidus; petala minima, interstitiis laciniarum calicis inserta; fructus mollis, semina duo, plana, subrotunda, continens.

691. ZIZIPHVS. *Tourn.* 627. IVIVBE *C. B. Pin.* 446.

Calix et corolla Frangulae; stigma bifidum; bacca ouata, pedunculo breui insidens, officulum biloculare, seminibus oblongis foetum, continens. *Folia oblonga trineruia; flores alares sessiles.*

692. RHAMNVS. *Tourn.* 593.

Calix et corolla Frangulae; stylus quadrifidus; bacca subrotunda, tetrasperma. *Frutex spinosus.*

Calix

Calix, petala et stamina quandoque quaternarium numerum ostendunt.

Datur etiam species diphyta, quae dicitur CERVI-SPINA *Riv. Rupp.* 94. SPINA CERVINA *Dill. G.* 145. *cujus flos masculinus quaternarium numerum constanter seruat.*

RHAMNVS *Linn. Ed. V. n.* 235. *et Zinn. p.* 16. *conjungit* RHAMNVM *Tourn.* CERVISPINAM *Dill.* FRANGVLAM *Tourn.* ZIZIPHVM *Tourn.* PALIVRVM *Tourn.* ALATERNVM *Tourn. Et certe nisi ad seminum numerum respicere velles, genera tria n.* 690. - 693. *recensita possent conjungi;* ALATERNVS *vero propter corollam, et* PALIVRVS *propter fructum, diuersa et singularia constituunt genera. Ludwigius, dum calicem pro corolla, et petala pro squamis assumsit, ad monopetalas retulit.*

693. CELASTRVS. *Linn.* Ed. V. n. 239. EVONYMOIDES *Isn. Act. Parif.* 1716. *pag.* 369.

Calix monophyllus, planus, semiquinquefidus; corolla rosacea, petalis ouatis; ouarium thalamo plano, stricto, impositum, stylus trifidus; bacca globoso-trigona, trilocularis; semina tria pulpae immersa.

CEANOTHVS *Linn. Ed. V. n.* 237. *quorsum* CELASTRI *quasdam species retulit, petalis calice minoribus et fructu sicco, tuberculato, differt; posset vero cum* CELASTRO *conjungi.*

694. VITIS. *Tourn.* 613. *Linn.* Ed. V. n. 250.

Calix quinquedentatus, minimus; corolla, ex petalis, apice nonnihil coalitis, constans, decidua;

dua; stylus breuissimus; bacca succulenta, vnilocularis, subrotunda; semina quatuor vel quinque, fere pyriformia. *Planta capreolis scandens; flores et fructus in racemis.*

695. HEDERA. *Tourn.* 612. *Linn.* Ed. V. n. 249.

Flores in vmbella simplici, calice multidentato cincta; calix proprius ouarium complectens, quinquedentatus; corolla rosacea, *non raro hexapetala*, petalis oblongis, apice reflexis, patentibus; bacca globosa, plerumque pentasperma, seminibus ab vna parte gibbis, ab altera planis. *Planta cirrhis parasiticis arboribus et parietibus adhaerens et scandens.*

EDERA *quinquefolia Canadensis Cornut. Canad. p.* 99. *quae, vel ad hoc, vel praecedens genus referri debet, singulari genere a Mitch.* 30. *proponitur, nomine* HELIX; *eique capsula turbinata, bilocularis, polysperma et flores relatiui, monophyti, tribuuntur; quod vero in planta culta nunquam obseruauimus.*

696. EVONYMVS. *Tourn.* 617. *Linn.* Ed. V. n. 240.

Calix monophyllus, quadri-vel quinquefidus; corolla rosacea, petalis quatuor vel quinque patentibus; *stamina non raro quatuor*; stigma obtusum; fructus membranaceus, angulosus, ex quatuor vel quinque capsulis coalitus, in quibus semina, pulpae inuoluta, haerent.

Indigena EVONYMI *species numerum quaternarium vt plurimum ostendit.*

2. *DI-*

2. *DISTYLAE.*

697. NAMA. *Linn.* Ed. V, n. 282.

Calix pentaphyllus, perſiſtens; petala ouata, calice minora, capſula oualis, vnilocularis, biualuis; ſemina copioſa, minima. *Flores ſpicati alares.*

Corollam monopetalam tubuloſam, limbo quinquecrenato deſcripſit Brown. Iam. p. 185.

698. HEVCHERA. *Linn.* Ed. V. n. 283.

Calix monophyllus, ſemiquinquefidus, ſegmentis obtuſis; petala anguſta, margini calicis inſerta; ſtamina petalis longiora; capſula bilocularis, ſemibifida, biroſtris; ſemina copioſa, parua.

699. STAPHYLODENDRON. *Tourn.* 616. STAPHYLAEA *Linn.* Ed. V. n. 336.

Calix monophyllus, concauus, quinquefidus, marceſcens; corolla roſacea, petalis oblongis; circulus balſamicus, ouarium cingens; *ſtyli quandoque tres;* capſula membranacea, bi-interdum trilocularis, veſicae inſtar inflata, continet oſſicula globoſa, ſimili ſemine foeta.

700. AVRELIANA. *Laſit. Ginſ. p.* 51. ARALIASTRVM *Vaill. Phil. Trans. n.* 354. *p.* 705. *et Serm. de Struct. Fl. p.* 53. GINSENG *et* NISI *Breyn. Prodr.* 35. PANAX *Linn.* Ed. V. n. 1031. PANACEA *Mitch.* 26.

Floſculi in vmbella ſimplici, calice communi, polyphyllo, cincta; calix proprius ouario inſiſtens,

ſtens, quinquepartitus; corolla roſacea, petalis oblongis; bacca duobus ſeminibus, reniformibus, foeta.

Dantur et flores maſculini in diuerſa planta.

701. RIBES. *Linn.* Ed. V. n. 247.

Calix perſiſtens, ouario inſidens, monophyllus, quinquefidus; petala minima, ſegmentis calicis inſerta; *hinc flos dicitur aliis monopetalus, calice pro corolla aſſumto;* bacca globoſa, vmbilicata; ſemina multa, exigua.

RIBESIVM *Dill. H. Elth. p.* 324. *flores et fructus in racemis; calix plus minusue expanſus.*

GROSSVLARIA *Tourn.* 639. *flores ſolitarii ex alis foliorum; calix magis campanulatus.*

3. *TRISTYLAE.*

ALSINE *Linn. vid. Decanth. n.* 753.

702. COTINVS. *Tourn.* 610. *Linn.* Ed. prior. n. 288.

Calix exiguus, quinquefidus; corolla roſacea; fructus orbicularis, duro et impartibili putamine tegens ſemen triangulare. *Folia rotunda, longis petiolis adnata.*

Linnaeus in Edit. V. et Zinn. p. 208. *ad* RHVS *retulerunt.*

703. RHVS. *Tourn.* 611. *Linn.* Ed. V. n. 331.

Calix perſiſtens, exiguus, quinquefidus; corolla roſacea; fructus coriaceo inuolucro veſtitus,

tus, villosus; semen vnicum, oblongum. *Flores racemosi.*

Numerus partium in flore saepe auctus inuenitur.

TOXICODENDRON *Tourn.* 610. *fructu glabro, striato, tantum diuersum huc pertinet; nec non*

SVMACH *Rupp.* 135. *et*

VERNIX *Kaempf. Amoen. p.* 793. *quae est planta diphyta.*

704. CORRIGIOLA. *Linn.* Ed. V. n. 340. *Hall. Helv.* 391. POLYGONIFOLIA *Dill. G.* 95. *et* 169. POLYGONARIA *Heist. Syst.* 6.

Calix persistens, quinquefolius; corolla rosacea, petalis ouatis, calice vix majoribus; semen triquetrum, calice persistente arcte comprehensum.

ILLECEBRVM *Linn. a Ludwig. Def. n.* 536. *huc relatum, vid. inter Apetelas. n.* 970.

705. TVRNERA. *Plum. G.* 15. *Linn.* Ed. V. n. 338. HELIANTHEMOIDES *Boerh. II.* 260.

Calix externus, monophyllus, bifidus, persistens, internus infundibuliformis, quinquefidus, deciduus; petala angustis vnguibus tubo calicis inserta, limbis erecto-patentibus, amplis; stigmata capillacea, multifida; capsula vnilocularis; triualuis; semina plurima, oblonga, obtusa.

PVMILEA *Brown. Iam. p.* 188. *vix diuersum videtur genus; descriptio enim vnius speciei accurate conuenit; et altera parum diuersa, ab ipso Brownio dubie modo apponitur.*

706. SA-

706. SAROTHRA. *Linn.* Ed. V. n. 344.

Calix persistens, quinquepartitus, laciniis erectis, angustis; petala plerumque quina, angusta, obtusa; capsula acuta, vnilocularis, triualuis; semina minima, reniformia.

Ad GENTIANAM *refert Gronov. Virg.* 29.

707. SPATHE. *Brown. Iam. p.* 187.

Calix coloratus, pentaphyllus, foliolis oblongis; petala oblonga; filamenta staminum inferne latiora, subhirsuta et appendicula vtrinque referta, superne arcuata; stylus nullus, stigmata tria subrotunda; capsula oblonga, trigona, trilocularis; semina solitaria, triquetra.

708. CHLOROXYLVM. *Brown. Iam. p.* 187.

Calix monophyllus, rotatus, in quinque segmenta lanceolata profunde sectus; petala minima, laciniis calicis adnata; ouarium minimum, vmbilico crasso, carnoso, circumdatum; styli breues, stigmata acuta; fructus pulposus, sphaericus, nucleo bilobo, cortice lignoso tecto, foetus.

Ad LAVRVM *retulit Linn. Syst. Nat. Ed. X. p.* 1010.

709. PALIVRVS. *Tourn.* 616.

Calix concauus, quinquedentatus; petala minima, laciniis calicis inserta; fructus pulposus et fungosus, margine membranaceo cinctus; semina tria, subrotunda.

Ad RHAMNVM *retulit Linnaeus.*

710. MAV-

710. MAVROCENIA. *Linn.* Ed. prior. n. 289.

Calix monophyllus, profunde quinquefidus; petala minima; ſtyli breuiſſimi; bacca oblonga, tribus ſeminibus foeta.

Linn. Ed. V. n. 333. *et Zinn. p.* 210. *ad* CASSINEN *retulerunt.*

711. GRANADILLA. *Tourn.* 240. PASSIFLORA *Linn.* Ed. V. n. 910. *Hall. Goett.* 210.

Calix inferior triphyllus, ex quo pedunculus florem ſuſtinens, calix ſuperior pentaphyllus; corolla roſacea; corona filamentorum piſtillum cingens; thalamus, in columnam extenſus, ouarium ſuſtinet, ad cujus baſin ſtamina antheris incumbentibus; ſtyli ſtigmatibus capitatis; fructus ouatus, nonnihil carnoſus, ſemina, membrana inuoluta, continens.

Datur ſpecies petalis deſtituta.

MVRVCVIA *Plum. et Tourn.* 241. *membranam conicam, truncatam, loco coronae filamentoſae oſtendit et a Linnaeo ad praecedens genus refertur.*

4. *PENTASTYLA.*

SIBALDIA *Linn. vid. polyanth. n.* 807.

712. STATICE. *Tourn.* 341.

Calix communis, membranaceus, ſquamoſus, hemiſphaericus, floſculos comprehendens aggretatos, calix proprius infundibuliformis, limbo integro, plicato; corolla caryophyllaea; ſtamina vnguibus petalorum inſerta; ſemen oblongum,

gum, in calice contentum. *Radix fibrosa, perennis; folia graminea; caulis nudus, prope calicem tubo membranaceo obuolutus.*

713. LIMONIVM. *Tourn.* 341.

Squamae imbricatae circa flosculos, vel collectos, vel magis dispersos, dispositae; calix infundibuliformis, limbo expanso; corolla caryophyllaea; stamina vnguibus inserta; semen oblongum, in calice contentum.

Datur etiam species, LIMONIASTRVM *ab Heistero Fabric. p. 25. dicta, corolla monopetala, infundibuliformi, quae non tam ideo, quia, vt in pentapetalis, filamenta staminum vnguibus inserta sunt; sed potius, quia leuissima vi vngues coaliti secedunt et quinque petala constituunt, huc potest reduci.*

STATICE *Linn. Ed. V. n.* 348. LIMONIVM *Hall. Goett.* 348. *hoc et praecedens genus conjungit.*

714. SVRIANA. *Plum. G.* 37. *Linn.* Ed. V. n. 353.

Calix pentaphyllus, foliolis subrotundis, acuminatis, persistentibus; petala oblonga, patentia, calici aequalia; ouula quinque, stylis simplicibus, a latere ortis, ornata; semina quinque subrotunda.

715. RORELLA. *Rupp.* 114. ROS SOLIS *Tourn.* 245. DROSERA *Linn.* Ed. V. n. 351.

Calix tubulosus, semiquinquefidus, persistens; corolla caryophyllaea, petalis oblongis, vnguibus angustis; capsula oblongo-conica, vnilocularis, apice dehiscens; semina exigua. *Folia petio-*

petiolata, rotunda, setis rubentibus ciliata; caulis nudus; flores in spica homomalla.

716. ALDROVANDA. *Mont. Comm. Bonon T. II. P. III. p.* 404. *Linn.* Ed. V. n. 350.

Calix quinquepartitus, erectus, persistens; petala, acuminata, longitudine calicis, persistentia; styli breuissimi; capsula globosa, obsolete pentagona, vnilocularis, quinqueualuis; semina decem, interno capsulae parieti affixa.

717. MELOCHIA. *Dill. H. Elth. p.* 221. *Linn.* Ed. V. n. 743.

Calix persistens, monophyllus, semiquinquefidus, segmentis acutis; petala patentia, magna; filamenta staminum in tubum coalita; styli persistentes; capsula quinquelocularis, loculo quolibet bidentato et semen subrotundum continente.

718. DIOSMA. *Linn.* Ed. V. n. 241.

Calix persistens, quinquefidus, laciniis acutis; petala ouata, patentia; ouarium ex quinque vaginulis coalitum; styli breuissimi; capsulae inter se coalitae, sutura sua superius dehiscunt; semina solitaria, oblonga, membrana cartilaginea inuoluta.

Commelinus Rar. plant. p. 1. *ad* SPIRAEAM *retulit. Linnaeus nectarium quinquefidum, ouario impositum, et stylum simplicem describit.*

719. LINVM. *Tourn.* 339. *Linn.* Ed. V. n. 349.

Calix monophyllus, profunde quinquefidus, persistens; corolla fere caryophyllaea, petala ex

angustis vnguibus in limbos ampliores patentia; stamina breuia; styli longiores; capsula globosa, decemlocularis; semina ouato-plana, splendentia.

RADIOLA *Dill. G.* 126. CHAMAELINVM *Vaill. Par. Bot.* 33. LINOKARPVM *Mich. G.* 22. *vna vel quinta pars numeri eximitur, hinc calice quadrifido, petalis quaternis, staminibus et stylis quatuor et fructu octoloculari a praecedenti differt, et huc refertur.*

720. ARALIA. *Tourn.* 300. *Linn.* Ed. V. n. 346.
ANGELICA BACCIFERA *Raj.* 76.

Flos et fructus in racemis, inuplucro minimo cinctis; calix minor, ouarium ambiens, superne quinquedentatus; corolla rosacea; bacca globosa, striata, coronata, quinquelocularis; semina solitaria, oblonga.

721. BARRERIA. *Linn.* Ed. V. n. 347.

Calix quinquefidus, erectus, persistens; corolla rosacea, petala vnguibus longissimis donata, fructus ignotus. *Capitula florum terminalia.*

C. HEXANTHERA.

1. *MONOSTYLA.*

722. FRANCA. *Mich. G.* 23. FRANCKENIA *Linn.* Ed. V. n. 401.

Calix persistens, tubulosus, angulosus, quinquedentatus; corolla caryophyllaea, petalis subrotundis, vnguibus angustis, canaliculatis; stigma tripar-

tripartitum; capsula oualis, vnilocularis, triualvis; semina minima.

Linn. in Ed. prior. n. 423. ad decandrias retulit.

2. *DISTYLA.*

VELEZIA *Linn. vid. decanth. tristyl. n. 757.*

D. HEPTANTHERAE.

MONOSTYLAE.

AGRIMONOIDES *Tourn. vid. decanth. n. 793.*

723. LIMEVM. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1128.

Calix persistens, pentaphyllus, foliolis acuminatis, duobus magis exterioribus, petala ouata, calice breuiora; ouarium cingit margo, *nectarium Linnaeo dictus*, ex quo stamina breuiora surgunt; stylus bipartitus, staminibus breuior; capsula globosa, bilocularis; semina plura.

724. DRACONTIVM. *Linn.* Ed. V. n. 916.

Spatha cymbiformis, maxima; fructificationes in capitulum collectae; calix proprius nullus; petala ouata; stigma trigonum; bacca seminibus plurimis foeta. *Habitus Ari.*

POTTA *Burm. Zeyl.* 197. POTHOS *Linn. Ed. V. n. 918. spatha monophylla; spadix breuis, fructificationibus vndique tectus; petala et stamina quatuor; bacca subrotunda; qui vero characteres nondum accurate examinati sunt: hinc* DRACONTIO *subjunximus.*

E. OCTANTHERAE.

1. *MONOSTYLA.*

725. BAECKEA. *Linn.* Ed. V. n. 442.

Calix infundibuliformis, quinquedentatus; petala subrotunda, calici inserta; stamina duo breuiora inflexa; stigma capitatum; capsula globosa, quadrilocularis; semina subrotunda. *Flores alares solitarii.*

2. *DISTYLA.*

726. ACER. *Tourn.* 615. *Linn.* Ed. V. n. 1023.

Calix monophyllus, quinquefidus, persistens; corolla rosacea, petala ex interstitiis calicis, vel thalamo rotundiore balsamico, basin calicis occupante, cui et stamina adhaerent; ex medio thalamo in pluribus, *nonnulli enim flores mere staminei sunt*, oritur ouarium compressum, alatum, stylo duplici, vel triplici, ornatum; fructus constat ex duabus, raro tribus, capsulis, non dehiscentibus, in alam foliosam desinentibus, in quarum singula semen subrotundum. *Folia laciniata, vel angulosa.*

F. ENNEANTHERA.

1. *TRISTYLA.*

727. GARDENIA. *Auct. Colden. Essays Edinb.* 1756. *Vol. II. p.* 1.

Calix pentaphyllus, foliolis linearibus, acutis; petala lanceolata; stamina inferne in tres fasciculos coalita, inter quos tria nectaria crassa obtu-

obtuſa; ſtyli reflexi; capſula oblonga, obtuſe triquetra, trilocularis, triualuis; ſemina plurima, parua.

HYPERICO *ſimilis planta, ſed numero ſtaminum et inprimis nectariis diuerſa.*

G. DECANTHERAE.

I. *MONOSTYLAE.*

PSEVDO RVTA *Mich. vid. tetrapet. regul. n.* 564.

GRVINALIS *Riv. vid. pentapet. irregul. n.* 821.

728. BARTRAMIA. *Linn.* Ed. V. n. 480.

Calix deciduus, quinquefidus, laciniis infra apicem ariſtatis; corolla roſacea, petalis cuneiformibus; fructus globoſus, echinatus, in quatuor ſemina dehiſcens.

Affinis TRIVMFETTAE, *ſed calice et ſtaminum numero diuerſa: quorſum et refert Linn. Syſt. Nat. Ed. X. p.* 1044.

729. CONNARVS. *Linn.* Ed. V. n. 744.

Calix tomentoſus, monophyllus, quinquepartitus, perſiſtens; petala lanceolata, erecta; ſtamina baſi coalita, alternis minoribus; ſtigma obtuſum; capſula oblonga, gibba, vnilocularis, ſemine vnico foeta. *Folia ternata.*

730. IVSSIAEA. *Linn.* Ed. V. n. 478.

Calix perſiſtens, ouarium inuoluens, quinquefidus, ſegmentis acutis; petala ſubrotunda, patentia;

tentia; stigma capitatum, striatum; capsula longitudinaliter dehiscens, semina plurima continens.

731. HAEMATOXYLVM. *Linn.* Ed. V. n. 471. LIGNVM CAMPECHIANVM *Sloan. Iam. II. p.* 183.

Calix persistens, quinquefidus, segmentis ouatis; petala ouata, calice majora; stigma emarginatum; capsula vnilocularis, biualuis; semina oblonga, compressa.

732. CVPHEA. *Brown. Iam. p.* 216.

Calix coloratus, monophyllus, tubulosus, superne leuiter ampliatus, recuruus, villosus, quinquedentatus; petala ouata, vnguibus tenuibus ad denticulos calicis inserta; filamenta breuissima, e tubo calicis orta; ouarium calice inclusum, stigma obtusum; capsula oblonga, vnilocularis; semina plura, orbiculata, compressa, thalamo columnari centrali affixa.

733. ADENANTHERA. *Linn.* Ed. V. n. 472.

Calix monophyllus, minimus, quinquedentatus; petala oblongo-acuta, subtus concaua; antherae glandula annexa insignes; stigma simplex; legumen longum, compressum, seminibus subrotundis foetum.

734. ACISANTHERA. *Brown. Iam. p.* 217.

Calix monophyllus, ventricosus, quinquedentatus; petala ouata, calici superne inserta; stamina

mina vix aequalia, corolla breuiora; ouarium calice tectum et coronatum, ſtigma acutum; capſula ſubrotunda, bilocularis; ſemina plurima, parua, ſubrotunda.

In icone ſtamina corolla longiora et ſtigma craſſius adparent.

Linnaeus Syſt. Nat. Ed. X. p. 998. ad RHEXIAM *retulit.*

735. BARBILVS. *Brown. Iam. p. 216.*

Calix paruus, campanulatus, quadri-vel quinquefidus; *corolla quandoque tetrapetala*; petala parua, lanceolata, margini calicis anteriori inſerta; ſtamina octo vel decem, e fundo calicis orta; ſtylus breuis, ſtigma obtuſum; capſula ouata, trilocularis, loculamentis diſpermis.

736. TRICHILIA. *Brown. Iam. p. 278. Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1134.

Calix minimus, campanulatus, quadri-vel quinquecrenatus; petala oblonga, aetate reflexa; filamenta in tubum coalita, pro nectario a Linnaeo habita; ſtigma capitatum, tridenticulatum; capſula ſubrotunda, obtuſe triloba, trilocularis, triualuis; ſemina membrana propria carnoſa tecta, in ſingulo loculo ſolitaria, vel gemina.

Capſulam vnilocularem triſpermam dicit Linnaeus.

737. TRIBVLVS. *Tourn. 265. Linn.* Ed. V. n. 476. TRIBVLVS TERRESTRIS *Raj.* 135.

Calix pentaphylloides; corolla roſacea, patens; ſtylus breuis, capitatus; capſula ſubrotun-

da, muricata, ex quinque partibus triangularibus constans; semen oblongum in quolibet loculo. *Radix annua; folia pinnata, extremo impari.*

Genus forte singulare meretur species, corolla monopetala, quinquefida; calice minore, stigmate conico decem striis notato, seminibus decem angulosis, thalamo columnari adnatis praedita, a Brown. Iam. p. 220. descripta.

738. FABAGO. *Tourn.* 258. ZYGOPHYLLVM *Linn.* Ed. V. n. 474.

Calix pentaphyllus, foliolis subrotundis; corolla rosacea; stamina ad basin filamentorum totidem squamis, ouarium cingentibus stipata; fructus plus minusque pulposus, cylindricus, vel subrotundus, pentagonus, quinqueualuis; semina compressa. *Folia carnosa.*

Datur species, quae vnam partem numeri excludit.

739. FAGONIA. *Tourn.* 265. *Linn.* Ed. V. n. 475. ORBITOCHORTVS *Knaut.* 215.

Calix pentaphyllus, deciduus; corolla rosacea, petalis amplis, distantibus; capsula pentagona, ex quinque vaginis, axi, in spinam eminentem abeunti, accretis, composita; in singula semen subrotundum. *Folia ternata.*

740. LEDVM. *Rupp.* 126. *Linn.* Ed. V. n. 483.

Calix minimus, quinquedentatus; petala ouata, patentia; capsula subrotunda, quinquelocularis; semina oblonga, copiosa.

741. GVILANDINA. *Linn.* Ed. V. n. 464.
BONDVC *Plum. G.* 25.

Calix monophyllus, tubulosus, semiquinquefidus; corolla rosacea, petalis concauis; stamina alterna, minora; legumen rhomboideum, ventricosum; semina ossea, globoso-compressa, inter dissepimenta transuersalia.

Datur etiam species relatiua diphyta.

MORINGA *Burm. Zeyl.* 162. *a Linnaeo huc refertur.*

742. CYNOMETRA. *Linn.* Ed. V. n. 466.
CYNOMORIVM *Rumph. Amb. I.* 163.

Calix tetraphyllus, foliolis duobus oppositis, latioribus; petala lanceolata; stamina petalis multum longiora; fructus carnosus, lanatus, compressus, tuberculatus, semine vnico reniformi foetus.

743. AZEDARACH. *Tourn.* 616. AZADIRACHTA *Breyn. Prodr. II.* 47. MELIA *Linn.* Ed. V. n. 473. ZEDERACHIA *Heist. Fabric. p.* 221.

Calix monophyllus, minimus, quinque- vel sexdentatus; corolla ex petalis quinque vel sex angustis constat; tubo cylindraceo, ex medio surgenti, superne multifido; intus antherae adhaerent; stylus obtuse trifidus; bacca nucem subrotundam, quinquestriatam, quinquelocularem continens; in quolibet loculo latet nucleus oblongus.

744. MELASTOMA. *Burm. Zeyl.* 155. *Linn.* Ed. V. n. 481.

Calix ouarium cingens, ventricosus, quinquedentatus; corolla rosacea, petalis subrotundis; stamina quaedam appendice in medio notata; stigma incuruum; bacca quinquelocularis, dentibus calicis coronata; semina plurima.

ACINODENDRON *Linn. quod in prima Ed. generum separatim exhibuerat, postea huc retulit.*

2. *DISTYLAE.*

745. TVNICA. *Rupp.* 117. *Dill. H. Elth. p.* 400. CARYOPHYLLVS *Tourn* 329. DIANTHVS *Linn.* Ed. V. n. 400.

Calix persistens, monophyllus, tubulosus, quinquedentatus, squamis quatuor alternis ad basin cinctus; corolla caryophyllaea, petalorum limbis amplis, crenatis, vel laciniatis; styli apice reflexi; capsula oblonga, fere cylindracea, vnilocularis, apice dehiscens; semina compressa, marginata. *Radix fibrosa; folia longa integerrima, opposita, caules cingentia.*

746. SAPONARIA. *C. B. Pin.* 206. *et Linn.* Ed. V. n. 499.

Calix persistens, oblongus, monophyllus, quinquedentatus; corolla caryophyllaea, petalorum vngues angusti, limbi plani, integri; capsula oblonga, vnilocularis; semina subrotunda. *Folia opposita.*

Ad LYCHNIDEM *refert Tournefortius.*

VACCARIA *Dod.* 104. *huc pertinet.*

GY-

GYPSOPHYLA *Linn. Ed. V. n. 498. quae calice campanulato, angulato, petalis fere ſeſſilibus, et capſula globoſa a* SAPONARIA *differt, forte melius huc reduci poterit.*

747. MITELLA. *Tourn.* 242. *Linn.* Ed. V. n. 496.

Calix monophyllus, ſemiquinquefidus, perſiſtens; corolla roſacea, petalis multifidis, calice majoribus; capſula ſubrotunda, acuminata, vnilocularis, biualuis, forma mitrae epiſcopalis dehiſcens, valuis aequalibus; ſemina ſubrotunda.

748. TIARELLA. *Linn* Ed. V. n. 495.

Calix perſiſtens, quinquepartitus; petala ouata, calici aequalia, indiuiſa; ſtamina longiora; capſula oblonga, vnilocularis, biualuis, valuis inaequalibus; ſemina plurima.

MITELLAE *quasdam ſpeci*[illegible]*uo hoc genere ſeparauit Linnaeus.*

749. OOSTERDYCKIA. *Burm. Afric. Tab.* 96. CVNONIA *Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1136.

Calix minimus, pentaphyllus; petala ouata, ſeſſilia; ſtamina corollae longitudine; ſtyli corolla longiores, capſula oblonga, acuminata, bilocularis; ſemina plurima, ſubrotunda.

750. SAXIFRAGA. *Boerh. I.* 222. *Linn.* Ed. V. n. 494.

Calix monophyllus, quinquefidus, perſiſtens; corolla roſacea, vnguibus petalorum plus minusve anguſtis; ouarium, vel calice ex parte cinctum,

ctum, vel eidem insistens; capsula birostris, bilocularis; semina exigua.

GEVM *Tourn.* 251. *quod petala magis plana et ouarium calici insidens ostendit, huc referri potest.*

HIRCVLVS *Clus. Cur. Post.* 5. *ad* SAXIFRAGAM *refertur; habet vero ad basin petalorum lacunam nectariferam, ex rima biualui constructam.*

751. HYDRANGEA. *Linn.* Ed. V. n. 492.

Calix paruus, ouarium complectens, quinquedentatus, persistens; petala subrotunda; stamina alterna breuiora; capsula subrotunda, calice coronata, birostris, transuersin bilocularis; semina minima, angulosa.

3. *TRISTYLAE.*

752. BANISTERIA. *Linn.* Ed. V. n. 509.

Calix minimus, persistens, quinquefidus, subtus tuberculis nectariferis praeditus; petala orbiculata, patentia, vnguibus oblongis; stamina minima; semina tria coalita, alata.

Nectaria duo ad basin petalorum describit, speciemque singularem, cujus fructus sex alas habet, majores sursum, et sex minores deorsum directas, recenset Burm. in Plum. Fasc. I. p. 9.

753. ALSINE. *Tourn.* 243. *Hall. Helv.* 385.

Calix quinque, vel quadrifolius; corolla rosacea, tetra-vel pentapetala, petalis oblongis, integris, bifidis, trifidis; stamina quinque, octo, vel

vel decem; ſtyli tres, quatuor, quinque; fructus ſubrotundus, vel conicus, vnilocularis, apice dehiſcens; ſemina exigua.

Hallerus vnico generico nomine aſſumto, in ordines digeſſit: Linnaeus vero genera, a Ruppio et Dillenio formata, ſic diſpoſuit.

ALSINE *Linn. Ed. prior. n.* 445. *petala quinque bifida; ſtamina decem; ſtyli tres vel quinque; capſula vnilocularis, ſexualuis.*

ALSINE *Linn. Ed. V. n.* 341. *petala quinque calice longiora; ſtamina quinque; ſtyli tres; capſula trilocularis.*

STELLARIA *Linn. Ed. V. n.* 504. *petala quinque bipartita; ſtamina decem; ſtyli tres; capſula vnilocularis, ſexualuis. Species hujus generis antea ad* ALSINEN *retulerat Linnaeus.*

ARENARIA *Rupp.* 112. *Linn Ed. V. n.* 505. *petala quinque integra; ſtamina decem; ſtyli tres; capſula vnilocularis, quinquefariam dehiſcens.*

SPERGVLA *Linn. Ed. V. n.* 519. *petala quinque integra; ſtamina decem; ſtyli quinque; capſula vnilocularis, quinqueualuis.*

SPERGVLA *Dill. G.* 131. ARENARIAS *et* SPERGVLAS, *ob petala integra, conjungit.*

HOLOSTEVM *Dill. G.* 130. *Linn. Ed. prior. n.* 301. *petala quinque tridentata; ſtamina quinque, ſtyli tres.*

HOLOSTEVM *Linn. Ed. V. n.* 98. NVMMVLARIA *ejusdem Nov. Gener. n.* 1005. *differt a priori, quod in hac Gen. editione omiſſum eſt, eique adſcribit, petala quinque bipartita; ſtamina tria; ſtylos tres; capſulam vnilocularem, apice triualuem.*

PO-

POLYCARPON *Loefl. et Linn. Syst. Nat. Ed. X, n.* 1110. *petala quinque breuissima, emarginata; stamina tria; stylos tres; et capsulam vnilocularem triualuem gerit. In Spec. Tom. I. p.* 89. *Linnaeus hanc ad* MOLLVGINEM *retulit, et quatuor modo petala descripsit.*

SAGINA *Linn. Ed. V. n.* 162. ALSINELLA *Dill. G.* 124. SPERGVLA *Rupp.* 73. *calix quadrifolius; petala quatuor calice breuiora; stamina et styli quatuor; capsula quadrilocularis.*

BVFONIA *vid. tetrap. regul. dianth. n.* 508.

MOEHRINGIA *vid. tetrap. regul. octanth. n.* 573.

Has minimas ALSINES *species, inprimis muscosam, petalis destitutas; staminibus quatuor vel octo; stylo etiam simplici breuissimo instructas cognouimus; immo inter* SAGINAE *species ipse Linnaeus Spec. Tom. I. p.* 128. *vnam recensuit, quae stylum vix vllum; stigma modo obtusum; et capsulam rostratam vnilocularem habet: hinc summa partium in numero varietas, vix aliquid certi relinquit.*

754. CERASTIVM. *Dill. G.* 99. *Linn.* Ed. V. n. 518. MYOSOTIS *Tourn.* 244. *Hall. Helv.* 383.

Calix pentaphyllus; petala diuersa figura et magnitudine, vt plurimum erecta, expansa, bifida; stamina decem vel quinque; filamenta interdum quinque sterilia; styli tres vel quinque; capsula oblonga, fere cylindracea, longa, cornu similis, interdum incuruata, apice dehiscens; semina exigua. *Habitus* ALSINES; *folia opposita.*

755. CHER-

755. CHERLERIA. *Hall. Helv.* 391. *Linn.* Ed. V. n. 506.

Calix pentaphyllus, foliolis oblongis, cuspidatis; petala quinque minima, cordiformia, *vngues dicuntur Hallero, nectaria Linnaeo*; ſtamina decem, alterna, petalis annexa; ſtyli tres; capſula ouata; ſemina hinc conuexa, inde angulosa. *Habitus Alſines; folia oppoſita.*

756. CVCVBALVS. *Tourn.* 339. *Hall. Goett.* 147.

Calix monophyllus, campaniformis, quinquefidus; corolla caryophyllaea, petalis bifidis; ſtamina decem; ſtyli tres; fructus globoſus, membranaceus, ſiccus; ſemina reniformia, ſplendentia. *Habitus Alſines altius ſcandentis.*

Ad ſuum CVCVBALVM *retulit Linnaeus.*

757. LYCHNIS. *Tourn.* 336.

Calix monophyllus, quinquedentatus, varius; corolla caryophyllaea, limbo vario; ſtamina decem; ſtyli tres, vel quinque; capſula ouata, vnilocularis, trilocularis, quinquelocularis. *Folia integra, oppoſita.*

Inſignis partium in hoc genere varietas, efficit, vt multi noua genera ſtatuerint, quae ex his forte quodammodo cognoſci poterunt:

LYCHNIS *Linn. Ed. prior. n.* 451. *calix monophyllus, inflatus; petalorum vnguis membranis auctus, limbus bifidus vel quadrifidus, denticuli bini ad ortum limbi; ſtyli quinque; fructus vnilocularis. In Edit. V. n.* 517. *eosdem fere characteres retinuit; denticulos vero ad ortum limbi poſitos omiſit,*

omisit, *et varias* SILENES *et* CVCVBALI *species huic generi apposuit in Spec. Tom. I. p.* 436.

AGROSTEMA *Linn. Ed. prior. n.* 449. NIGELLASTRVM *Riv. et Heist. Cat.* 1732. *p.* 24. *calix monophyllus*, *striatus*, *segmentis longissimis; limbi petalorum integri*, *nullis denticulis ornati; styli quinque; fructus vnilocularis. In Edit. V. n.* 516. *ad denticulos corollae non respexit*, *sed modo calicem tubo coriaceo instructum*, *pro charactere generico assumsit*, *hinc species corolla coronata*, *vel nuda in speciebus recensuit*, *hucque reduxit*

CORONARIAM *Linn. Ed. prior. n.* 450. *calix monophyllus*, *quinquangularis; corolla denticulis coronata*, *petalorum limbi cordati.*

SILENE *Linn. Ed. prior. n.* 444. *calix monophyllus clauaeformis*, *quinquedentatus; petalorum limbi emarginati*, *corolla denticulis coronata; styli tres vel quinque; capsula tri vel quinquelocularis. In Edit. V. n.* 503. *primarius character est*, *corolla denticulis coronata; styli tres; capsula vnilocularis.*

MVSCIPVLA *Riv. Rupp.* 125. *fructu triloculari*, *et*

VISCARIA *Riv. Rupp.* 126. *fructu quinqueloculari huc referantur; videntur tamen loculi inferius distincti*, *qui superius sub apice*, *vbi dehiscit*, *in vnum loculum terminantur.*

VISCAGO *Dill. H. Elth. Tom. II. p.* 416. *capsula tripartita et caule viscido diuersa*, *huc referatur.*

CVCVBALVS *Linn. Ed. prior. n.* 443. *calix inflatus*, *quinquedentatus; petalorum limbi bifidi;*

styli

ſtyli tres, vel quinque; capſula vni-vel trilocularis. In Ed. V. n. 502. calicem oblongum; corollam nullis denticulis coronatam; limbum emarginatum; ſtylos tres et capſulam trilocularem pro charactere adſumſit.

OTITES *Tab.* 1204. *et Rupp.* 125. *florem ſtamineum et piſtillatum in diuerſa planta fert.*

OCYMASTRVM *Riv. fructu vniloculari.*

CVCVBALVS *Tourn.* 339. *fructu vniloculari, baccam mentiente; et*

BEEN *album offic. fructu triloculari, a Linnaeo ad* CVCVBALVM *referuntur.*

VELEZIA *Linn. Ed. V. n.* 403. *calix monophyllus, quinquefidus; petala calice vix majora, bidentata; ſtamina ſex; ſtyli duo; capſula vnilocularis; ſemina plurima. Ad* SILENEN *retulit Sauv. Monſp.* 145. *et cum ſtaminum numerus nondum certo definitus ſit, liceat eandem ad* LYCHNIDEM *referre.*

LYCHNIDIS *familiam ad tria genera reduxit Hallerus:*

VISCAGO *Hall. Helv.* 373. *ſtyli tres; fructus trilocularis; quorſum* SILENES *et* CVCVBALOS *Linn. triloculares;* MVSCIPVLAM *et* VESICARIAM *Riv. nec non* OTITEN *retulit.*

SILENE *Hall. Helv.* 375. SILENES *vniloculares Linn. complectitur.*

LYCHNIS *Hall. Helv.* 376. *ſtyli quinque;* LYCHNIDEM, AGROSTEMA, CORONARIAM *et* CVCVBALOS *vniloculares Linn. complectitur.*

Heiſterus Cat. 1732. *p.* 24. *a petalis ſolis genera diſtinguit:*

LYCHNIS *petalorum limbis integris.*

LYCHNOIDES *petalorum limbis bifidis.*

CVCVLI, CVCVLLARIA *Heist. Fabric. p.* 104 *petalorum limbis multifidis.*

Zinnius p. 188. *duo modo constituit genera. et*

VISCAGINI *stylos tres;*

LYCHNIDI *stylos quinque tribuit.*

Nos etiam, propter summam partium varietatem, LYCHNIDIS *familiam in duo tantum genera, vt Tournefortius fecit, distribuendam esse censemus; ea ratione, vt* CVCVBALI *species sint, quae tres stylos et capsulam trilocularem habent;* LYCHNIDI *autem stylos quinque et capsulam vnilocularem tribuamus.*

758. DRYPIS. *Mich. G.* 24. *Linn.* Ed. V. n. 501.

Calix monophyllus, inflatus, quinquedentatus, persistens; corolla caryophyllaea, limbis petalorum bipartitis; capsula vnilocularis, globosa; semen vnicum, reniforme.

759. ERYTHROXYLVM. *Brown. Iam. p.* 278. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1137.

Calix paruus, campanulatus, quinquefidus, persistens; petala oblonga, appendiculis totidem foliaceis, fimbriatis, ad basin inferne ornata; stamina inferne coalita; styli staminibus longiores, stigmata globosa; bacca parua, oblonga, nucleo vnico, trilobo, foeta.

760. SPON-

760. SPONDIAS. *Linn.* Ed. V. n. 453. *Brown. Iam. p.* 228. MONBIN. *Plum. G.* 44.

Calix monophyllus, paruus, quinquedentatus, coloratus; petala parua, lanceolata, erecto-patentia; ſtamina quinque petalis interpoſita, reliqua minora, petalis ſuppoſita; ſtyli vt plurimum tres, quandoque quatuor, ſtigmata obtuſa; bacca ſubrotunda, elongata, linea longitudinali notata, nucem inaequalem tri-vel quadrilocularem, nucleis ſolitariis refertam, continens.

Stamina nouem; ſtylum ſimplicem et ſtigma trifidum, deſcripſit Linnaeus in generibus l. c. ſquamulas vero decem, inter ſtamina poſitas, nectariferas; ſtylos quinque in columnam pentagonam conniuentes, et nucem quinquelocularem, ex obſeruatione Loefiingii, deſcripſit Syſt. Nat. Ed. X. p. 1382.

761. MALPIGHIA. *Plum. G.* 46. *Linn.* Ed. V. n. 508.

Calix minimus, perſiſtens, monophyllus, quinquefidus; glandulae duae, ſingulae laciniae externe adnatae; corolla roſacea, petalis reniformibus, magnis, vnguibus linearibus; filamenta ſtaminum in cylindrum poſita; ſtyli obtuſi; fructus globoſus, carnoſus, vnilocularis; nuces tres alatae, nucleo ſimplici in qualibet nuce.

4. *PENTASTYLAE.*

SPERGVLA *Linn. vid. decanther. triſtylas n.* 753.

762. HVGONIA. *Linn.* Ed. V. n. 745.

Calix monophyllus, profunde quinquefidus, ſegmentis acutis, perſiſtens; petala patentia, ſub-

ſubrotunda; ſtamina inferne coalita; ſtigmata capitata; bacca globoſa, ſemen vnicum, ſtriatum, continens.

Linnaeus in Fl. Zeyl. n. 249. ſtylos modo tres numerauit.

763. AVERRHOA. *Linn.* Ed. V. n. 511.

Calix paruus, quinquefidus, perſiſtens; petala erecto patentia, vt plurimum quinque; ſtamina alterna, breuiora; bacca coronata, plus minus anguloſa, continens nucleum, ex nonnullis ſeminibus anguloſis, membrana inuolutis, conſtantem. *Folia pinnata; flores et fructus in racemis.*

5. *POLYSTYLAE.*

764. NEVRADA. *Linn.* Ed. V. n. 520. TRIBVLASTRVM *Juſſ. cit. Linn.* Ed. prior. n. 420.

Calix monophyllus, ouarium complectens, quinquedentatus; petala calice maiora; ſtyli decem; capſula orbiculata, depreſſa, aculeata, decem locularis; ſemen in quolibet loculo ſolitarium.

765. PHYTOLACCA. *Tourn.* 299. *Linn.* Ed. V. n. 521.

Calix nullus; corolla roſacea, perſiſtens, petalis ſubrotundis, inflexis, concauis; ſtyli decem; bacca orbiculata, compreſſa, plerumque decem ſulcata; ſemina reniformia. *Flores ſpicati.*

H. PO-

H. POLYANTHERAE.

I. *MONOSTYLAE.*

766. TILIA. *Tourn.* 611. *Linn.* Ed. V. n. 587.

Ligulae foliaceae, communi flosculorum pedunculo adnascentes; calix quinquefidus, deciduus; corolla rosacea, petalis oblongis; stylus breuissimus, stigmate pentagono; capsula oblonga, quinquelocularis; ast vnicum plerumque modo semen adolescit.

Species americana, squamulas quinque petalis annexas, ostendit.

767. PORTVLACA. *Tourn.* 236. *Linn.* Ed. prior. n. 523. ANDRACHNE *Siegesb.* 9.

Calix monophyllus, inferiorem partem ouarii arcte cingens, bifidus, persistens; corolla rosacea; stylus quinque- aut sexfidus; capsula ouata, duplici testa constans, quarum prior horizontaliter, altera paulo post simili modo secedit, vnilocularis; semina exigua. *Folia crassiuscula, succulenta.*

768. ANACAMPSEROS. *Linn.* Ed. prior. n. 524. TELEPHIASTRVM *Dill. H. Elth. p.* 375.

Calix persistens, bifolius; corolla rosacea, petalis concauis; stigmata tria; capsula triangularis, triualuis, vnilocularis; semina plurima, parua.

PORTVLACA *Linn. Ed. V. n.* 511. *hoc, et praecedens genus, conjungit. Ast licet in hac axillae*

foliorum pilosae sint et folia conjugata; propter fructum tamen diuersum genus meretur.

ANACAMPSEROS *Brown. Iam. p. 234. calicem habet pentaphyllum, foliolis subrotundis, concauis, et petala quinque vel sex, foliolis calicis similia; reliqui vero characteres conueniunt.*

769. HELIANTHEMVM. *Tourn.* 248. *Hall. Helv.* 358. CHIRONIA *Caesalp.* 397. CHAMAECISTVS *C. B. Pin.* 466.

Calix pentaphyllus, foliolis tribus majoribus, duobus externis minoribus; corolla rosacea, petalis subrotundis; stigma orbiculatum; capsula subrotunda, vnilocularis, triualuis; semina exigua.

Ad CISTVM *refert Linnaeus Ed. V. n.* 598. *et Hall. Goett.* 114.

770. VATERIA. *Linn.* Ed. V. n. 592.

Calix persistens, quinquefidus, segmentis acutis; petala ouata; stamina copiosa; capsula coriacea, turbinata, vnilocularis, triualuis; semen vnicum, ouatum, continens.

771. MENTZELIA. *Plum. G.* 40. *Linn.* Ed. V. n. 595.

Calix ouario insistens, quinquefolius, foliolis lanceolatis, deciduis; corolla rosacea; ouarium longum; capsula cylindracea, vnilocularis; semina multa, subrotunda. *Flores alares, solitarii.*

772. HAR-

772. HARMALA. *Tourn.* 257. MELANTHIVM *Breyn. Prodr. II. p.* 78. PEGANVM *Linn.* Ed. V. n. 530.

Calix pentaphyllus, foliolis anguſtis; corolla roſacea, petalis oblongis; filamenta baſi ampliora; ſtigmata tria; capſula ſubrotunda, trigona, triualuis, trilocularis; ſemina anguloſa.

773. TRIVMFETTA. *Plum. G.* 40. *Linn.* Ed. V. n. 529.

Calix nullus; petala anguſta, reflexa, decidua; ſtamina plerumque ſedecim; ſtigma bifidum; capſula globoſa, quadrilocularis, aculeata; ſemina duo in ſingulo loculo.

Duas ſpecies deſcripſit Brown. Iam. p. 232. *in vtraque calicem pentaphyllum, deciduum; in vna vero glandulas minimas, ad inſertionem petalorum et capſulam quadrilocularem; in altera vero nullas glandulas et capſulam trilocularem notauit.*

774. CORCHORVS. *Tourn.* 254. *Linn.* Ed. V. n. 599.

Calix pentaphyllus, deciduus; corolla roſacea, petalis oblongis, inferne anguſtis, ſuperne obtuſis; ſtigma bifidum; capſula cylindracea, acuminata, quinquelocularis, quinqueualuis; ſemina anguloſa.

CORETA *Brown. Iam. p.* 147. *calice nullo; corolla tetrapetala, tetranthera; ſtylo, ſtigmate ampliato, lacerato, praedito et capſula longa biloculari, quadriualui, differt; et ſpecies prima eſt* CORCHORI *Linn. Spec. Tom. I.* 529.

775. SARRACENA. *Tourn.* 757. *Linn.* Ed. V. n. 578. COILOPHYLLVM *Moris.* III. p. 533. BVCANEPHYLLON *Pluckn.* *Tab.* 376.

Calix inferior minor, triphyllus, deciduus, superior pentaphyllus, major, coloratus, deciduus; corolla rosacea, petalis inflexis; stylus breuis, clypeo quinquangulari, magno, instructus; capsula subrotunda, quinquelocularis; semina acuminata, parua.

776. CISTVS. *Tourn.* 259.

Calix pentaphyllus, foliolis duobus alternis minoribus; corolla rosacea, petalis subrotundis, nonnihil concauis, magnis; stigma orbiculatum; capsula subrotunda, acuminata, quinquelocularis; semina exigua. *Habitus fruticosus; folia opposita.*

777. CLVSIA. *Plum.* G. 21. *Linn.* Ed. V. n. 577. CENCHRAMIDEA *Pluckn.* *Tab.* 157.

Ouarium sub calice; calicis foliola minima; petala margini ouarii inserta, cum calice alterna, concaua; staminum filamenta introrsum flexa; ex centro floris breue, crassum, corpusculum, stigmate plano, sex striis totidemque denticulis insignito, tectum; capsula ouata, sulcata, sexlocularis, sexualuis; semina ouata, pulpa tecta, columnulae angulosae, cui valuae adhaerent, affixa.

Flores duo quandoque coalescunt et numerus partium maxime variat. Linnaeus calicis et corollae quinarium numerum adsumsit; nos plerumque septem

septem foliola calicis et corollae, et decem vel duodecim stamina inuenimus.

Brownius Iam. p. 236. calicem polyphyllum imbricatum; corollam tetrapetalam; ouarium quadrigonum, truncatum; stylum nullum, stigmata duodecim distincta; capsulam pluriualuem, in duodecim loculamenta diuisam, descripsit.

778. PRVNVS. *Linn.* Ed. V. n. 546. *Zinn. p.* 144.

Calix monophyllus, campanulatus, quinquefidus; corolla rosacea, petalis subrotundis, calici insertis; stamina calici inserta; stigma orbiculatum; fructus pulposus, subrotundus, nucem continens, vnico nucleo foetam.

Huc Linnaeus sequentia genera optime refert; cum characteres distinctiui, et insufficientes sint, et minus constantes.

PADVS *Linn. Ed. prior. n. 476. calix non deciduus; fructus parum pulposus; nux scabra, oblonga.*

LAVROCERASVS *Tourn. 627. et* PADVS *Rupp. 125. in hoc genere conjunguntur.*

CERASVS *Tourn. 625. Linn. Ed. prior. n. 475. calix deciduus; fructus subrotundus, laeuis; nux subrotunda, sutura tenui, ab vno latere eminente.*

PRVNVS *Tourn. 622. calix deciduus; bacca ouata vel globosa, laeuis; nux oblongo-compressa.*

ACACIA GERMANORVM *huc pertinet.*

ARMENIACA *Tourn. 623. calix deciduus; fructus globosus, ad latera quodammodo compressus, villosus; nux subrotunda, glabra.*

PRVNVS *Linn. Ed. prior. n.* 474. ARMENIACAM *et* PRVNVM *Tourn. conjungit.*

779. AMYGDALVS. *Tourn.* 627.

Calix monophyllus, tubulosus, quinque segmentis diuisus, deciduus; corolla rosacea, petalis oblongis; stylus capitatus; bacca oblonga, compressa, cuticula villosa, et pulpa per maturitatem sicca, cincta; nux oblonga, laeuis, reticulata, porosa; nucleus ejusdem figurae.

780. PERSICA. *Tourn.* 624.

Flos Amygdali; bacca subrotunda, cuticula villosa, et pulpa molli, cincta; nux oblonga, vtrinque acuminata, scrobiculis profunde insculptis, notata; nucleus oblongus.

AMYGDALVS *Linn. Ed. V. n.* 545. *et Linn. p.* 145. *hoc, et praecedens genus, conjungit: nec male.*

781. CHRYSOBALANVS. *Linn.* Ed. V. n. 585. *Brown. Iam. p.* 350. ICACO *Plum. G.* 44.

Calix planus, quinquedentatus, persistens; corolla rosacea, petalis ouatis; stamina copiosa, villosa; bacca magna, ouata, nucem sulcatam continens.

782. MICROCOS. *Burm. Zeyl.* 159. *Linn.* Ed. V. n. 588.

Calix pentaphyllus, deciduus; petala minima, angusta, emarginata; bacca subrotunda, nuce fibrosa, turbinata, repleta.

783. ELA-

783. ELAIOCARPOS. *Burm. Zeyl.* 39.
ELAEOCARPOS *Linn.* Ed. V. n. 589.

Calix pentaphyllus, foliolis lanceolatis; petala laciniata, calici aequalia; bacca rotunda, nuce ſphaerica, criſpa, foeta.

784. GVAIACVM. *Plum. G.* 39. *Linn.* Ed. V. n. 465.

Calix pentaphyllus, foliolis, oblongis, deciduis; corolla roſacea, petalis oblongis, concavis, calice majoribus; ſtamina decem vel plura; ouarium thalamo columnari inſiſtens, ſtylus tenuis; bacca coriacea, ſemen vnum alterumque pulpa cinctum, continens.

785. MVNTINGIA. *Plum. G.* 41. *Linn.* Ed. V. n. 575.

Calix perſiſtens, monophyllus, profunde quinquefidus, ſegmentis acutis; corolla roſacea, petalis ſubrotundis; ſtamina copioſa; ouarium villoſum; ſtylus breuiſſimus, ſtigma ſtellatum, perſiſtens; bacca globoſa, vnilocularis, ſeminibus ſubrotundis, copioſis, foeta.

786. OCHNA. *Linn.* Ed. V. n. 584. IABOTAPITA *Plum. G.* 42.

Calix monophyllus, profunde quinquefidus; corolla roſacea, petalis obtuſis, vnguibus anguſtis; ſtamina parua; baccae duae vel plures, thalamo carnoſo ſuſceptae, vnico ſemine foetae.

787. GREWIA. *Linn.* Ed. V. n. 914.

Calix pentaphyllus, foliolis coriaceis, intus coloratis; corolla roſacea, petalis calice minoribus,

bus, ad basin squamula incurua ornatis; thalamus in columnam extensus, pentagonus, ouarium subrotundum sustinens; stigma quadrifidum; bacca quadrangularis, ex quatuor quasi baccis, globoso semine foetis, coalita.

788. GVAIAVA. *Tourn.* 660. PSIDIVM *Linn.* Ed. V. n. 541.

Calix ouarium arcte cingens, superne quinquefidus; corolla rosacea, petalis ouatis, concavis; stylus longus; bacca magna, ouata, coronata, in cujus carne multa semina exigua nidulantur.

789. WINTERANA. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1140. CANELLA *Brown. Iam. p.* 275. CORTEX WINTERANVS *offic.*

Calix monophyllus, in tres lacinias, concavas, crenulatas, diuisus; petala oblonga, calice duplo longiora; stamina sistunt tubum conicum, truncatum, externe antheris plurimis obsitum; stigma bi- vel trifidum; bacca subrotunda, bi- vel trilocularis, in singulo loculo semina duo cordata.

790. MYRTVS. *Tourn.* 640. *Linn.* Ed. V. n. 543.

Calix ouarium arcte cingens, superne quinquefidus; corolla rosacea, petalis ouatis; bacca oblonga, vmbilicata, trilocularis; semina multa, reniformia. *Planta semper virens; folia suaueolentia.*

Dantur

Dantur species, quae calicem, vel integerrimum, vel quadrifidum; et quatuor modo petala habent ex quibus nouum genus, nomine MYRCIAE, *condidit Linnaeus in Fl. Zeyl. p.* 83. *quod vero, vt et* MYRTOIDEM *H. Cliff.* 489. *denuo* MYRTO *restituit.*

791. CACAO. *Tourn.* 660. THEOBROMA *Linn.* Ed. V. n. 806.

Calix pentaphyllus, foliolis ouatis, deciduis; corolla rosacea, petalis sinuatis; tubus profunde quinquefidus, ouarium complectens, nectarium dictus; filamenta tubo adnata quinque, singulo superius quinquefido; bacca oblonga, quinquangularis, lignoso et inaequali cortice vestita; semina carnosa, amygdalinis similia, quinquefariam disposita.

Calicem triphyllum et petalum singulum, seta bifida cornutum, descripsit Linnaeus.

GVAZVMA *Plum. G.* 36. *quae fructu subgloboso, scabro, poroso, quinqueloculari gaudet, a Linnaeo partim huc, partim ad* CORCHORVM, *refertur.*

792. CITRVS. *Linn.* Ed. V. n. 807.

Calix monophyllus, planus, quinquedentatus, minimus; corolla rosacea, petalis ex basi lata oblongis; filamenta ad basin quodammodo coalita; stigma globosum; fructus sub cortice carnoso, aromatico, pulpam continet, nouem loculamentis diuisam; semina subouata, callosa, bina in quolibet loculo.

Huc referatur:

AVRANTIVM *Tourn.* 620. *folia oblongo cuspidata, petiolo cordiformi adnata; fructus rotundus, superne nonnihil depressus.*

CI-

CITREVM *Tourn.* 720. *petiolus simplex, non cordiformis; fructus longior, cortex crassior.*

LIMONIVM *Tourn.* 621. *omnia* CITREI, *sed cortex tenuior, pulpa copiosior.*

MALVS ADAMI *Raj.* 158. *fructus, vt in* AVRANTIO, *sed petiolus simplex, non cordiformis.*

2. *DISTYLAE.*

793. AGRIMONIA. *Tourn.* 301. *Linn.* Ed. V. n. 534.

Calix bifolius sub ouario, cui insidet calix exiguus, quinquefidus; corolla rosacea, raro hexapetala; capsula vnilocularis, lappacea, semine vno, vel gemino, subrotundo foeta. *Radix fibrosa perennis; folia alterna, pinnata; flores spicati.*

AGRIMONOIDES *Tourn.* 301. *calice exteriori decemfido; staminibus septem differt; et huc referri meretur.*

794. SORBVS. *Hall. Goett.* 111. *Linn.* 142.

Calix ouarium complectens, quinquefidus; corolla rosacea, petalis subrotundis, calici insertis; styli duo, tres vel quinque; stigmata capitata; bacca vmbilicata, duobus, tribus vel quinque officulis foeta.

Cum stylorum, seminumque numerus in vna specie saepe variet; hoc genere conjungatur:

CRATAEGVS *Linn. Ed. V. n.* 547. *Hall. Helv.* 353. *styli duo; officula duo.*

SORBVS *Linn. Ed. V. n.* 548. *Hall. Helv.* 350. *styli tres; fructus trispermus.*

AVCVPARIA *Riv. Rupp.* 140. COTONEASTER *Rupp.* 137. *et* OXYACANTHA *Rupp.* 136. *numerus inconstans, bi vel ternarius.*

MESPILVS *Tourn.* 641. *Linn. Ed. V. n.* 549. *Hall. Helv.* 352. *styli et officula quinque.*

3. *TRISTYLAE.*

795. HYPERICVM. *Tourn.* 254.

Calix monophyllus, quinquefidus, persistens; corolla rosacea, petalis oblongis; filamenta staminum ad basin in tres fasciculos coalita; capsula oblonga, trigona; semina exigua; *Radix fibrosa; folia opposita.*

Huc referatur ASCYRVM *Tourn.* 256. *stylis quinque et capsula quinqueloculari diuersum.*

796. ANDROSAEMVM. *Tourn.* 251.

Flos Hyperici; fructus vero ouatus, carnosus, veram baccam sistit, exterius trisulcatam, vnilocularem, seminibus multis exiguis, foetam.

HYPERICVM *Linn. Ed. V. n.* 808. HYPERICVM, ANDROSAEMVM *et* ASCYRVM *Tourn. conjungit; dantur quoque* HYPERICI *species distylae; hinc, nisi ad fructum mollem et siccum respicere debeamus, ob habitum omnia conjungere et* ASCYRVM *Linnaei quoque addere possemus*

797. GARIDELLA. *Tourn.* 655. *Linn.* Ed. V. n. 507. NIGELLASTRVM *Magn. Hort.* 143.

Calix pentaphyllus, paruus, deciduus; petala nectarifera, aequalia, flosculis bilabiatis similia, superius

ſuperius bifida, labello inferiori minori, vngues anguſti; ſtamina quandoque decem; ouaria tria; ſtyli breues; capſula ex thecis disjunctis, biualuibus, tribus, raro paucioribus, compoſita, in qualibet theca ſemina compreſſa, duplici ordine diſpoſita. *Radix annua; folia capillacea.*

4. *PENTASTYLAE.*

798. DALIBARDA. *Linn.* Ed. V. n. 555.

Calix monophyllus, quinquepartitus, perſiſtens; petala ouata, calici inſerta; ſtyli intra apicem ouulorum inſerti; ſemina quinque nuda, ouata. *Habitus Rubi; caules repentes.*

799. REAVMVRIA. *Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1152.

Calix perſiſtens, pentaphyllus, foliolis ouatis, minoribus foliolis accedentibus, imbricatus; petala ouata, calice duplo maiora; ſtigmata ſimplicia; capſula ouata, vnilocularis, quinqueualuis, ſeminibus copioſis foeta.

800. SEDVM. *Hall. Helv.* 392. *Goett.* 133.

Calix monophyllus, profunde quadri- quinque- ſex- multifidus; corolla roſacea, petala calici numero proportionata; ſtamina calici proportionata, vel duplicata; ouarium, ex vaginulis corniculatis conſtans tot, quot ſunt petala, et quarum ſingulae interdum ad baſin ſquamula emarginata adhaeret; ſemina exigua. *Habitus plantae ſucculentus; folia radicalia, ſi adſunt, roſae inſtar in orbem circumfuſa, caulina alterna; flores in corymbo, vel ſpicis corymboſis.*

Numerus

Numerus partium adeo diuersus, ast inconstans, sequentia genera efficit.

ROSEA *Rupp.* 91. RHODIOLA *Linn. Edit. V. n.* 997. RHODIA RADIX *offic. Folia radicalia nulla; flores in vmbella; calix quadrifidus; petala quatuor; stamina quatuor; capsulae variant; et in planta, quae stamina habet, ouaria tantum abortiua, in planta, quae capsulas producit, stamina vix cognoscuntur.*

SEDVM *Linn. Ed. V. n.* 513. *Folia radicalia in Rosae formam collecta, in quibusdam mere caulina; calix quinquefidus; petala quinque; stamina decem; ouarii vaginulae quinque, quibus ad basin squamula emarginata adhaeret, quae vero saepius deficiunt, quam adsunt.*

ANACAMPSEROS *Tourn.* 264. *Raj.* 79.

FABARIA *Rupp.* 128. *illas species sistunt, quae folia radicalia nulla habent.*

CEPAEA *C. B. Pin.* 288. *huc quoque spectat.*

VERMICVLARIS *Knaut.* 243. *flore hexapetalo a reliquis distinguitur.*

SEMPERVIVVM *Rupp.* 165. *Linn. Ed. V. n.* 538. AIZOON *Siegesb.* 4. *Folia radicalia rosulam formantia; calix multifidus; petala plura; stamina multa; capsulae multae, omnes partes vt plurimum duodecim, saepe plures; ouaria nulla squamula praedita.*

801. PENTHORVM. *Linn.* Ed. V. n. 514.

Calix monophyllus, minimus, persistens; petala quinque, rarius nulla adsunt; filamenta persistentia; capsula simplex, quinquefida, angulis

conicis distantibus, quinquelocularis; semina multa.

Cum SEDO *maxime conuenit, et sola nectariorum absentia, ab eodem differre monet Linnaeus: cum vero nec* SEDVM *nectaria constanter habeat, forte eidem generi jungi poterit.*

802. NIGELLA. *Tourn.* 258. *Linn.* Ed. V. n. 606.

Calix nullus, nisi folia quinque tenuissima, ramosissima, florem vt plurimum cingentia, assumas; corolla rosacea, petala oblonga, basi angusta; nectaria octo, flosculis irregularibus monopetalis similia, quandoque squamis accessoriis ornata; styli quinque vel decem; capsula oblonga, superne multicornis, vel vaginis corniculatis quatuor, quinque vel pluribus composita; semina subrotunda, plana. *Radix annua; folia capillacea.*

NIGELLASTRVM *Siegesb.* 79. *huc referatur.*

803. SPIRAEA. *Tourn.* 618. *Linn.* Ed. prior. n. 482.

Calix pentaphylloides, stellatus; corolla rosacea; stamina cum petalis calici inserta; capsula ex quinque vaginulis biualuibus, seminibus paruis oblongis foetis, composita.

Datur etiam species tristyla.

SPIRAEA *Linn. Ed. V. n.* 554. *etiam* FILIPENDVLAM, VLMARIAM *et* ARVNCVM *conjungit.*

804. PY-

804. PYRVS. *Linn.* Ed. V. n. 550. *Hall. Helv.* 350.

Calix ouarium arcte complectens, superne quinquefidus, persistens; corolla rosacea, petalis subrotundis, calici insertis; pomum variae figurae, vmbilicatum, quinqueloculare; semina oblonga, basi acuminata.

A differentia fructus genera sequentia ab auctoribus vulgo assumuntur.

PYRVS *Tourn.* 628. *Habitus procerior et erectior, quam* MALI; *fructus oblongus, turbinatus.*

MALVS *Tourn.* 634. *Habitus magis expansus; fructus circa pedunculum plerumque excauatus.*

CYDONIA *Tourn.* 632. *Habitus humilior; fructus, nunc* PYRO, *nunc* MALO *similis, lanugine vestitus; semina glutinosa.*

Hallerus H. Goett. p. III. PYRVM *et* MALVM *conjungit;* CYDONIAM *vero, propter calicem serratum, distinguit.*

5. *POLYSTYLAE.*

805. MYOSVRVS. *Linn.* Ed. V. n. 355. *Hall. Goett.* 98. MYOSVROS *Dill. G.* 106.

Calix deciduus, pentaphyllus, foliolorum infima parte in caudam producta, superiori obtusa, patula; petala minima, valde caduca, basi tubulata; stamina quinque, septem ad duodecim; ouula multa; styli breuissimi; semina oblonga, thalamo vnico, longiori, adnata. *Radix annua; folia graminea.*

806. FILIPENDVLA. *Hall. Goett.* 90.

Calix monophyllus, quinquefidus, expanſus; corolla roſacea, petalis oblongis; ouula plura; ſtyli breues; fructus ex multis capſulis non dehiſcentibus, ſemine exiguo foetis, conſtans.

Huc referatur:

VLMARIA *Tourn.* 265. *Folia pinnata; flores paniculati; capſulae in capitulum congeſtae, contortae.*

FILIPENDVLA *Tourn.* 239. *Radix appenſis tuberibus minoribus conſpicua; folia pinnata, tenuiter diſſecta; corolla non raro hexapetala; capſulae in orbem poſitae.*

DRYMOPOGON *Tab.* 1163. BARBA CAPRAE *Tourn.* 265. ARVNCVS *Linn. Ed. prior. n.* 915. *Planta relatiua, diphyta, quandoque monophyta, imo et perfecta; capſulae vt plurimum tres.*

FILIPENDVLA *Linn. Ed. prior. n.* 483. VLMARIAM *et* FILIPENDVLAM *Tourn. complectitur. In Ed. V. n.* 554 ARVNCVM *et* SPIRAEAM *addidit et genus* SPIRAEAE *nomine inſigniuit.*

807. POTENTILLA. *Linn.* Ed. V. n. 559.

Calix monophyllus, decemfidus, ſegmentis quinis interioribus maioribus, exterioribus quinis minoribus; corolla roſacea, petalis ſubrotundis, calici inſertis; ſtamina circiter viginti; ſtyli a latere ouulis inſerti; intra ouula quandoque fibrae, thalamum quaſi pappoſum efformantes; ſemina multa acuminata, thalamo ſicco adnata.

QVINQVEFOLIVM *Tourn.* 296. PENTAPHYLLVM *Raj.* 70. *folia, ternis plura, digitata.*

PEN-

PENTAPHYLLOIDES *Tourn.* 298. *et* ANSERINA *seu* ARGENTINA *offic. Folia pinnata.*

FRAGARIA STERILIS *Raj.* 70. COMAROIDES *Pont. Anth.* 290. FRAGARIASTRVM *Heist. Fabric. p.* 64. *Folia ternata obtinent, et propter thalamum siccum, commode huc referuntur.*

POTENTILLA *Hall. Helv. p.* 338. *praeter haec genera etiam* TORMENTILLAM *complectitur.*

COMARVM *Linn. Ed. V. n.* 563. *Hall. Helv.* 36. PANCOVIA *Heist. Fabric. p.* 64. *Calice rubente et petalis calice minoribus;*

SIBALDIA *Linn. Ed. V. n.* 354. *Hall. Helv.* 343. *staminibus; stylis et seminibus quinque a* POTENTILLA *differunt; et ob summam analogiam, huc referri merentur.*

808. FRAGARIA. *Tourn.* 295. *Linn.* Ed. V. n. 558. *Hall. Helv.* 343.

Flos Potentillae; thalamus vero, semina non decidua suscipiens, pulposus est, succulentus, quasi baccatus. *Folia ternata.*

Ad POTENTILLAM *retulit Ludwigius Def. n.* 621. *nec male; in* COMARO *enim per maturitatem thalamus etiam quodammodo carnosus, fragiformis fit: ast cum haec nota euidentissime in* FRAGARIA *adpareat, separatim conseruare voluimus.*

809. CARYOPHYLLATA. *Tourn.* 294. GEVM *Linn.* Ed. V. n. 561.

Calix monophyllus, semidecemfidus, laciniis alternis, minoribus; corolla rosacea, vnguibus longioribus praedita; ouula multa; styli longi, geniculati; thalamus, vel columnae minori, vel

calici impositus; semina multa compressa, stylo persistente instructa. *Radix fibrosa, perennis; folia pinnata.*

DRYAS *Linn. Ed. V. n.* 562. *Hall. Helv.* 335. CERVARIA *Gesn. Hort.* 251. *b. Calice quinque-vel octofido, laciniis aequalibus; corolla penta-vel octopetala; seminibus stylis lanigeris praeditis, differt et cum Tournefortio huc denuo referri potest.*

810. RANVNCVLVS. *Tourn.* 285. *Linn.* Ed. V. n. 619.

Calix deciduus, plerumque pentaphyllus; corolla rosacea, petalis oblongis, vel subrotundis; fouea vel squamula nectarifera ad vnguem singuli petali; ouula multa; styli breuissimi; thalamus numerosa semina, diuersae figurae, suscipit.

RANVNCVLOIDES *Vaill. Bot. Par.* 170. *et Monet. Vir.* 74. *Flores non in summitate, sed in foliorum alis singulares;*

RANVNCVLASPHODELVS *Heist. Cat.* 1730. *p.* 40. *et Moehr.* 85. *Radice tuberosa diuersus; nec non*

THORA *Rupp.* 67. *falso tetrapetalos dicta; et*

CRATAEOGONVM *Barrel. Ic.* 375. *siliquas falcatas gerens, huc referri debent.*

FICARIA *Dill. G.* 108. CHELIDONIVM MINVS *Boerh. I.* 29. MARISCA *Siegesb.* 71. *Calice ut plurimum trifolio et petalis octo differt, ob squamam vero nectariferam, huc reducatur.*

811. PO-

811. POPVLAGO. *Tourn.* 273. CALTHA PALVSTRIS *Raj.* 81. CALTHA *Linn.* Ed. V. n. 623.

Calix nullus; corolla rosacea, petalis planis, patentibus; styli breuissimi, insistentes vaginis superne dehiscentibus; semina oblonga. *Radix perennis; folia subrotunda.*

812. HELLEBORVS. *Hall. Goett.* 96. *Linn.* 125.

Calix nullus; corolla rosacea, plerumque persistens; nectaria quinque, vel plura, flosculis monopetalis similia; fructus ex vaginis membranaceis connatis, superne dehiscentibus, constat; semina subrotunda, vel ouata.

Huc reducuntur

HELLEBORVS *Tourn.* 271. *Linn. Ed. V. n.* 622. *Folia digitata vel palmata; corolla persistens; nectaria plura.*

HELLEBOROIDES *Boerh. I.* 297. ACONITVM *Rupp.* 163. *Scapus foliolo multifido terminatus, quod quasi calicem repraesentat; corolla decidua; nectaria sex, plura, ad* HELLEBORVM *jam retulit Linnaeus.*

ISOPYRVM *Linn. Ed. V. n.* 621. *Folia pinnata ramosa; corolla decidua; nectaria quinque, vt Linnaeus scribit; ast octo vel plura vidimus.*

HELLEBORO-RANVNCVLVS *Boerh. I.* 297. RANVNCVLVS GLOBOSVS *Raj.* 81. TROLLIVS *Rupp.* 162. *et Linn. Ed. V. n.* 620. RANVNCVLASTRVM *Heist. Fabric. p.* 148. *Corolla polypetala, petalis concauis, introrsum conniuentibus, Linn. in prior. Ed.* 556. *ad* HELLEBORVM *reduxit.*

813. DILLENIA. *Linn.* Ed. V. n. 608. SYALITA *H. Mal. Tom. III. p.* 39.

Calix persistens, pentaphyllus, foliolis concavis, coriaceis, magnis; corolla rosacea, petalis subrotundis, concauis, coriaceis, magnis; stamina copiosissima; fructus ex multis capsulis, thalamo pulposo affixis, stigmatibus persistentibus, planis, et reflexis ornatis, ac seminibus copiosis foetis, compositus.

814. RVBVS. *Tourn.* 614. *Linn.* Ed. V. n. 557.

Calix monophyllus, quinquefidus, persistens; corolla rosacea, petalis subrotundis, calici insertis; styli lateri ouulorum inserti; thalamo, in medio calice sito, annectuntur acini succulenti multi, in capitulum oblongum collecti; in quolibet acino semen oblongum. *Frutex vt plurimum spinosus; folia ternata, quinata.*

815. ROSA. *Tourn.* 636. *Linn.* Ed. V. n. 556.

Calix carnosus, oblongus, laciniis quinque concauis; quarum tres plerumque appendiculis ornatae; corolla rosacea, petalis subrotundis, calici insertis; stigmata ad ostium calicis in capitulum collecta; semina multa, oblonga, hispida, intra calicem carnosum, ceu baccam collecta. *Frutex infirmus, medullosus, spinis corticalibus obsitus; folia pinnata, extremo impari.*



CLAS-

CLASSIS XI.

Plantae flore inuoluto, perfecto, pentapetalo, irregulari.

A. MONANTHERA.

MONOSTYLA.

816. THALIA. *Linn.* Ed. V. n. 8. CORTVSA *Plum. G.* 26.

Spatha oblongo-acuminata, aurita; petala vndulata, concaua, quorum tria majora sursum directa, quasi lacerata, duo inferiora, minora, inuoluta; bacca officulum biloculare continens.

Ad MARANTAM *retulit Brown. Iam. p.* 112.

B. PENTANTHERA.

MONOSTYLA.

817. VIOLA. *Tourn.* 419. *Linn.* Ed. V. n. 898.

Calix persistens, quinquefidus, foliolis supra basin adhaerentibus, inferius, vbi calcar floris est, deficiens; petalum supremum, vel potius inferius, latum, in calcar nectariferum desinens, bina lateralia obtusa, opposita, bina reliqua majora; antherae coalitae, filamentis binorum staminum vt plurimum, appendice in calcar nectariferum descendentibus; stigma, vel hamatum, vel globoso

boso

boſo concauum nectariferum; fructus oblongus, trigonus, vnilocularis, triualuis; ſemina ſubrotunda, valuis affixa.

C. HEPTANTHERA.

MONOSTYLA.

818. HIPPOCASTANVM. *Tourn.* 611. CASTANEA EQVINA *Raj.* 144. ESCVLVS *Linn.* Ed. V. n. 420.

Calix monophyllus, ventricoſus, quinquedentatus; petala ſubrotunda, vndulata, irregularia; ſtamina declinata; capſula coriacea, echinata, vnilocularis, tri-vel quadriualuis; ſemen vnum, vel duo, cortice tecta. *Arbor foliis digitatis.*

D. OCTANTHERAE.

MONOSTYLAE.

819. ACRIVIOLA. *Boerh. I.* 244. NASTVRTIVM INDICVM *C. B. Pin.* 306. CARDAMINDVM *Tourn.* 430. *et Riv. pent.* TROPAEOLVM *Linn.* Ed. V. n. 421. PELONIVM *Siegesb.* 85.

Calix irregulariter quinquefidus, calcare inſtructus, deciduus; petala inaequalia, ſegmentis calicis inſerta, vnguibus trium inferiorum ciliatis; ſtamina declinata; ſtigma trifidum; ſemina ad ſingulum florem terna, rugoſa, majora. *Folia alterna, peltata, orbicularia; caules ſcandentes.*

820. PA-

820. PAVIA. *Boerh. II. 260. Linn.* Ed. prior. n. 368.

Calix monophyllus, quinquedentatus; petala diuersae magnitudinis, ouata, superiora longiora; stamina incurua; capsula quadrilocularis, quadriualuis; semina globosa. *Folia digitata, opposita.*

ESCVLO *addidit Linn. Ed. V. n.* 420. *Flores, et in* HIPPOCASTANO, *et* PAVIA, *masculini saepe miscentur perfectis.*

E. DECANTHERAE.

MONOSTYLAE.

Quae florem papilionaceum habent, carina dipetala instructum, vid. in tetrapetalis irregularibus, decantheris.

821. GERANIVM. *Tourn. 266. Linn.* Ed. V. n. 746.

Calix pentaphylloides, foliolis acutis, vel patentibus, vel erectis, fundo seu pedunculo quasi *in quibusdam africanis, praecipue canaliculato,* nectarifero; corolla pentapetala, rarius tetrapetala, regularis, vel irregularis, interdum quasi bilabiata, petalis oblongis vel subrotundis, vnguibus longioribus, breuioribus; stamina aequalia, vel inaequalia, filamentis, vel angustis, vel latioribus, vel coalitis, quandoque quinis vel octenis perfectis, reliquis sterilibus; ouula quinque in formam rostri extensa, inferius adhaerent stigmata quinque; fructus quinque semina oblonga, capsulis, vel operculis, in caudam vel simplicem vel plumosam desinentibus tecta styloque

affixa

affixa exhibet, quae per maturitatem ab inferiori parte ſurſum reflectuntur.

GRVINALIS *Riv.* GERANIVM *Siegesb.* 47. *et Burm. Plant. Afric.* 88. *ſpecies flore regulari complectitur, quibus Ruppius capſulas quinque adſcripſit.*

GERANIVM *Riv. Pent.* GERANIOSPERMVM *Siegesb.* 49. PELARGONIVM *Burm. ibid. ſpecies flore irregulari complectitur, quibus Ruppius ſemina quinque nuda tribuit; cum reliqui characteres admodum incerti ſint, et fructus, characterem eſſentialem ſingularem ſiſtat, diſtinctio generis incerta.*

822. CASSIA. *Linn.* Ed. V. n. 461.

Calix pentaphyllus, irregularis, deciduus; petala ſubrotunda, concaua, irregularia magnitudine et ſitu; ſtamina inaequalia, declinata, antheris vix omnibus perfectis; ſtylus rectus vel incuruus, legumen varium.

CASSIA *Tourn.* 619. *Legumen cylindricum, longum, vel compreſſum, ſemina in pulpa nigra deliteſcentia, ſubrotunda, diſſepimentis transuerſis, inter ſemina integris.*

SENNA *Tourn.* 618. *Legumen planum, compreſſum, incuruum, biualue, in loculos diſſectum, ſemina turbinata, compreſſa.*

823. POINCIANA. *Tourn.* 619. *Linn.* Ed. V. n. 462.

Calix deciduus, pentaphyllus, foliolo infimo longiore; petala concaua, ſubrotunda, infimo ampliore; ſtamina longiſſima, declinata; ſtylus longiſſimus; legumen oblongum, compreſſum, diſſe-

dissepimentis transuersalibus distinctum, semina oblonga.

CHAMAECRISTA *Riv. quae a Linnaeo ad* CASSIAM *relata fuit, forte huc potius pertinet, nisi cum* POINCIANA *simul ad* CASSIAM *reduci debeat.*

CHAMAECASSIA *Breyn. Prodr. II. p. 51. cui siliquam teretem, biualuem, nulla pulpa donatam, adscripsit, minus sufficienter cognita est.*

824. PARKINSONIA. *Plum. G. 25. Linn.* Ed. V. n. 460.

Calix deciduus, monophyllus, quinquefidus, segmentis acutis; petala quatuor, oblonga, quintum inferius latius, omnia vndulata; stamina declinata; legumen longum, nodosum, acuminatum; semina oblonga. *Folia pinnata, costae profunde diuisae seu duplici adnata.*

825. BAVHINIA. *Plum. G. 23. Linn.* Ed. V. n. 459.

Calix quinquefidus; petala, vel oblonga, vel lanceolata, vnguibus angustis inserta, reflexa, inferiora paulo majora, lateribus, vel incisis, vel integris; stamina novem filamentis coalita, decimum solitarium, crassum, longissimum; ouarium pedicellatum; legumen longum, vniloculare; semina subrotunda vel reniformia. *Folia bilobata.*

826. SILIQVASTRVM. *Tourn. 646.* ARBOR IVDAE *Dod. 786.* CERCIS *Linn.* Ed. V. n. 458. CERAVNIA *Siegesb. 28.*

Calix breuis, amplus, campanulatus, quinquedentatus, inferne gibbus; petala vnguibus angu-

angustis calici inserta, summum subrotundum, breue, lateralia longiora, sursum flexa, inferiora carinas quasi constituentia; stamina declinata, distincta; ouarium pedicellatum; stylus inflexus, stigmate obtuso; legumen oblongum, continens semina reniformia. *Folia alterna, petiolata, reniformia.*

827. HYMENAEA. *Linn.* Ed. V. n. 1100.
COVRBARIL *Plum. G.* 36.

Calix duplex, exterior diphyllus, deciduus, interior pentaphylloides, laciniis ouatis; petala quinque, ouata, erecto patentia, fere aequalia; stamina breuia, declinata; stylus intortus, incurvus, stigma acutum; capsula magna, leniter compressa, vtrinque retusa, vnilocularis, pulpa farinaceo-fibrosa repleta; semina pauca subrotunda.

Florem, vt papilionaceum, delineauit Plumier. minus accuratam vero delineationem esse notauit Brown. Iam. p. 221. cujus etiam descriptionem hic tradimus.

828. CLETHRA. *Linn.* Ed. V. n. 489.

Calix persistens, pentaphyllus, foliolis ouatis; petala oblonga, irregularia, superiori latiori; stigma trifidum; capsula subrotunda, trilocularis, triualuis, stylo persistente ornata; semina angulosa.

829. FRAXINELLA. *Tourn.* 430. *Riv. pent.*
DICTAMNVS *Linn.* Ed. V. n. 468.

Calix deciduus, pentaphyllus, minor, foliolis acutis; petala oblonga, vnguibus angustis praedita, quatuor sursum, vnum deorsum inclinata; stamina

mina declinata, glandulis quasi adspersa; stylus incuruus; capsula ex quinque vaginis biualuibus, sursum dehiscentibus, composita; semina splendentia, turbinata, membrana elastica vestita. *Folia pinnata, extremo impari.*

830. PYROLA. *Tourn.* 256. *Linn.* Ed. V. n. 490. PIROLA *Hall. Goett.* 165.

Calix quinquesidus; petala concaua, irregularia; capsula subrotunda, striata, vmbilicata, quinquelocularis, seminibus exiguis foeta. *Radix fibrosa perennis; folia alterna.*

Partes floris insigniter variant; calix, vel quinquefidus, segmentis angustis, vel quinquedentatus; corolla, vel patens, vel quodammodo clausa; plus minusque irregularis; stylus et stamina, vel recta, vel curua; modus florendi solitarius, in spica et corymbo.

831. HELICTERES. *Linn.* Ed. V. n. 913. ISORA *Plum. G.* 24.

Calix monophyllus, oblique patens, apice tridentato; petala oblonga, irregularia; thalamus in pedunculum longum, recuruum, productus, ouarium sustinet, ad cujus basin stamina, ad apicem vero foliola quinque conspiciuntur; stylus simplex ex medio ouario; fructus constat ex quinque capsulis, spiraliter contortis, vel rectis, et semina reniformia continentibus.

832. TOLVIFERA. *Linn.* Ed. V. n. 470.

Calix monophyllus, quinquedentatus; petala quatuor angusta, quinto cordato majore; stamina

mina breuissima; stylus simplex supra ouarium longum; fructus incertus.

F. POLYANTHERA.

TRI-VEL PENTASTYLA.

833. ACONITVM. *Tourn.* 424. *Linn.* Ed. V. n. 603. NAPELLVS *Riv. pent.*

Calix nullus; petala quatuor, inferiora ferme orbiculata, quintum superius cucullatum, quasi galeatum; ex parte superiori thalami oriuntur pedunculi duo, qui bina nectaria, quasi cochleata, sustinent, et sub petalo superiori recondunt; stamina declinata, filamentis planis; fructus constat ex tribus, vel quinque, vaginis vniualuibus; semina angulosa, vel rugosa. *Folia laciniata.*

ANTHORA *Riv. non nisi foliis magis laciniatis et pistillis quinque differt.*



CLAS-

CLASSIS XII.

Plantae flore inuoluto, perfecto, pentapetalo, vmbellato.

Vmbellatae, siue vmbelliferae plantae dicuntur, quae ex apice caulis et ramorum, radiis plus minus copiosis surgunt; pauciores sunt simplices, in reliquis vero ex summitate radii iterum pedunculi, flores sustinentes, radiati, exeunt et vmbellulas sistunt, quae igitur vmbellae compositae dici merentur. In his sequentes partes conueniunt et notari debent:

Inuolucra vniuersalia vmbellae majoris, et partialia vmbellularum Artedus, et post eum Linnaeus, tanquam fundamentum distributionis adsumserunt; licet nimis varient et vix semper essentialia sint.

Ouarium, in fine pedunculi haerens, calice quinquedentato, saepius vix conspicuo, coronatur.

Petala sunt quinque, quorum irregularitas, tum ratione figurae, tum ratione situs, saepius euidens, saepius incerta est; dantur tamen flores, qui omnino ad regulares referri merentur. Ad flores rosaceos retulit Tournefortius; ad irregulares pentapetalos Riuinus; nobis peculiarem classem constituere placuit.

Stamina quinque in omnibus, hinc ad pentandrias retulit Linnaeus.

Styli duo, vt plurimum reflexi et persistentes, hinc ad digynias reduxit Linnaeus.

Semina duo, lateribus planis inter se coalita, de reliquo figura maxime diuersa, quae ideo, quoniam cum floribus simul considerari possunt, omnino in methodo attendi merentur.

In vmbellis densis, vel medii, vel laterales flores, saepe semina non perficiunt, forte ob defectum succi; hinc staminei tantum adparent.

834. ERYNGIVM. *Tourn.* 327. *Linn.* Ed. V. n. 287.

Calix communis polyphyllus, foliolis acutis, rigidis, longissimis; flosculi in thalamo paleaceo aggregati; ouarium sub flore positum, calice pentaphyllo coronatum; petala introrsum flexa; semina duo, latere plano contigua. *Folia caulina alterna; caules glabri.*

835. PHYLLIS. *Linn.* Ed. V. n. 286. BVPLEVROIDES *Boerh. I.* 71.

Flores ex alis foliorum in thyrsum siue vmbellam irregularem collecti; ouarium sub flore; calix minimus, diphyllus; corolla vere pentapetala, petalis reuolutis; styli pubescentes, reflexi; semina duo, latere plano contigua. *Folia integra, duo, tria, caulis et ramorum nodis conjugatim adnata.*

VALERIANELLIS *annumerat Dill. H. Elth. p.* 405.

Haec duo genera Ludwig Def. n. 528. *et* 529. *ad pentapetalas regulares reposuit; ob summam vero,*

quam

quam cum vmbelliferis habent analogiam, ad hanc Classem reduximus.

836. HYDROCOTYLE. *Tourn.* 382. *Linn.* Ed. V. n. 288.

Vmbella parua, simplex, irregularis; inuolucrum tetraphyllum; petala integra, vix irregularia; semina plana, semiorbiculata. *Radix maxime repens; folia peltata.*

837. ASTRANTIA. *Tourn.* 314. *Riv. pent. Linn.* Ed. V. n. 290.

Vmbella simplex; inuolucrum polyphyllum, foliolis latiusculis, apice dentatis, vel acutis; calix ouulis insistens, quinquedentatus; petala leviter incisa, reflexa, regularia; semina oblonga, subhirsuta, crispa, vel striata, calice coronata. *Folia quinquefida, magna.*

Floribus perfectis vbique miscentur mares, qui etiam longioribus pedunculis adhaerent et perfectos altitudine superant.

838. PASTINACA. *Tourn.* 319. *Linn.* Ed. V. n. 324.

Vmbella vniuersalis magna, et partialis nullo inuolucro cincta; corolla regularis, petalis integris, apice inflexis; semina plana, margine foliaceo cincta. *Radix crassa, carnosa; folia ampla, costa crassa fulta.*

PANAX *Riv. forte huc referri posset.*

839. ANETHVM. *Tourn.* 317. *Riv. pent.*

Vmbella ampla, inuolucro vniuersali et partiali destituta; petala integra, recurua, regularia; styli

ſtyli parui; ſemina ouata, plana, ſtriata, margine membranaceo cincta. *Radix annua, fibroſa, tenera; folia multifida, capillacea.*

ANETHVM *Linn. Ed. V. n.* 326. *hoc genus et* FOENICVLI *ſpecies, licet margine ſeminis deſtitutas, conjungit.*

840. PODAGRARIA. *Riv. pent.* AEGOPODIVM *Magn. Char.* 162. *Linn.* Ed. V. n. 330.

Vmbella magna, conuexa; inuolucrum vniuerſale et partiale nullum; petala cordata, irregularia, inprimis exteriora; ſemina magna, oblonga, conuexa, ſtriata.

Ad ANGELICAS *retulit Boerh. I.* 53.

841. THAPSIA. *Tourn.* 321. *Linn.* Ed. V. n. 323.

Vmbella magna; inuolucrum vniuerſale et partiale nullum; petala integra, reflexa, regularia; ſemina maxima, plana, oblonga, margine amplo, ſuperne et inferne emarginato, vtrinque cincta. *Radix, vel craſſa lacteſcens, vel fibroſa; folia tenuiter ſecta.*

842. IMPERATORIA. *Tourn.* 317. *Linn.* Ed. V. n. 321. MAGISTRANTIA *Cam. Epit.* 592.

Vmbella magna, plana, vniuerſalis inuolucro deſtituta, partialis inuolucro polyphyllo, paruo, inſtructa; petala leuiter inciſa, inflexa, vix irregularia; ſemina plana, ouata, leuiter ſtriata, in alas paruas extenſa. *Folia tripartito diuiſa et ſubdiuiſa.*

843. AN-

843. ANGELICA. *Riv. pent. Linn.* Ed. V. n. 309.

Vmbella magna, conuexa; inuolucrum vniuersale fere nullum, vel ex paucis foliolis constructum, partiale polyphyllum; petala regularia, apice introrsum flexo; semina oblonga, tribus striis insignita, magna, crassa, alata.

844. FERVLA. *Tourn.* 321. *Linn.* Ed. V. n. 305.

Vmbella vniuersalis et partialis globosa; inuolucrum vniuersale, vel nullum, vel caducum, partiale polyphyllum, paruum; petala oblonga, emarginata, vix irregularia; semina ouata, longiora, striata, inuolucrum deponentia. *Radix crassa, lactescens.*

ASA FOETIDA *Kaempf. Amoen. p.* 533. *huc refertur a Linnaeo.*

845. TORDYLIVM. *Tourn.* 320. *Linn.* Ed. V. n. 293.

Vmbella vniuersalis inuolucro multifido, magno, partialis breuibus foliolis, extrorsum longioribus, cincta; petala bifida, exteriora majora; semina orbiculata, plana, compressa, margine elato, vt plurimum denticulato, vel granulato, integumentum saepius deponentia.

CAVCALIDIS *species nonnullas huc retulit Linnaeus Spec. Tom. II. p.* 240. *licet semine diuersas; cum* TORDYLIVM *a* CAVCALIDE *flosculis omnibus hermaphroditis inprimis differre assumserit.*

846. CAVCALIS. *Tourn.* 323. *Linn.* Ed. V. n. 296.

Vmbella vniuerſalis rarior, partialis denſa; inuolucrum vniuerſale et partiale plerumque paruum, polyphyllum, vel foliolis paucis, conſpicuum; petala cordiformia, vt plurimum irregularia; flores diſci ſaepe mares ſunt et magis regulares; ſemina oblonga, ſecundum longitudinem plus minusque falcata, ſulcis denticulatis, vel aſperis.

Plures ſpecies, quas ad TORDYLIVM *reduxit Linnaeus, ad* CAVCALIDEM *retulit Hallerus: et vtrumque genus forte conjungendum foret, cum et* CAVCALIDIS *dentur ſpecies, quae pro diuerſo natali loco, nunc in diſco maſculos flores, nunc in diſco aeque ac radio hermaphroditos gerant.*

ECHINOPHORA *Riv. pent. quae magnitudine ſeminum diſtinguitur, huc referatur; vnam ſpeciem ad* ARTEDIAM *retulit Linnaeus.*

ANTHRISCVS *Riv. pent. Inuolucrum vniuerſale nullum, partiale tetraphyllum, et ſemina cylindrica, aſpera, oſtendit, ab Hall. Goett.* 181. *huc reducitur.*

ECHINOPHORA *Tourn.* 656. *Wach.* 209. *Linn. Ed. V. n.* 292. *Inuolucrum vniuerſale ex nonnullis foliolis, partiale monophyllum, ſexfidum; inuolucrum induratum ſemina continens. Ad* CAVCALIDEM *retulit Roy. p.* 96.

847. SELINVM. *Linn.* Ed. prior. n. 254.

Vmbella magna, plana; inuolucrum vniuerſale polyphyllum, reflexum, partiale polyphyllum, patens; petala cordata, irregularia; ſemina oblonga,

oblonga, plana, ſtriata, marginata, inuolucrum non raro deponentia.

OREOSELINVM *Riv. pent. Folia multifida, pinnata, pinnulis refractis.*

CERVARIA *Riv. Folia multifido pinnata, pinnis amplioribus.*

OREOSELINVM *Tourn.* 318. *haec bina genera conjungit.*

THYSSELINVM *Tourn.* 319. *Riv. pent. Radix viuax, lacteſcens, folia leuiter lacteſcentia.*

Ita haec genera, praeter Linnaeum, conjungunt Hallerus atque Zinnius. In Ed. V. n. 301. *vero Linnaeus* OREOSELINVM *Tourn. ad* ATHAMANTAM *amandauit.*

848. SPHONDYLIVM. *Tourn.* 319. *Riv. pent.* HERACLEVM *Linn.* Ed. V. n. 307.

Vmbella vniuerſalis magna, foliolis paucis deciduis, partialis ſimili modo ſuccincta; petala bifida, exteriora quaſi cornuta, corollam maxime irregularem ſiſtunt; ſtyli erecti; ſemina ampla, ſtriata, plana, ſumma parte emarginata, in interiori ſuperficie duabus nigris lineis notata, integumentum plerumque deponentia. *Radix perennis.*

Species nonnullae in diſco vmbellae flores maſculinos gerunt.

849. CRITHMVM. *Tourn.* 317. *Linn.* Ed. V. n. 303.

Vmbella hemiſphaerica; inuolucrum vniuerſale et partiale polyphyllum; petala oblonga, inflexa, vix irregularia; ſemina oblonga, plana, ſtria-

ſtriata, inuolucrum deponentia. *Radix fibroſa, ſparſa; folia ſucculenta, craſſiuſcula, tripartito diviſa et ſubdiuiſa.*

850. ARTEDIA. *Linn.* Ed. V. n. 295.

Vmbella magna; inuolucrum vniuerſale decaphyllum, foliolis triſectis, partiale extrorſum vergens, ex tribus vel duobus foliolis pinnatis conſtans; petala cordata, reflexa, inprimis in margine irregularia; flores centrales ſaepe tantum maſculini; ſemina oblonga, compreſſa, margine membranaceo, crenato, conſpicua.

851. PEVCEDANVM. *Tourn.* 318. *Linn.* Ed. V. n. 312.

Vmbella plana; inuolucrum vniuerſale et partiale paruum, polyphyllum; petala oblonga, integra, regularia; ſemina plana, fere ouata, leuiter ſtriata, margine membranaceo cincta, conjuncta, calice proprio quinquedentato coronata. *Radix viuax; folia multifida, vt plurimum tripartito diuiſa.*

SILAVM *Boerh. I.* 51. SESELI *Riv. pent. a Linnaeo et Hall. Helv.* 442. *huc reducuntur, et modo ſemina magis ſtriata obtinere videntur.*

852. FOENICVLVM. *Tourn.* 311. *Riv. pent.*

Vmbella ampla; inuolucrum vniuerſale nullum, partiale, vel nullum, vel polyphyllum; petala integra, regularia; ſtyli breues; ſemina oblonga, craſſiuſcula, gibba, ſtriata. *Folia multifida capillacea.*

Lin-

Linnaeus species FOENICVLI, *partim ad* ANETHVM, *partim ad* SESELI *refert.*

853. CVMINVM. *Raj.* 52. *Riv. pent. Linn.* Ed. V. n. 313.

Vmbellae irregulares, paucorum flosculorum, foliolis plantae tenerioribus succinctae; petala leuiter incisa, vix irregularia; semina longa, ouata, conuexa parte striata, villosa. *Planta annua parua; folia linearia.*

Tournefortius ad FOENICVLVM *reduxit.*

854. CARVM. *Riv. pent. Linn.* Ed. V. n. 327. CARVI *Tourn.* 306.

Vmbella plana; inuolucrum vniuersale et partiale vel nullum, vel vnius alteriusque folioli; petala cordata, vix irregularia; semina ouato-oblonga, striata, gibba.

855. PIMPINELLA. *Riv. pent.* TRAGOSELINVM *Tourn.* 309. *Hall. Helv.* 428.

Vmbella plana; inuolucrum vniuersale et partiale nullum; petala leuiter incisa, exteriorum florum irregularia; semina oblongo-cuspidata, conuexa, striata. *Folia pinnata, superiora profundius incisa.*

PIMPINELLA *Linn. Ed. V. n.* 328. *et Linn.* 215. PIMPINELLAM *et* ANISVM *conjungit.*

CARVM *et* PIMPINELLA *conjungi forte possent; cum vix, nisi regularitate petalorum, differant.*

856. SCANDIX. *Tourn.* 316. *Hall. Helv.* 554.
PECTEN VENERIS *Matth.* 403.

Vmbella vniuersalis pauciorum, saepius binorum radiorum, vmbella partialis subrotunda, inuolucro polyphyllo praedita; petala integra, in exterioribns flosculis inprimis irregularia; semina oblonga, striata, rostro longo terminata.

Floribus perfectis miscentur masculini.

SCANDIX *Linn. Ed. V. n.* 319. MYRRHIDIS *et* CHAEROPHYLLI *Tourn. species; hinc quoque* CEREFOLIVM *et* ODORATAM *Riv. simul complectitur.*

857. MYRRHIS. *Tourn.* 315. *Hall. Helv.* 453.

Vmbella plana; inuolucrum vniuersale nullum, partiale polyphyllum; petala cordata, irregularia; semina oblonga, sulcata, leuiter rostrata.

ODORATA *Riv. pent.* CHAEROPHYLLASTRVM *Heist. Fabric. p.* 37. *non nisi magnitudine seminis, eoque profundius sulcato, a* MYRRHIDE *differre videtur. Centrales flores masculini.*

MYRRHOIDES *Heist. Cat.* 1732. *p.* 15. *huc etiam pertinet.*

858. CHAEROPHYLLVM. *Linn.* Ed. V. n. 320. *Hall. Helv.* 453.

Vmbella plana; inuolucrum vniuersale nullum, partiale polyphyllum; petala integra, inflexa, irregularia; semina oblonga, non striata, conuexa, leuiter rostrata.

CERE-

CEREFOLIVM *et* ANTHRISCVM *Riv. huc retulit Ludwig Def. n. 675. cum vero in priori semina striata sint, potius ad* MYRRHIDEM *pertinere videtur.* ANTHRISCVM *cum Hall. Goett.* 181. CAVCALIDI *jungimus.*

859. SESELI. *Boerh. I.* 50. *Linn.* Ed. V. n. 322.

Vmbella plana; inuolucrum vniuersale nullum, partiale polyphyllum; petala cordata, reflexa, quodammodo irregularia; semina ouata, conuexa, sulcata.

HIPPOMARATHRVM *Riv. pent. huc refertur, sed semina villosa et inuolucrum partiale monophyllum, peluiforme, obtinet.*

CARVIFOLIA *I. B. III.* 171. *et* AMMOIDES *C. B. Pin.* 159. *huc reducuntur.*

860. MEVM. *Boerh. I.* 49. ATHAMANTA *Linn.* Ed. prior. n. 255.

Vmbella plana; inuolucrum vniuersale nullum, vel vnius alteriusque folioli, partiale polyphyllum; petala leuiter incisa, vix irregularia; semen oblongum, profundius striatum. *Radix perennis caulescens; folia omnium tenuissima.*

ATHAMANTA *Linn. Ed. V. n.* 301. *praeter* MEVM, *etiam* OREOSELINVM *Tourn. et alias species conjungit et plantas, seminibus glabris, pilosis hirsutisque praeditas, commiscuit.*

861. OENANTHE. *Tourn.* 312. *Linn.* Ed. V. n. 314.

Vmbella varia, difformis saepe; inuolucrum vniuersale nullum, vel polyphyllum, partiale poly-

polyphyllum; calix euidens, ouulis insistens, quinquedentatus; petala cordata, reflexa, irregularia; semina longiuscula, gibba, striata, denticulis calicinis persistentibus coronata.

In quibusdam speciebus flores radiales mares sunt et magis difformes.

862. SANICVLA. *Tourn.* 326. *Linn.* Ed. V. n. 289.

Vmbella vniuersalis rara, irregularis; inuolucrum breue; vmbella partialis densa, quasi glomeruli flosculorum, inuolucro breui, tenui, succincta; petala incisa, a latere extrorsum flexa; ouula conjuncta, calice quinquedentato coronata; stamina petalis inflexis longiora; styli longi, reflexi; semina oblonga, gibba, lappacea. *Folia lobata, in quinque segmenta profunde incisa.*

Miscentur floribus perfectis masculini, ouario destituti.

DIAPENSIA *Cam. Epit.* 763. *est indigena et offic. species.*

863. DAVCVS. *Tourn* 307. *Linn.* Ed. V. n. 296. STAPHYLINVS *Riv. pent.*

Vmbella magna, plana, per maturitatem conniuens, concaua; inuolucrum vniuersale polyphyllum, amplissimum, foliolis pinnatifidis, angustis, partiale polyphyllum; petala oblonga, exteriora incisa, majora, hinc corolla irregularis; semina elliptica, conuexa, hispida.

864. LI-

864. LIBANOTIS. *Riv. pent. Hall. Helv.* 450. *Goett.* 183.

Vmbella globoſa, denſa; inuolucrum vniuerſale et partiale polyphyllum, non laciniatum, paruum; petala leuiter inciſa, vix irregularia; ſemina ſtriata, villoſa. *Folia pinnata, profunde inciſa.*

Ad ATHAMANTAM *retulit Linnaeus.*

865. LIGVSTICVM. *Linn.* Ed. V. n. 308.

Vmbella plana; inuolucrum vniuerſale et partiale foliolis, plus minus copioſis, conſpicuum; petala ſubrotunda, interdum leuiter inciſa, vix irregularia; ſemina oblonga, magna, ſtriata, interdum marginata.

Complectitur ſequentia genera:

SILER *Riv. pent. Folia multifida lobata majora, obtuſa, ſine tripartito.*

LEVISTICVM *Riv.* LIGVSTICVM *Tourn.* 323. *Folia multifida, lobata, anguloſa*

CICVTARIA *Tourn.* 322. *Semen gibbum, lunatum.*

CICVTASTRVM *Heiſt. Fabric. p.* 34. *ſiſtit* CICVTARIAM *latifoliam foetidam C. B. P. quae ad* LIGVSTICVM *pertinet.*

866. LASERPITIVM. *Tourn.* 324. *Linn.* Ed. V. n. 306.

Vmbella magna; inuolucrum vniuerſale plus minus inſigne, polyphyllum, partiale polyphyllum; petala inflexa, cordata, vix irregularia; ſemina oblonga, gibba, quatuor plerumque alis foliaceis, per longitudinem decurrentibus, vel planis, vel criſpis, inſtructa.

867. BV-

867. BVPLEVRVM. *Tourn.* 309. *Linn.* Ed. V. n. 291.

Vmbella plana rarior; inuolucrum vniuersale, vel nullum, vel polyphyllum, partiale penta-vel hexaphyllum; petala leuiter incisa, regularia; semina oblonga, conuexa, sulcata. *Folia integerrima.*

PERFOLIATA *Riv. pent. Folia caulem cingentia, vel perfoliata et inuolucrum vniuersale nullum.*

ISOPHYLLVM *Cord. Hist.* 69. BVPLEVRVM *Riv. pent. inuolucrum vniuersale diphyllum obtinent et huc referantur.*

868. BVNIVM. *Linn.* Ed. V. n. 298. BVLBOCASTANVM *Tourn.* 307.

Vmbella magna; inuolucrum vniuersale et partiale polyphyllum; petala cordata, regularia; semina exigua, oblonga, conuexa, striata. *Radix perennis, carnoso-tuberosa.*

869. BVBON. *Linn.* Ed. V. n. 312.

Vmbella magna; inuolucrum vniuersale pentaphyllum, partiale polyphyllum; petala oblonga, inflexa, vix irregularia; semina oblonga, striata, villosa.

870. CACHRYS. *Tourn.* 325. *Linn.* Ed. V. n. 304.

Vmbella magna, densa; inuolucrum vniuersale et partiale polyphyllum; petala longa, angusta, erecta, regularia; semina oblonga, gibba, crassa, cortice fungoso, striato, obducta.

871. SMYR-

871. SMYRNIVM. *Tourn.* 315. *Linn.* Ed. V. n. 325.

Vmbella magna; inuolucrum vniuerſale et partiale nullum; petala longa, anguſta, erecta, regularia; ſemina oblonga, gibba, ſtriata, per maturitatem nigra.

872. CORIANDRVM. *Tourn.* 316. *Linn.* Ed. V. n. 318.

Vmbella radiis, vel paucioribus, vel pluribus; inuolucrum vniuerſale nullum, partiale triphyllum, extrorſum poſitum; petala cordata, exteriora inprimis irregularia; ſemina hemiſphaerica, non ſtriata, calice coronata. *Radix fibroſa annua; folia pinnata, laciniata, inferiora majora, ſuperiora tenuiſſima.*

Floribus perfectis quandoque miſcentur mares, diſcum occupantes, calice etiam deſtituti.

873. CICVTA. *Tourn.* 306. *Riv. pent.* CONIVM *Linn.* Ed. V. n. 299. CICVTARIA *Heiſt. Fabric. p.* 40.

Vmbella plana; inuolucrum vniuerſale et partiale nullum, vel breuibus, latis, foliolis, conſtructum; petala cordata, quodammodo irregularia; ſemina fere hemiſphaerica, ſtriata.

874. AETHVSA. *Linn.* Ed. V. n. 317. CYNAPIVM *Riv. pent.*

Vmbella plana; inuolucrum vniuerſale nullum, partiale foliolis tribus vel quinque, extrorſum poſitum, reflexum; petala cordata, inaequalia; ſemina ſubrotunda, ſtriata.

875. SI-

875. SIVM. *Hall. Helv.* 435. *Goett.* 175. *Linn.* 217.

Vmbella magna; inuolucrum vniuersale, vel nullum, vel polyphyllum, latifolium, reflexum, partiale polyphyllum, paruum, vel circa vmbellam, vel ab externo ejus latere positum; petala leuiter incisa, vix irregularia; semina subrotunda, plus minus crassa, striata.

SIVM *Tourn.* 308. *Radix cauliformis fibrosa; folia pinnata, extremo impari; semina gibba.*

SISARVM *Tourn.* 309. *Radix napiformis, plurimis ab vno capite pendentibus, perennis; folia pinnata, extremo impari; inuolucrum vniuersale tetraphyllum, inaequale, partiale simile, saepe penta-vel hexaphyllum; semina gracilia.*

FALCARIA *Riv. pent. Radix caulescens; folia pinnata, pinnis multifidis, falcis instar serratis; semina gracilia.*

SIVM *Linn. Ed. V. n.* 310. *tria haec genera conjungit, et inuolucrum vniuersale polyphyllum, reflexum, eisdem tribuit.*

CICVTA *Linn. Ed. V. n.* 316. CICVTARIA *Riv. pent. Radix cauliformis fibrosa; folia pinnata, pinnis laciniatis; inuolucrum vniuersale nullum; semina gibba.*

Semina plus minusque gracilia, vel crassa, vix limites certos figunt; nec inuolucri vniuersalis nota constans inuenitur; hinc omnia sub vno genere conjunguntur.

876. SISON. *Magn. Char.* 164. *Linn.* Ed. V. n. 311.

Vmbella vniuerſalis et partialis rara; inuolucrum vniuerſale et partiale tetraphyllum, inaequale; corolla regularis; ſemina exigua, ouata, ſtriata.

SISON *fol. ternatis, inuolucrum vtrumque nullum oſtendit, monente Hall. Goett.* 175.

Ad SIVM *retulit Tourneſortius.*

877. PHELLANDRIVM. *Tourn.* 306. *Linn.* Ed. V. n. 315.

Vmbella plana; inuolucrum vniuerſale nullum, partiale aliquot foliolorum, plerumque heptaphyllum; calix euidens, quinquedentatus; petala cordiformia, inflexa, vix irregularia; ſemina ſubrotunda, vix ſtriata, potius glabra, calice coronata.

MVTELLINA *I. B. III. 66. eſt hujus generis ſpecies.*

878. APIVM. *Tourn.* 305. *Linn.* Ed. V. n. 329.

Vmbella plana; inuolucrum vniuerſale et partiale, vel nullum, vel pauciorum foliorum; petala oblonga, regularia; ſemina oblonga, gibba, ſtriata, vel glabra, vel villoſa.

ANISVM *Riv. pent. Hall. Goett.* 173. *Linn. Ed. prior. n.* 286. *non niſi ſemine majori, odoratiſſimo, ab* APIO *differre videtur. Ad* PIMPINELLAM *retulit Linn. Ed. V. n.* 328. *et Zinn.* 215.

879. VISNAGA. *Riv. pent. Boerh. I.* 49. GINGIDIVM *C. B. Pin.* 151. *Pont. Anth.* 297.

Vmbella magna, plana, per maturitatem contracta; inuolucrum vniuersale polyphyllum, foliolis pinnatifidis, partiale polyphyllum; petala oblonga, vix irregularia; semina breuia, striata. *Radix fibrosa, annua.*

Linnaeus in prima Gen. Ed. n. 207. *ad* AMMI, *postea, licet semina non hispida sint, ad* DAVCVM *retulit. vid. Spec. Tom. I. p.* 242.

880. AMMI. *Tourn.* 304. *Linn.* Ed. V. n. 297. AMMIVM *Siegesb.* 8.

Vmbella magna; inuolucrum vniuersale polyphyllum, foliolis pinnatis, acutis, partiale polyphyllum; petala cordata, inflexa, irregularia; semina exigua, hinc gibba, striata, inde leuia.

AMMIOSELINVM *Riv. pentap.* AMMI *Boerh. I.* 57. *Folia latiora; semina striata.*

AMMI *Riv. pent.* AMMOIDES *Boerh. I.* 49. *Folia tenuissima; semina subhirsuta obtinet.*

881. ARCTOPVS. *Burm. Afric. p.* 1. *Linn.* Ed. V. n. 1030.

Vmbella longa, inaequalis; inuolucrum vniuersale et partiale pentaphyllum; calix quinquepartitus, minimus; ouarium imperfectum: in alia planta inuolucrum partiale maximum, quadrifidum, spinosum, praeter imperfectos masculinos in disco, nonnullos femininos flores in radio continet, quorum ouarium in fructum cordatum, bilocularem, mutatur.

CLAS-

CLASSIS XIII.

Plantae flore inuoluto, perfecto, hexapetalo.

A. DIANTHERAE.

MONOSTYLAE.

Plantae huc referendae, ORCHIDES, *et genera affinia, scapo simplici instructae sunt, et spathas vagas, siue foliola, ad flores, in spica positos, obtinent.*

Ouarium sub flore est, et sistit capsulam vnilocularem, apparenter trilocularem, triualuem, quae semina puluerulenta in tres aceruos colligit; capsula ipsa non raro intorta est.

Petala sex, irregulariter posita, quinque in plurimis galeam seu cucullum quasi formant, sextum bilabiatum est, et nectarium Linnaeo dicitur; labium superius stamina bina, in loculis peculiaribus exsculptis suscipit, labium inferius variae in variis figurae, vel calcare donatur, vel hoc destituitur.

Stylus breuissimus, seu potius via ad ouarium, cui tanquam parti carnosae a latere filamenta staminum adhaerent.

882. ORCHIS. *Hall. Helv.* 262. *Goett.* 61. *Linn.* 87.

Petala superiora quinque, tria exteriora, duo interiora, conniuentia in galeam, petali sexti

 labium

labium superius minimum, biloculare, labium inferius calcar posterius emittit, aut longum, aut breue, aut nullum, ipsumque labium tripartitum, varie in diuersis figuratum est; in duobus loculis, styli breuioris, membrana clausis; antherae duae, ex filamentis conuolutis factae.

Nec calcar, nec labii inferioris figura diuersa, characteres certos exhibent, quibus genera subdiuidi possent; hinc huc reducatur:

ORCHIS *Riv. hex. Radices rotundas, testiculatas, sub fibris obtinet.*

PALMATA *Riv. Radices sub fibris emissis carnosas, napiformes, vel digitatas, obtinet.*

ORCHIS *Linn. Ed. V. n.* 900. *Calcar habet longum, vel satis insigne.*

SATYRIVM *Linn. Ed. V. n.* 901. *Calcar habet breuissimum, vel nullum.*

EPIPOGIVM *Gmel. Sibir. I. p.* 11. *ad* SATYRIVM *reduxit Linn. Spec. Tom. II. p.* 945.

MONORCHIS *Mich. G.* 30. HERMINIVM *Linn. Ed. prior. n.* 826. *quae sub fibris radicem carnosam, subrotundam, simplicem, habet et calcar breue aut nullum cum* OPHRI *conjungit Linn. Spec. Tom. II. p.* 947.

PSEVDO-ORCHIS *Mich. G.* 30. *Radices carnosas, teretes, plures, distinctas et calcar breue obtinet.*

SATYRIVM *Riv. hex. Rupp.* 299. *Ludwig. Def. n.* 701. *seorsim proposuit, posset forte melius huc referri. Radix napiformis, duplex, sub fibris emissis; petali sexti labium inferius integrum.*

883. HEL-

883. HELLEBORINE. *Hall. Helv.* 274. *Goett.* 64. SERAPIAS *Linn.* Ed. V. n. 903.

Petala quinque ſuperiora, tria exteriora, duo interiora, magis conniuentia, petali ſexti labium ſuperius, ex duplici ſquama biuaſui compoſitum, inferius integrum, cauum, ex ouato cordatum. *Radix fibroſa; folia neruoſa, duriora.*

HELLEBORINE *Riv. Radices fibroſas; labium inferius inflexum et calcar nullum obtinet.*

DAMASONIVM *Riv. Radices fibroſas; labium inferius acutum et nullum calcar obtinet, cucullus etiam major eſt.*

ORCHIASTRVM *Mich. G.* 30. *Radix ſub fibris emiſſis, ex pluribus carnoſis, teretibus, partibus, compoſita; labium inferius petali ſexti ſubrotundum.*

884. EPIPACTIS. *Hall. Helv.* 277. *Gmel. Sibir. I. p.* 13. PSEVDORCHIS *Iohr. Praef. ad Vademec. Botanic.* ORCHIOIDES *Trew. Comm. Norimb.* 1731. *p.* 60. *et* 1736. *Tab.* 6.

Petala tria ſuperiora cucullum formantia, petalum quartum bilabiatum, labio ſuperiori bina ſtamina ſuſcipiente, labio inferiori integro. *Habitus Helleborines; flores vno verſu diſpoſiti.*

Ad SATYRIVM *retulit Linn. Spec. Tom. II. p.* 945.

885. OPHRYS. *Linn.* Ed. V. n. 902.

Petala quinque ſurſum conniuentia, duobus exterioribus, tribus interioribus, labium inferius ſexti petali ſemibifidum.

Huc referri possunt tria a Ludw. Def. n. 702. sq. separatim assumpta genera.

OPHRIS *Tourn.* 437. *Radix fibrosa; folia bina, raro terna, opposita.*

NIDVS AVIS *Tourn.* 437. *Radix ex fibris multis, brevibus et crassis, instar nidi auis composita; habitus aphyllus; segmenta labii inferioris a latere reflexa. Ad* OPHRIN *retulit Hall. Helv.* 277.

CORALLORHIZA *Hall. Helv.* 278. NEOTTIA *Linn. Ed. prior. n.* 827. *Radix varie intorta, coralloidea; labium sexti petali inferius bidentatum.*

SERAPIAS *et* OPHRYS *Linn. a Zinnio p.* 85. *nomine* EPIPACTIS *conjunguntur, ob machinae staminum conuenientiam, dum sexti petali labium superius inferne, duas antheras nudas, labio inferiori incumbentes, fouet.*

886. CALCEOLVS. *Tourn.* 437. *Hall. Helv.* 276. CALCEOLARIA *Heist. Syst.* 5. CYPRIPEDIVM *Linn.* Ed. V. n. 906.

Petala quatuor exteriora, supremum latius, acuminatum, tria inferiora angusta, reliqua duo petala in medio constituta, superius breue, inferius contractum, cauum, calceiforme; filamenta staminum distincta. *Radix fibrosa; folia neruosa.*

Machinulam staminum accurate descripsit Hall. Goett. 65.

887. LIMODORVM. *Tourn.* 437. *Hall. Helv.* 278.

Petala quinque superiora conniuentia, sextum calcare donatum, labio inferiori integro acuto. *Radix fibrosa; habitus aphyllos.*

Ad

Ad ORCHIDEM *retulit Linnaeus: nouum vero genus, quod* LIMODORI *nomine condidit Roy. p.* 16. *et Linn. Ed. V. n.* 904. *ad* LIMODORVM *Tourn. posset reduci, licet calcare destituatur.*

888. ARETHVSA. *Gron. Virg.* 184. *Linn.* Ed. V. n. 905. ORCHIDION *Mitch.* 19.

Petala quinque superiora in galeam conniuentia, sextum tubulosum, bipartitum, labio inferiori reflexo, lato, rugoso, propendente, superiori tenerrimo, apice lobato; antherae labii superioris duplicatura tectae.

889. VANILLA. *Plum. G.* 25. ANGVRECK *Kaempf. Amoen. p.* 867. EPIDENDRVM *Linn.* Ed. V. n. 907.

Petala quinque exteriora majora, vndulata, acuta, petalum sextum bilabiatum, labio superiori stamina suscipiente, inferiori contorto, acuto; fructus est siliqua longissima, pulposa, semina minutissima suscipiens.

BONTIA *Petiv. Gaz.* 44. *huc pertinet.*

B. TRIANTHERAE.

MONOSTYLAE.

890. BERMVDIANA. *Tourn.* 387. SISYRINCHIVM *Linn.* Ed. V. n. 908.

Spatha communis diphylla; foliolis carinatis; ouarium sub flore; corolla stellata, petalis planis, acuminatis; stamina stylo accreta; stigma trifidum; capsula trigona, trilocularis, triualuis; se-

mina subrotunda. *Radix perennis; folia angusta, carinata.*

891. IXIA. *Linn.* Ed. V. n. 58. *Zinn.* 93.

Spathae vagae flosculos distinguentes; petala aequalia, oblongo-acuta; stamina libera, non stylo accreta; stigmata tria; ouarium sub flore positum; capsula trilocularis, triualuis, semina subrotunda continens.

892. WACHENDORFIA. *Burm. Monogr. Amstel.* 1757. *fol. Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1108.

Spathae vagae flores distinguentes, persistentes; petala persistentia, oblonga, tria suprema erecta, ad vngues fere coalita, duo lateralia dehiscentia, inferius carinatum, quandoque deficiens; nectarium externe protuberans, vtrinque ad petalorum superiorum latera locatum; stamina corolla breuiora, declinata; ouarium triquetrum, intra corollam situm; stylus dextrorsum vergens, stigma vix vllum; capsula triquetra, trilocularis, triualuis, hirsuta; semina tria, hirsuta.

C. HEXANTHERAE.

1. *MONOSTYLAE.*

893. LEONTOPETALON. *Tourn. Cor.* 49. LEONTICE *Linn.* Ed. V. n. 381.

Calix minimus, hexaphyllus, deciduus; corolla rosacea, petalis tribus interioribus, minoribus, exterioribus majoribus; stylus breuissimus, obtusus;

tusus; fructus est vesica angulosa, cuspidata, cui insunt semina globosa. *Radix tuberosa.*

894. PARSONSIA. *Brown. Iam. p.* 199.

Calix monophyllus, striatus, tubuloso ventricosus, sex vel quinque denticulis notatus; petala oblonga, emarginata, vnguibus teretibus parieti calicis adnata; stamina inaequalia, inferne calici adnata; stylus breuis, stigma obtusum; capsula oblonga, vnilocularis, intra calicem sita; semina nonnulla orbiculata.

Huc forte referri posset:

MELANIVM *Brown. Iam. p.* 215. *staminibus nouem vel octo cum rudimento vnius vel alterius et stigmate acuto inprimis differens.*

Linnaeus Syst. Nat. Ed. X. p. 1045. PARSONSIAM *et* MELANIVM *ad* LYTHRVM *retulit.*

895. PEPLIS. *Linn.* Ed. V. n. 402. *Hall. Helv.* 406. PORTVLA *Dill. G.* 133. GLAVCOIDES *Mich. G.* 21. GLAVX *Vaill. Par. Bot.* 80. ANDRACHNOIDES *Siegesb.* 9.

Calix persistens, campanulatus, in sex lacinias diuisus, denticulis sex minoribus interpositis; corolla rosacea, fugax, *quandoque plane deficiens*; petala denticulis interposita; stylus breuis, stigma orbiculatum; capsula subrotunda, linea externe diuisa, bilocularis; semina exigua. *Folia conjugata; flores alares sessiles, a latere compressi.*

PORTVLACIS *adnumerauit Rupp. p.* 120. *et vnicapsularem adpellauit.*

896. SALICARIA. *Tourn.* 253. LYTHRUM *Linn.* Ed. V. n. 532.

Calix tubulosus, striatus, superne denticulatus, denticulis sex acutis, sex latioribus breuioribus; corolla rosacea, petalis oblongis, ad denticulos acutos insertis; stamina sex vel duodecim; stigma orbiculatum; capsula ouata, calice cincta, bilocularis; semina exigua.

Cum inter hoc genus, et PEPLIN, *aliqua detur analogia, et una species sex stamina gerat; ex polyantheris huc transposuimus.*

Sauv. Monsp. 49. *speciem recenset, quae calicem quadridentatum, stipulis duabus lateraliter munitum; petala quatuor, et stamina modo duo gerit, quae potius genere separanda erit.*

897. ORNITHOGALUM. *Ludw. Def. n.* 711.

Folia ad florum pedunculos loco calicis; calix nullus; corolla liliacea, plus minus expansa, petalis alternis quodammodo angustioribus; filamenta staminum, vel omnia, vel tria tantum latiora, membranosa; capsula nonnihil angulosa, trilocularis, triualuis; semina subrotunda.

898. SCILLA. *Ludw. Def. n.* 712.

Folia ad florum pedunculos, loco calicis; calix nullus; corolla ornithogali; filamenta staminum subulata, glabra; fructus ornithogali.

899. PHALANGIUM. *Ludw. Def. n.* 713.

Foliola ad florum pedunculos loco calicis; calix nullus; corolla liliacea, petalis oblongis; fila-

filamenta staminum hirsuta; fructus vt in praecedentibus.

Modus florendi in vmbella et spica; radix bulbosa, fibrosa, tuberosa; involucra florum spathacea; petala decidua et persistentia, patentia vel erecto-patentia; et figura fructus adeo variant in his tribus generibus, vt nonnisi in filamentis staminum differentiam, conspicuam et certam, inuenerit Ludwigius.

Methodicorum differentia ex sequentibus patebit.

Tournefortius p. 378. ORNITHOGALA *et* SCILLAS *conjungit, ob radicem bulbosam et tuberosam, et* PHALANGIVM *radice fibrosa distinguit:* LILIO HYACINTHVM *vero p.* 371. *ob radicem bulboso-squamosam,* LILII *radici similem, separat, qui ad* SCILLAM *Ludw. debet referri.*

Dillenius G. 110. ORNITHOGALVM *filamentis latioribus;* STELLAREM *filamentis angustis adsumit, et ita distinguit, vt olim Rajus p.* 125. SCILLAM *et* HYACINTHVM STELLAREM, *quem Knautius p.* 247. HYACINTHOIDEM *dixit, ab* ORNITHOGALO *separauerat.*

Linnaeus ORNITHOGALVM *Ed. V. n.* 377. *quorsum* STELLAREM *Dill. refert, petalis et stylo persistentibus;* SCILLAM *n.* 378. *quorsum* LILIO HYACINTHVS *Tourn. et* HYACINTHVS STELLARIS *Raj. pertinet, petalis et stylo deciduis adsumit;* ORNITHOGALIS *filamenta plana, in aliis omnia, in aliis alterna, apice trifido;* SCILLIS *subulata adscribit. Ast in* PHALANGIO, *quod in prima Gener. Ed. n.* 269. BVLBINEN, *postea Ed. V. n.* 380 ANTHERICVM *adpellat, etiam subulata stamina adsumit; ac in nonnullis speciebus filamenta*

ta lanata, in aliis petala non decidua esse, ideoque ANTHERICI *genus difficile determinari posse monet.*

Hallerus Helv. p. 294. *in* ORNITHOGALO *filamenta latiora adsumit;* PHALANGIVM *vero, et* SCILLAM, *et* ORNITHOGALI *quasdam species, propter stamina non lata conjungit, ordinesque a radice bulbosa et fibrosa constituit. Et in Hort. Goett. p.* 81. *addit:* ASPHODELVS *et* PHALANGIVM, *immo* ORNITHOGALVM, *nulla vera nota video separari posse.* ANTHERICVM *vero Helv. p.* 291. *ita, vt Linnaeus in prima Gen. Ed. fecerat, distinguit, eique stylos et capsulas tres distinctas adscribit.*

Siegesbeckius p. 82. *species vmbellatas* ORNITHOGALA; *spicatas* ORNITHOGALOIDES *appellat.*

LILIAGO *Cord. Hist.* 150. *b. est* PHALANGII *species.*

NARTHECIVM *Moehr. Eph. Nat. Cur.* 1742. *p.* 384. *Wach.* 303. *ad* ANTHERICVM *retulit Linn. Spec. Tom. I. p.* 311.

ASPHODELIRIS *Moehr. Hort. p.* 14. *ab Hall. Helv. l. c. vt synonymon* ANTHERICI *adducitur.*

ORNITHOGALI *nomen mutauit et genus* CELSIAM *dixit Heist. Syst.* 20.

Plantam ORNITHOGALI *nomine descripsit Brown. Iam. p.* 196. *cui corollam monopetalam, tubulosam, in sex lacinias diuisam, tribuit.*

900. HE-

900. HEMEROCALLIS. LILIASTRVM *Tourn.* 369.

Calix nullus, vel loco ejus, breuia ſtriata foliola; corolla liliacea, petalis tribus interioribus latioribus; ſtamina tria altiora, tria breuiora; ſtigma trigonum; capſula trigona, trilocularis, triualuis; ſemina anguloſa. *Radix fibroſa, napiformis.*

HEMEROCALLIS *Linn. Ed. V. n.* 391. *et hoc genus, et* LILIO ASPHODELVM *Tourn. conjungit.*

901. LILIVM. *Tourn.* 369. *Linn.* Ed. V. n. 371. LIRIVM *Roy.* 30.

Calix nullus; corolla liliacea, plus minusuè reflexa, linea nectarifera, vel barbata, vel nuda, ad baſin ſinguli petali; ſtigma triangulare; capſula oblongo ſulcata, trigona, trilocularis; ſemina duplici ſerie in quolibet loculo poſita. *Radix bulboſo-ſquamoſa.*

MARTAGON *Rupp.* 148. *et Magn. Char.* 181. *petalis extrorſum reuolutis a* LILIO *differt.*

902. METHONICA. *Tourn. Act. Pariſ.* 1706. *p.* 86. GLORIOSA *Linn.* Ed. V. n. 374.

Calix nullus; corolla liliacea, petalis vndulatis, extrorſum reuolutis; ſtylus inclinatus, ſtigma trifidum; capſula oualis, trilocularis, triualuis; ſemina globoſa, duplici ſerie poſita. *Radix carnoſa, forma rectanguli, venenata; caules ſcandentes; folia alterna, ſuperius capreolata.*

903. TV-

903. TVLIPA. *Tourn.* 378. *Linn.* Ed. V. n. 376.

Calix nullus; corolla liliaceo-campanulata, petalis oblongo cuſpidatis, concauis; ſtylus breviſſimus, vel nullus, ſtigma triangulare, angulis diuiſis; capſula trigona, trilocularis, triualuis; ſemina plana. *Radix bulboſa, tunicata; ſcapus vniflorus.*

904. VVVLARIA. *Linn.* Ed. V. n. 373.

Calix nullus; corolla liliacea, petala oblonga, acuta, fouea nectarifera ad baſin petalorum inſculpta; filamenta latiuſcula; ſtylus in tres tubas diuiſus, ſtigmata reflexa; capſula oblonga, trilocularis; ſemina ſubrotunda, compreſſa.

Ad FRITILLARIAM *retulit Boerhaauius.*

905. FRITILLARIA. *Tourn.* 376. *Roy.* 31.

Calix nullus; corolla liliaceo-campanulata, pendula, ad vnguem petali ſinguli fouea nectarifera oblonga; ſtigma trifidum; capſula oblongo-trigona, trilocularis, triualuis; ſemina plana. *Radix bulboſa, depreſſa, ſolida.*

LILIO FRITILLARIA *Boerh. II.* 141. *Radice* LILII *gaudet.*

906. PETILIVM. *Linn.* Ed V. n. 259. *Roy.* 30. CORONA IMPERIALIS *Tourn.* 372. CORONA REGALIS *Dill. H. Elth. p.* 109.

Calix nullus; corolla liliaceo-campanulata, pendula, ad vnguem petali cujuslibet fouea nectarifera

etarifera nitida, subrotunda; stigma triangulare, sulcatum; capsula oblonga, marginibus acuta, trilocularis; semina plana. *Radix bulbosa, tunicata, odore nauseoso; scapus mollis, inferne foliis vestitus, in medio nudus, ex corona foliosa in summitate flores.*

FRITILLARIA *Linn. Ed. V. n. 372. hoc, et praecedens genus, conjungit.*

907. ERYTHRONIVM. *Linn.* Ed. V. n. 375. DENS CANIS *Tourn.* 378.

Calix nullus; corolla liliacea, pendula, reflexa, tubercula bina cuilibet petalo, ex tribus interioribus, accreta; stigma trifidum; capsula subrotunda, trilocularis; semina oblonga. *Radix carnosa, dentis canini forma.*

908. LEVCOIVM. *Linn.* Ed. V. n. 363. LEVCOIVM BVLBOSVM *Raj.* 125. LEVCONARCISSOLIRIVM *Knaut.* 245. NARCISSO LEVCOIVM *Tourn.* 387. CHIANTHEMVM *Siegesb.* 31. NIVARIA *Heist. Fabric. p.* 15.

Spatha oblonga, ex laterali fissura emittens vnum, vel plures flores; ouarium sub flore positum; corolla patens, liliacea, petalis ouatis; stylus superne crassior, stigma setaceum; capsula subrotunda, trilocularis, triualuis; semina subrotunda. *Radix bulbosa, tunicata.*

909. GALANTHVS. *Linn.* Ed. V. n. 362.

Radix, spatha, ouarium et fructus, vt in praecedente; corolla petalis tribus exterioribus oblongis, patulis, interioribus tribus, *quae nectaria dixit*

dixit Linnaeus, breuioribus, erectis, obtusis, emarginatis, constat.

LEVCOIVM *Guett. I. 126. hoc, et praecedens genus, conjungit.*

910. CYANELLA. *Roy. cit. Linn.* Ed. V. n. 386.

Calix nullus; petala concaua, tribus inferioribus propendentibus; stamen infimum declinatum, reliquis longius; stylus declinatus, stigma acutum; capsula trilocularis, triualuis; semina oblonga.

911. AMARYLLIS. *Linn.* Ed. V. n. 367. LILIO NARCISSVS *Tourn.* 386.

Spatha oblonga, ex cujus laterali fissura flos emergit; ouarium sub flore positum; corolla liliacea, petalis in plurimis cum staminibus et pistillo irregulariter reflexis; stigma trifidum; capsula oblongo-trigona; semina subrotunda. *Radix bulbosa, tunicata.*

Spatha et corolla in hoc genere varia occurrit; plura ideo constituit genera Heisterus: vid. Lib. de Brunswigia p. 20. sqq.

LIRIO NARCISSVS *Heist. cui florem monopetalum regularem et spatham vniualuem,*

LILIAGO *Heist. cui florem monopetalum regularem et spatham biualuem,*

BRVNSWIGIA *Heist. cui spatham bifoliam, corollam inferne tubulosam, integram, inflexam, in sex, magnitudine diuersas lacinias, profunde sectam, tribuit.*

IM-

IMHOFIA *Heiſt.* LILIVM *ſurinamenſe Dougl. ſiſtit.*

SPREKELIA *Heiſt. libr. cit. p.* 10. AMARYLLIDIS *ſpecies complectitur, quae corollam habent irregularem.*

912. ALLIVM. *Hall. libell. de Allio. Linn.* Ed. V. n. 370.

Spatha communis membranacea, ſubrotunda, cornuta; flores in vmbella ſimplici; calix proprius nullus; corolla petalis oblongis, erectis, plus minusque patentibus; ſtamina, vel ſimplicia, vel alterne trifida, interdum connata; ſtigma acutum; capſula variae formae, trigona, trilocularis, triualuis; ſemina ſubrotunda. *Folia ſuccoſa; ſcapi vt plurimum nudi.*

In ſequentia genera ab auctoribus diſtinctum fuit genus hoc naturale:

ALLIVM *Tourn.* 383. *Radix bulboſa, tunicata, compoſita; folia plana; odor olidus in omnibus plantae partibus.*

ALLIVM *Linn. Ed. prior. n.* 326. *Filamenta ſtaminum ſubulata, diſtincta.*

MOLY *Boerh. II.* 146. *ab* ALLIO *floribus magis, ſpecioſis, et odore ſuaui differt.*

CEPA *Tourn.* 382. *Radix bulboſa, tunicata, orbicularis; folia fiſtuloſa; caules fiſtuloſi, ventricoſi.*

CEPA *Linn. Ed. prior. n.* 327. *Filamenta ſtaminum ſubulata, in baſi lata, coalita in vnum tubum.*

PORRVM *Tourn.* 382. *Radix bulboſa, tunicata, fere cylindracea; folia lata, non fiſtuloſa, quandoque carinata.*

PORRVM *Linn. Ed. prior. n. 328. Filamenta ſtaminum lata, tria ſimplicia, tria in ſummitate triſida, anthera in medio denticulo poſita.*

SCORODOPRASVM *Mich. G. 24. Radix* ALLII; *ſtamina* PORRI.

Sunt quaedam ALLII *ſpecies capite bulbifero, in quibus bulbilli, quaſi imperfectos flores conſtituunt, aliis floribus perfectis interpoſitis; ex his ſpeciebus ſingulare genus conſtituit, et* MOLY *dixit, Manetti Vir. p. 54.*

913. APHYLLANTHES. *Lobel. Adv.* 190. *Linn.* Ed. V. n. 369.

Calix ex ſquamis imbricatis compoſitus, tuboloſus; corolla caryophyllaea, petalis in tubum, ſuperius limbo patente inſtructum, diſpoſitis; ſtigma trifidum; capſula turbinata, triangularis, trilocularis; ſemina ouata.

914. CELSIA. BVLBOCODIVM *Linn.* Ed. V. n. 368.

Calix nullus; corolla infundibuliformi ſimilis; petala vnguibus anguſtis, limbis oblongis, concavis; ſtamina petalis adhaerentia; ſtigmata tria; capſula trilocularis, ſemina multa continens.

Cum BVLBOCODIVM *Tourn. diſtinctum ſit genus;* CELSIA *vero Linnaei vera* VERBASCI *ſpecies: hoc genus eo nomine inſigniuimus.*

915. BERBERIS. *Tourn. 614. Linn.* Ed. V. n. 399.

Calix hexaphyllus, foliolis tribus exterioribus minoribus, interioribus majoribus, coloratis, deci-

deciduis; corolla rosacea, petalis subrotundis, calice vix majoribus; corpusculis binis ad vnguem positis; stigma orbiculatum; bacca cylindracea, seminibus vno, vel duobus, vel imperfectis praedita. *Frutex spinosus; folia oblonga, ciliata; flores in spicis pendulis.*

916. SCHMIDELIA. EHRETIA *Trew. Dec. III. Tab. 25.*

Calix monophyllus, semisexfidus, persistens; petala lanceolata, reflexa; stylus persistens, stigmate bifido; bacca globosa, tetrapyrena.

CALABA *Citri folio Plum. hoc genus constituit.*

Icones plantarum, a Brownio datas, Ehretus delineauit, alias, ab Ehreto pictas plantas, euulgauit Trewius; vterque in memoriam botanici pictoris egregii genus denominauit. Cum vero diuersae sint plantae, EHRETIAE *dictae, pace Ill. Trewii, hanc Cas. Chr. Schmidelii, qui, editis inprimis Gesneri operibus, inter botanicos inclaruit, memoriae consecrauimus.*

Linnaeus in Syst. Nat. Ed. X. p. 936. EHRETIAM *Trewii et Brownii, vt videtur, conjunxit.*

917. ASPARAGVS. *Tourn.* 300. *Linn.* Ed. V. n. 382.

Calix nullus; corolla campaniformis, petalis tribus alternis minoribus, nonnunquam reuolutis; stylus breuissimus, stigmata tria; stamina petalis inserta; bacca rotunda, seminibus rotundis, durioribus, foeta. *Radix caulescens, fibrosa; folia tenuissima.*

2. *TRISTYLAE.*

918. VERATRVM. *Tourn.* 272. *Linn.* Ed. V. n. 1013. HELLEBORVS ALBVS *Raj.* 80.

Calix nullus; corolla ſtellata, petalis oblongis, perſiſtentibus; ouaria tria, ſtylis breuiſſimis ornata; fructus tricapſularis, baſi connatus, vaginulis vniualuibus; ſemina oblonga, ala membranacea cincta. *Folia neruoſa, ſtriata, velut plicata; ſcapus in ſpicas florentes ramoſus.*

Flores ſpicarum inferiores fructum vix perficiunt, ſed ſola ſtamina plerumque oſtendunt.

919. HELONIAS. *Linn.* Ed. V. n. 416.

Calix nullus; petala oblonga, decidua; ſtyli recurui; capſula ſubrotunda, trilocularis; ſemina ſubrotunda.

920. MELANTHIVM. *Linn.* Ed. V. n. 410.

Calix nullus; petala perſiſtentia, unguibus anguſtis praedita; ſtamina petalis adnata; ſtyli curui; capſula trigona, trilocularis; ſemina plurima compreſſa.

Aliter florem deſcripſit Linn. Ed. prior. n. 1015. *et cum ſtylorum numero tantum ab* ORNITHOGALO *differat, forte cum eodem conjungi poſſet.*

921. MEDEOLA. *Linn.* Ed. V. n. 411.

Calix nullus; petala oblonga, patentia, reuoluta; ouaria tria, baſi coalita; bacca trilocularis; ſemen cordatum in quolibet loculo.

922. MENISPERMVM. *Tourn. Act. Paris.* 1705. *p.* 237. *Linn.* Ed. V. n. 413.
CISSAMPELOS *Rupp.* 67.

Calix hexaphyllus, deciduus, magnitudine corollae; corolla rosacea, petalis oblongis, concavis; ouula tria; fructus est bacca triplex, semine lanato foeta. *Caulis volubilis.*

Partes floris saepe pauciores; hinc florem tetrapetalum Dillenius adpellauit.

COCCVLVS *offic. huc pertinet.*

D. POLYANTHERAE.

I. *MONOSTYLAE.*

SALICARIA *vid. Hexanth. n.* 896.

923. XYLOPICRVM. *Brown. Iam. p.* 250.
XYLOPIA *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1165.

Calix breuis, monophyllus, cyathiformis, tri- vel quinquedentatus, persistens; petala lanceolatá, tribus exterioribus majoribus; stamina parva, ex calice orta, ouario appropinquata; capsula subrotunda, vnilocularis, nucleo amygdalino, cauo, foeta.

924. THEA. *Raj.* 164. *Linn.* Ed. V. n. 593.

Calix minimus, planus, sexpartitus; corolla rosacea, petalis subrotundis, concauis; stigma trifidum; capsula trilocularis, tricoccos; semina globosa.

925. BLAKEA. *Brown. Iam. p.* 323. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1141.

Calix duplex; ouarii hexaphyllus, foliolis subrotundis, semiamplexantibus, per paria gradatim sitis; floris discus membranaceus, sexangularis, integer, marginem ouarii cingens; corolla rosacea, petalis ouatis, majoribus; stamina duodecim, arcuata, erecta, antheris maximis, in annulum coalitis; stigma acutum; capsula ouata, sexlocularis; semina plurima, minora.

926. PVNICA. *Tourn.* 636. *Linn.* Ed. V. n. 544. GRANATVS *et* BALAVSTIVM *offic.*

Calix ouarium in se continens, monophyllus, campanulatus, quinquefidus, vel sexfidus; corolla rosacea, petalis subrotundis, calici insertis, *quandoque quinis*; fructus pomiformis, segmentis calicis coronatus, cortice lento, loculis novem, plerumque irregularibus; semina oblonga, pulpa succulenta, vinosa, cincta.

927. LECYTHIS. *Loefl. et Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1147.

Calix hexaphyllus, foliolis oppositis, imbricatis, persistentibus; petala irregularia quatuor, subrotunda, concaua, margine oblique flexa, duo inferiora majora, oblonga; nectarium monophyllum, lingulatum, basi pro ouario perforatum, et ligula alia, a latere interioris floris sursum flexa; staminum filamenta basi nectarii inserta, superne crassiora; stylus nullus; stigma conicum; fructus mollis; semina plurima.

928. LA-

928. LAGERSTROEMIA. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1146.

Calix monophyllus, campanulatus, ſexfidus; petala criſpa, contorta, vnguibus anguſtis, calice longioribus, donata; ſtamina calice longiora, filiformia, horumque ſex exteriora duplo craſſiora, et petalis longiora; ſtylus longitudine ſtaminum majorum; fructus ignotus.

2. *TRISTYLAE.*

929. RESEDA. *Linn.* Ed. V. n. 535.

Calix quadri - quinque vel ſex partitus, perſiſtens; petala tria, quinque vel ſex, inaequalia, nonnullis ſemper trifidis, vel multifidis, vnico, vel duobus ſummis nectariferis, quibus ſuppoſitum eſt ſemicirculare corpuſculum; ſtyli tres, quatuor, quinque; fructus anguloſus, in ſummo hians, non clauſus, ſemina minima continens. *Flores ſpicati.*

Cum in numero, et figura partium, ſumma obſervetur inconſtantia: tria genera conjungantur, ſcil.

RESEDA *Tourn.* 423. *Hall. Helv.* 315. *Calix ſexfolius, corolla quandoque major; petala ſex, vario modo diuiſa; folia pinnatifida.*

LVTEOLA *Tourn.* 423. *Hall. Helv.* 315. *Calix quadrifidus; petala numero varia, ſummum ſexfidum; folia oblonga, integra.*

SESAMOIDES *Tourn.* 424. *Fructus quaſi ſtellatus; folia oblonga, integra.*

930. DELPHINIVM. *Tourn.* 426. *Linn.* Ed. V. n. 602.

Calix nullus; petala quatuor, oblonga, patentia, quintum supremum oblongum, in calcar posterius extensum, in quod inseritur sextum, quoque calcaratum, nectariferum, quasi bilabiatum; stamina declinata, filamentis planis instructa; fructus, vel ex vna, vel tribus vaginulis vniualuibus constat, quae semina angulosa continent. *Folia laciniata.*

STAPHISAGRIA *Riv. Pent. sextum petalum, in medio constitutum, quadruplex est; duo scilicet lateralem locum occupant, et duo in medio posita, quae calcarata sunt, et vtrumque calcar, in quinti petali calcare continetur.*

CONSOLIDA-REGALIS *offic. indigena est* DELPHINII *species.*

2. *POLYSTYLAE.*

FILIPENDVLA *Tourn. vid. Pentap. regul. n.* 806.

931. ANEMONE. *Hall. Helv.* 329. *Goett.* 103. *Linn.* 132.

Calix nullus; corolla rosacea. vel liliacea; ouula multa, acuminata; styli persistentes; semina multa, in capitulum collecta, varia.

Huc referantur:

PVLSATILLA *Tourn.* 284. *Linn. Ed. prior. n.* 549. *Radix fibrosa, perennis; in plerisque inuolucrum monophyllum, multifidum, florem vnicum in ortu cingens, postea in caulis circiter medio persistens; corolla liliacea; semina compressa, stylis villosis praedita.*

ANE-

ANEMONE *Linn. Ed. prior. n.* 550. *Radix nodoso-fibrosa perennis; folia terna, caulem amplectentia, in ortu floris, calicis instar, adparentia; corolla rosacea; hoc genere conjungitur.*

ANEMONE *Tourn.* 275. *Semina lanuginosa.*

ANEMONOIDES *Dill. G.* 107. NEMOROSA *Rupp.* 168. *Semina glabra.*

ANEMONE-RANVNCVLVS *Dill. G.* 107. *Corolla pentapetala.*

ANEMONE *Linn. Ed. V. n.* 614. *praeter haec genera, etiam* HEPATICAM *comprehendit.*

932. ANONA. *Raj.* 158. *Linn.* Ed. V. n. 613. GVANABANVS *Plum G.* 42.

Calix trifolius, paruus, foliolis acuminatis; corolla rosacea, petalis tribus alternis, interioribus minoribus; antherae vix filamentis innatae, circa ouarii capitulum, multis poris instructum, collectae; styli breuissimi; bacca magna, globosa, cortice squamato vestita; semina globosa.

Trewius in Plant. Ehret. Dec. V. Tab. 49. *Calicem triphyllum, et tria modo petala, fructumque multilocularem descripsit.*

933. VVARIA. *Linn.* Ed. V. n. 612. VVA *Burm. Zeyl. p.* 231.

Calix triphyllus, persistens; corolla rosacea, petalis lanceolatis, sessilibus; antherae quasi truncatae, ouarium tegentes; baccae plures, globosae; semina plurima.



CLASSIS XIV.

Plantae flore inuoluto, perfecto, polypetalo.

A. PENTANTHERAE.

MONOSTYLAE.

934. SAVVAGESIA. *Linn.* Ed. V. n. 252.
SAVVAGEA *Linn.* Ed. prior. n. 526.

Calix pentaphyllus, foliolis oblongo - acutis, persistentibus; petala quinque, calice minora, quinque alia adhuc minora, cum prioribus alternantia, et alia plura capillaria, cum prioribus quoque alternantia; capsula vnilocularis, semina plurima continens.

Petala capillaria, pro filamentis staminum, et minora illa quinque, pro nectariis adsumsit Linn. Ed. priori.

935. HARTOGIA. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1126.

Calix monophyllus, persistens; petala alia quina exteriora, vnguibus longitudine calicis, et quina alia sessilia, minora, ouarium cingentia; stamina petalis longiora; ouarium trigonum, tribus cauitatibus donatum; fructus trilocularis.

Linn. l. c. quina minora petala nectaria dixit; pag. 939. *vero decem petala adsumit, et nectarium coronans, trifidum, commemorauit.*

B. OCTAN-

B. OCTANTHERA.

MONOSTYLA.

936. MIMVSOPS. *Linn.* Ed. V. n. 429.

Calix octophyllus, foliolis duplici ſerie poſitis, perſiſtentibus; petala octo, calici aequalia; filamenta piloſa; ouarium piloſum; fructus ouato-acuminatus; ſemen vnum, vel duo.

C. POLYANTHERAE.

1. *MONOSTYLAE.*

937. PODOPHYLLVM. *Linn.* Ed. V. n. 571. ANAPODOPHYLLVM *Tourn.* 239. POMVM MAIALE *Raj.* 77.

Calix coloratus, triphyllus, deciduus; corolla roſacea, petalis concauis, calice minoribus; ouarium oblongum; ſtigma ſubrotundum, plicatum; capſula ouata, vnilocularis, ſtigmate perſiſtente coronata; ſemina ſubrotunda. *Radix repens, tuberculata.*

938. SANGVINARIA. *Dill. H. Elth. p.* 335. *Linn.* Ed. V. n. 570.

Calix bifolius, deciduus; petala octo, quatuor exteriora majora, quatuor interiora minora; ſtylus breuiſſimus, biſulcatus, perſiſtens; capſula vnilocularis, biualuis; ſemina plurima, acuminata.

939. OR-

939. ORLEANIA. *Comm. H. Amst. I. fig.* 33.

BIXA *Linn.* Ed. V. n. 581.

Calix persistens, minimus, quinquedentatus; petala quinque exteriora rudiora, interiora quinque tenuiora, oblonga; stigma bifidum; capsula compressa, biualuis, vnilocularis; semina turbinata, multa.

940. NYMPHAEA. *Linn.* Ed. V. n. 579.

Calix persistens, magnus, quadri-vel quinquefolius, foliolis intus coloratis; corolla rosacea; ouarium oblongum, stigmate plano, peltato, radiato, persistente, notatum; fructus globosus, multilocularis, intus pulposus, lentescens; semina exigua, multa, subrotunda. *Radix vivax, magna in fundo fluminum et stagnantium aquarum; folia fungosa, fere orbicularia, aquis innatantia.*

Huc referri meretur:

NYMPHAEA *Boerh. I.* 281. *Calix pentaphyllus, foliolis subrotundis; petala minora, rigida, carinata; fructus ex sphaerico fastigiatus.*

LEVCONYMPHAEA *Boerh. I.* 281. *Calix tetraphyllus, foliolis oblongis; petala oblonga, exteriora majora, interiora minora; fructus sphaericus.*

NELVMBO *Tourn.* 261. *Fructus turbinatus, truncatus, loculis monospermis, propriis foraminibus, per discum stigmatis dehiscentibus.*

MICRONYMPHAEA *Boerh. I.* 282. *Flos minor; calix quinquefolius; corolla pentapetala.*

2. DI-

2. *DISTYLA.*

941. PAEONIA. *Tourn.* 273. *Linn.* Ed. V. n. 600.

Calix perſiſtens, pentaphyllus, foliolis inaequalibus; corolla roſacea, petalis maximis, concauis, ſubrotundis; ouaria bina, vel terna, mutantur in capſulas lanuginoſas, vel glabras, oblongo acuminatas, ſtigmate oblongo, perſiſtente, rubro, coronatas, vniloculares; ſemina globoſa. *Radix tuberoſa.*

3. *PENTASTYLAE.*

942. AQVILEGIA. *Tourn.* 428. *Linn.* Ed. V. n. 605.

Calix nullus; petala decem, quinque ouata, quinque corniculata, nectarifera, in calcar longum producta; ſtamina, vel diſtincta, vel filamentis coalita; ouaria quinque, paleis decem inuoluta; ſtyli reflexi; fructus ex quinque vaginulis, corniculatis, compoſitus, quae apice dehiſcunt, et ſemina ouata vel plana emittunt.

Flos plenus interdum ex ſolis ouatis petalis conſtat, interdum corniculata auget.

943. GLINVS. *Linn.* Ed. V. n. 537.

Calix pentaphyllus, perſiſtens; petala anguſta, quandoque coalita, calice breuiora, inaequaliter bifida; capſula quinquelocularis, quinquevaluis; ſemina plurima.

4. *POLYSTYLAE.*

FICARIA *vid. inter Pentapet. ad* RANVNCVLVM *relata. n.* 810.

SEM-

SEMPERVIVVM *Linn. vid. inter Pentapet. regul. n.* 800.

TROLLIVS *Rupp. vid. inter Pentapet. regul. n.* 812.

ANEMONE *Tourn. vid. Hexapet. n.* 931.

944. ADONIS. *Boerh. I.* 35. *Linn.* Ed. V. n. 618.

Calix pentaphyllus, deciduus; corolla rosacea petalis oblongis; ouula multa, acuminata; fructus est capitulum seminale, oblongum; semina angulosa. *Folia foeniculacea.*

HELLEBORASTRVM *s.* HELLEBORASTER *Heist. Cat.* 1731. *p.* 32. *et Fabric. p.* 66. *siue* HELLEBORVS HIPPOCRATIS *Tabern.* 1097. *huc pertinet.*

945. HEPATICA. *Dill. G.* 108. *Linn.* Ed. prior. n. 548. TRINITAS *Hall. Helv.* 320. *Goett.* 99.

Calix triphyllus, persistens; corolla rosacea, petalis oblongis; ouula multa, acuminata; fructus est capitulum seminale; semina ouata, thalamo villoso accreta. *Radix fibrosa perennis; folia semitrilobata; petioli foliorum et pedunculi florum ex radice seorsim omnes.*

Ad ANEMONEM *reduxit Linn. Ed. V. n.* 614.

946. ATRAGENE. *Linn.* Ed. V. n. 615.

Calix tetraphyllus, deciduus; petala duodecim, angusta, patula; styli villosi; semina plurima, in caudam pilosam desinentia.

Si

Si calix in determinandis generibus HEPATICAE *et* ANEMONES *nil valet; et si* ANEMONE *calice hexaphyllo Linn. Spec. Tom. I. p.* 538. *inter* ANEMONES *species subsistere potest: dubitamus, an* ATRAGENE *distinctum manere possit genus: seminum enim differentia in his generibus inconstans est.*

947. LIRIODENDRVM. *Linn.* Ed. V. n. 609. TVLIPIFERA *Boerh. II.* 161.

Folia duo triangularia pedunculum tegentia, decidua; calix triphyllus, deciduus; corolla liliaceo-campanulata, petalis sex vel pluribus oblongis, basi canaliculatis, exterioribus majoribus; antherae lineares; stigmata globosa; fructus est conus erectus, squamosus; semen alatum, vnum vel duo, in sinu singulae squamae. *Folia angulosa, abscisso quasi mucrone.*

948. MAGNOLIA. *Plum. G.* 38. *Linn.* Ed. V. n. 610.

Calix triphyllus, deciduus; corolla rosacea, petalis oblongis, concauis; stamina ex basi ouarii orta; fructus squamosus, ouatus, sub squamis continet semina reniformia, filo pendentia.

949. ILLICIVM. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1142.

Calix tetraphyllus, coloratus, deciduus; petala octo, lanceolata, concaua, totidemque nectaria a Linnaeo dicta, subulata; stamina breuissima, antherae bifidae; ouula plerumque octo totidem stylis terminata, mutantur in tot capsulas, in

in orbem digestas, biualues, seminibus solitariis foetas.

950. MICHELIA. *Linn.* Ed. V. n. 611.

Calix nullus; petala octodecim, exterioribus majoribus; ouula imbricata, stigmata reflexa; fructus est racemus baccarum, quarum singula quatuor circiter semina continet.

Calicem octophyllum, petala octo et stamina octo, descripsit Linn. Ed. prior. n. 399.



CLAS-

CLASSIS XV.

Plantae flore inuoluto, perfecto, apetalo.

A. MONANTHERA.

DISTYLA.

951. MOROCARPVS. *Rupp.* 337. CHENOPODIOMORVS *Boerh. II.* 91. *Hall. Helv.* 21. FRAGOCARPOS *Heist. cit. Moehr.* 26. BLITVM *Linn.* Ed. V. n. 14.

Calix trifidus, persistens, plus minus succulentus; semen vnicum, globosum, calice contentum. *Calices maxime succulenti et in glomerulos collecti, in nonnullis speciebus baccam referunt.*

B. TRIANTHERAE.

1. *MONOSTYLA.*

952. ORTEGIA. *Linn.* Ed. V. n. 49.

Calix pentaphyllus, persistens; stigma capitatum; ouarium triquetrum fit capsula trigona, vnilocularis, apice trifariam dehiscens, semina plurima, exigua, continens.

2. *TRISTYLAE.*

953. PROSERPINACA. *Linn.* Ed. V. n. 97. TRIXIS *Mitch. G.* 23.

Calix trifidus, ouario insistens; styli villosi; ouulum triquetrum fit semen ejusdem formae, calice clauso coronatum. *Flores alares.*

954. TRIPLARIS. *Loefl. et Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1111.

Calix monophyllus, ouatus, trifidus, laciniis lanceolatis, longissimis, patentibus; antherae lineares; ouarium triangulare; stigmata triquetra, villosa; fructus est nux ouata, triquetra, intra calicis basin ouatam contenta.

955. MINVARTIA: *Linn.* Ed. V. n. 100.

Calix pentaphyllus, foliolis subulatis, persistentibus; capsula oblonga, triangularis, calice multum breuior, vnilocularis, triualuis; semina compressa.

QVERIA *Linn. Ed. V. n.* 101. *Semen vnicum, capsula triualui inclusum gerit, et huc referatur.*

956. MOLLVGO. *Linn.* Ed. V. n. 99. *Zinn.* 44. GALIASTRVM *Heist. Fabric. p.* 108.

Calix pentaphyllus, foliolis oblongis, intus coloratis, persistentibus; capsula trilocularis, triualuis, semina numerosa, reniformia, continens.

Petala quinque, calice breuiora, Linnaeus in Gen. cit. loc. describit. in Syst. Nat. Ed. X. p. 881. *denuo corollam nullam assumit; sic et nos nunquam petala inuenimus.*

Speciem petaloidem vide inter ALSINES.

TRICLIS *Hall. Goett.* 25. MOLLVGINIS *et* PHARNACEI *genus conjungit.*

C. TE-

C. TETRANTHERAE.

1. *MONOSTYLAE.*

957. PARIETARIA. *Tourn.* 509. *Linn.* Ed. V. n. 1020.

Calix monophyllus, quadrifidus, persistens, segmentis acutis; stamina elastica; stylus plumosus, rubicundus; semen vnicum. *Flores in glomerulos, in foliorum alis, collecti.*

Miscentur perfectis flores staminei ouulo abortivo, et alii pistillati, sine staminibus.

958. ALCHIMILLA. *Tourn.* 508. *Hall. Goett.* 31. ALCHEMILLA *Linn.* Ed. V. n. 153.

Calix persistens, campaniformis, octofidus, segmentis alternis, minoribus; stylus ad basin ouario insertus; stigma globosum; semen oblongum, compressum, calice obuolutum. *Flores in summis ramulis.*

Calicem saepe decemfidum et stamina quinque obseruauimus.

PERCEPIER *Raj.* 23. *Boerh. II.* 93. PERCHEPIER *Hall. Helv.* 185. PERCEPIA *Heist. Syst.* 11. APHANES *Linn. Ed. V. n.* 154. *Flores alares parvi; ouula duo; styli duo ex basi ouulorum orti; semina duo: ob summam analogiam huc referatur.*

959. CRVZETA. *Loefl. et Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1117.

Calix duplex, exterior triphyllus, foliolo anteriori lineari, lateralibus ouatis, interior tetraphyllus, foliolis duobus exterioribus integerri-

 mis,

mis, interioribus tenuissime laceratis; ouarium compressum; stylus breuissimus, bipartitus; semen vnicum, calice conniuente inclusum.

Linn. l. c. p. 90. duplicem calicem et corollam nullam; pag. 1362. autem calicem triphyllum et corollam tetrapetalam describit.

960. CAMPHORATA. *Tourn. Act. Parif.* 1705. *p.* 238. *Hall. Helv.* 183. CAMPHOROSMA *Sauv. Monsp.* 45. *Linn.* Ed. V. n. 152.

Calix monophyllus, semiquadrifidus, laciniis acutis, oppositis, minoribus; stamina calice longiora; stylus semibifidus, vel duplex, calice longior; capsula vnilocularis, calice tecta, superne dehiscens; semen vnicum compressum. *Glomeruli florum alares.*

POLYCNEMVM *Linn. Ed. V. n.* 51. *huc retulit Ludwig Def. n.* 765. *Dubium omnino est genus. Linnaeus calicem triphyllum; petala quinque; stamina tria; stylum bifidum et semen vnum nudum describit; species vero* CAMPHORATAE *Hall. Helv.* 183. *quae hoc genus constituit, praeter squamam aristatam, foliola floris modo quatuor, inaequalia, et semen rugosum, inuolucro sericeo tectum, obtinet.*

961. DANTIA. *Petit. Gen.* 49. *Guett. II.* 115. ISNARDIA *Linn.* Ed. V. n. 145. OCYMOPHYLLVM *Buxb. Comm. Petrop. Tom. IV. p.* 277.

Calix campanulatus, ouarium arcte cingens, semiquadrifidus, laciniis acutis; stamina ex medio calice enata; stylus simplex, staminibus longior;

fructus

fructus quadrilocularis, femina pauca, oblonga continens.

962. NEPENTHES. *Linn.* Ed. V. n. 909. BANDVRA *Burm. Zeyl.* 42.

Calix profunde quadrifidus, perfiftens, fegmentis fubrotundis; quatuor antherae, bis crenatae, circa ftyli fummitatem fere in annulum concrefcunt; capfula quadrilocularis, quadriualvis; femina multa, tenuia, paleacea.

963. ELAEAGNVS. *Tourn. Cor.* 53. *Linn.* Ed. V. n. 148. OLEASTER *Magn. Char.* 306.

Calix coriaceus, ouarium cingens, deciduus, fuperne vt plurimum quadrifidus, fegmentis acutis, intus coloratis; ftamina intra incifuras calicis; ftylus breuis; capfula coriacea, vnicum nucleum, oblongum, continens.

964. RIVINIA. *Linn.* Ed. V. n. 150. RIVINA *Plum. G.* 48. SOLANOIDES *Tourn. Act. Parif.* 1706. *p.* 87.

Calix quadrifidus, coloratus, perfiftens; bacca globofa, vnico fubrotundo femine foeta. *Flores et fructus in racemis.*

Ad PHYTOLACCAM *refert Boerh. II.* 70. *Brown. Iam. p.* 149. *recenfet fpeciem, quae ftamina duodecim, ab octo areolis diftinctis orta, alterna, geminata, gerit.*

965. SALVADORA. *Garc. Phil. Tranf. n.* 491. *Linn.* Ed. V. n. 151.

Calix monophyllus, quadrifidus, laciniis revolutis; filamenta reflexa; ftigma vmbilicatum; bac-

bacca globosa, semine vnico, sphaerico, praegnans. *Flores in racemis.*

966. CATONIA. *Brown. Iam. p.* 149.

Calix tetraphyllus, ouario insidens, foliolis orbiculatis; stigma simplex; bacca succulenta, coronata, seminibus duobus, hemisphaericis, cum rudimentis duorum aliorum foeta.

2. *DISTYLA.*

APHANES *Linn. vid.* ALCHIMILLAM *n.* 958.

D. PENTANTHERAE.

1. *MONOSTYLAE.*

967. THESIVM. *Linn.* Ed. V. n. 258. *Hall. Goett.* 31. LINOSYRIS *Rupp.* 2. LINOPHYLLVM *Pont. Anth.* 261.

Calix ouarium arcte cingens, persistens, semiquinquefidus, intus coloratus; stigma globosum; calicis basis contracta semen continet subrotundum.

968. KALI. *Tourn.* 247. SALSOLA *Linn.* Ed. V. n. 275.

Calix profunde quinquefidus, segmentis obtusis, quodammodo coloratis, persistens; stylus simplex, semibifidus; stigmata recurua; fructus globosus, vnicum semen, cochleae instar conuolutum, continens. *Habitus succulentus; flores alares.*

TRAGVM *Matth.* 731. *huc pertinet.*

ANA-

ANABASIS *Linn. Ed. V. n.* 276. KALI BACCIFERVM *Buxb. Cent I. p.* 11. *forte huc referri posset, licet calix duplex sit, exterior triphyllus, interior pentaphyllus minor, a Linnaeo corolla dictus, et fructus succulentus; cochleatum enim semen, genericam essentialem notam praebet.*

969. CONOCARPVS. *Linn.* Ed. V. n. 213.

RVDBECKIA *Houst.*

Calix monophyllus, quinquefidus, laciniis acutis persistens; semen vnicum, margine membranaceo cinctum. *Planta arborea; fructificationes in summis ramulis, in capitulum collectae.*

Aliam longe hujus generis definitionem dedit Brown. Jam. p. 159. *Ouarium scilicet compressum, ad vtrumque latus, medio margine, denticulo notatum, ad apicem excauatum, quinque foliolis calicinis minimis, cochleatis, conniuentibus, coronatum; petala quinque minima, foliolis calicis supposita, conniuentia, decidua; stylus breuissimus, stigma obtusum; capsula compressa, ad vtrumque marginem prominula, vnilocularis, coronata; semen vnicum oblongum. Quomodo haec cum Linnaei descriptione conciliari queat, in dubio relinquimus, inprimis, cum petala, calicis foliolis supposita, contra botanicas regulas assumserit Brownius.*

970. ILLECEBRVM. *Linn.* Ed. V. n. 256.

CORRIGIOLA *Dill. G.* 169. *Moehr.* 106.
ILLECEBRA SPVRIA *vel* SEDOIDES *Rupp.* 99.

Calix persistens, pentaphyllus, foliolis coloratis, acuminatis; stylus vix vllus, stigma turgidum; capsula subrotunda, vtrinque acuminata;

nata, vnilocularis, quinqueualuis, semine vnico foeta.

Aliter florem descripsit Moehr. l. c. emendatum vero characterem dedit Comm. Norimb. 1742. p. 4.

2. *DISTYLAE.*

971. ATRIPLEX. *Tourn.* 505. *Linn.* Ed. V. n. 1021.

Calix persistens, quinquefidus, vt plurimum a latere compressus, quasi bifolius; flores multi perfecti, superiores non raro staminei, inferiores semper pistillati; stylus profunde diuisus, fere duplex; semen orbiculatum, compressum, intra calicem clausum, pentagonum, contentum.

HALIMVS *veterum huc pertinet.*

972. CHENOPODIVM. *Tourn.* 506. *Linn.* Ed. V. n. 273.

Calix quinque-raro quadrifidus, laciniis concauis, aequalibus; flores omnes perfecti; stylus profunde diuisus, quandoque trifidus; semen orbiculare, intra calicem clausum, pentagonum, contentum.

BOTRYS *Dod.* 34. *et Segu. Ver. I. p.* 88. GAROSMVS *Dod.* 616. *f.* VVLVARIA *Dalech.* 543. *et* BONVS HENRICVS *offic. huc pertinent.*

Hoc et praecedens genus, omnino deberent conjungi, cum praesentia flosculorum imperfectorum, nullam constituat genericam differentiam; propter copiam vero specierum, duo haec genera retinemus.

Maxime vero CHENOPODIO *affinis et hinc forte conjungenda* LERCHIA *Hall. Comm. Goett.* 1751.

1751. p. 223. Zinn. 30. styli tres vel quinque; fructus oblongus, columnae similis, in fundo semen lenticulare continens; flores in summitate alares.

973. HERNIARIA. *Tourn.* 507. *Linn.* Ed. V. n. 272.

Calix quinque - raro quadrifidus, segmentis acutis, interne coloratis; staminibus foecundis quinque alia filamenta sterilia interposita; stylus duplex, vel vnus breuissimus, profunde diuisus; semen intra calicem contentum, vnicum.

PARONYCHIA *Tourn.* 507. *quam Linn. in Ed. prior. n.* 228. *huc retulerat, nunc vero* ILLECEBRO *addidit, Bracteis siccis, argenteis, flosculos succingentibus differt; et cum quinque etiam filamenta sterilia, et stylum fere duplicem gerat, hujus potius, quam* ILLECEBRI *speciem esse, patet.*

974. BETA. *Tourn.* 501. *Linn.* Ed. V. n. 274.

Calix pentaphyllus, laciniis oblongis, obtusis; fructus est capsula vnilocularis, calice comprehensa, semen reniforme continens. *Radix annua, vel biennis, in nonnullis valde crassa et carnosa.*

975. TRIANTHEMA. *Sauv. Meth.* 127. *Linn.* Ed. V. n. 278. PORTVLACASTRVM *Juss. cit. Linnaeo.*

Calix pentaphyllus, foliolis interne coloratis; styli inflexi; capsula quadragona, superne bifida, vnilocularis; semina plura, rugosa.

976. VLMVS. *Tourn.* 601. *Linn.* Ed. V. n. 281.

Calix turbinatus, quinquefidus, coloratus, persistens; stamina vt plurimum quinque, calice longiora; styli reflexi, stigmata villosa; fructus compressus, oualis, in summitate incisus, in media cauitate, semen vnicum subrotundum compressum continens. *Planta arborea; folia oblonga serrata; ex gemma florali flosculi multi, vel breuioribus, vel longioribus pedunculis insidentes.*

977. BOSEA. *Linn* Ed. V. n. 280. YERVAMORA *Ludw. Def. Ed. prim. p.* 126.

Calix profunde quinquefidus, segmentis erectis, acutis; fructus est bacca subglobosa vnilocularis; semen vnicum, rotundo acuminatum. *Frutex vel arbor; folia oblonga cuspidata; flores ex summis ramulis et ex alis foliorum racemosi.*

SARCOMPHALVS *Brown. Iam p.* 179. *quam Linn. Syst. Nat. Ed. X. p.* 937. *ad* RHAMNVM *retulit, forte non differt a* BOSEA; *Ouarium vmbilico carnoso circumductum, stylo breui bifido terminatum, fit bacca bilocularis, semina solitaria, hemisphaerica, continens.*

978. CELTIS. *Tourn.* 612. *Linn.* Ed. V. n. 1012. LOTVS ARBOR *Raj.* 154.

Calix monophyllus, quinquefidus, laciniis ouatis, patulis; stamina breuia; styli pubescentes; ouarium bicorne mutatur in baccam, ossiculo subrotundo, quasi quadripartito, foetam. *Flores alares, solitarii.*

Flores inferiores staminei tantum inueniuntur.

3. *TRI-*

3. *TRISTYLAE.*

979. PHARNACEVM. *Linn.* Ed. V. n. 341.
CERVIANA *Minuart. Monogr.*

Calix persistens, pentaphyllus, foliolis marginatis et intus coloratis; styli tres, vel vnicus breuissimus, stigmata tria; capsula oblonga, trilocularis, triualuis; semina exigua. *Flores vmbellati.*

Ad TRICLIN *retulit Hall. et a* MOLLVGINE, *staminum numero vnice differt.*

980. ZANTHOXYLVM. *Catesb. Car. I. p. 26. Linn.* Ed. V. n. 335.

Calix quinquepartitus, foliolis ouatis, coloratis; stamina plerumque quinque, raro quatuor, vel sex; ouula tria, quatuor vel quinque, totidem stylis lateralibus insignita; capsulae totidem in globum congestae, thalamo pedunculato insistentes, semina solitaria continentes.

Descriptio hujus generis a Brown. Iam. p. 189. data, longe recedit a Linnaeana; Est scilicet: Calix minimus, quinquepartitus; corolla monopetala, ad basin fere quinquefida; stamina quinque corolla longiora; ouarium depressum, styli vix vlli, stigmata quinque; capsula quinqueloba, vltra medietatem diuisa, lobis vnilocularibus, monospermis.

E. HEXANTHERAE.

1. *MONOSTYLAE.*

981. ROTANGA. ROTANG *Pis. Mant.* 188.
CALAMVS *Linn.* Ed. V. n. 395.

Calix persistens, hexaphyllus, foliolis tribus exterioribus breuioribus, latioribus, tribus interioribus

rioribus longioribus, angustioribus; stylus trifidus, spiralis; fructus globosus, squamis imbricatis tectus exsuccus, semine vnico globoso; foetus. *Culmus flexilis.*

Ne cum CALAMO AROMATICO *confusio nominum oriatur*, ROTANGAE *vocem assumsimus.*

982. ORONTIVM. *Linn.* Ed. V. n. 393. ARONIA *Mitch.* I.

Claua cylindracea, floribus vndique tecta; calix, *quem alii corollam dicunt*, persistens, hexaphyllus, foliolis subrotundis, angulatis; stylus nullus, vel breuissimus, stigma bifidum; semen vnicum, tenui folliculo et calice cinctum.

983. ACORVS. *Boerh. II.* 167. *Linn.* Ed. V. n. 392. CALAMVS AROMATICVS *Mich.* G. 43.

Claua, ex sinu folii oriunda, digitiformis, floribus sessilibus vndique tecta; calix hexaphyllus, foliolis obtusis, superne crassioribus, persistentibus; stylus breuissimus; capsula triangula, trilocularis, seminibus tribus foeta.

984. CERATONIA. *Dod.* 787. *Linn.* Ed. V. n. 983. SILIQVA *Tourn.* 578.

Ouarium longum, deorsum pendens, stigmate plano, leuiter diuiso, terminatum, insistit thalamo ex sex tuberculis composito, sub quo sex haerent foliola calicina, *an potius petala?* intra quae et thalamum oriuntur sex filamenta, antherae longitudine filamentis aequales; fructus est legumen compressum, dissepimentis transuersis, pulposis; semina subrotunda, compressa, splendentia.

dentia. *Planta arborea; folia pinnata, extremo impari.*

Flores vere relatiuos in plantis cultis nunquam inuenimus; quandoque autem pistillum imperfectum, quasi sphacelatum, modo vidimus; hinc ex relatiuis ad perfectos flores posuimus. In summis spicae flosculis vna pars fructificationis in numero deficit.

2. *TRISTYLAE.*

985. RVMEX. *Linn.* Ed. V. n. 407. LAPATHVM *Hall. Helv.* 168. *Zinn.* 38.

Calix duplex, persistens, et semen arcte cingens, exterior triphyllus, interior, *a nonnullis corolla dictus*, quoque triphyllus; styli reflexi; ouulum triquetrum, quod in simile semen abit.

LAPATHVM *Tourn.* 504. *sapore austero*

ACETOSA *Tourn.* 505. *sapore acido distinguitur.*

LAPATHOIDES *Amm. Ruth. n.* 228. *huc quoque pertinet.*

986. IVNCVS. *Tourn.* 246. *Linn.* Ed. V. n. 396.

Calix persistens, hexaphyllus, foliolis acutis; stylus breuissimus, in tres tubas longas, villosas, diuisus; fructus tripartitus, varius. *Caules, vel graminei, foliis ornati, vel teretes, medulla fungosa pleni, foliis ejusdem indolis.*

IVNCVS *Scheuchz.* 337. *Folia teretia, fungosa.*

IVNCOIDES *Scheuchz.* 310. CYPERELLA *Rupp.* 143. *Folia plana, graminea.*

IVNCNS

IVNCVS *Mich. G. 37. Capsula triualuis, polysperma.*

IVNCOIDES *Mich. G. 41. Capsula triualuis, trisperma.*

SCHEVCHZERIA *Linn. Ed. V. n. 408. Hall. Helv. 258. tribus vel sex capsulis distinctis, semine solitario plerumque foetis, biualuibus, a* IVNCO *differt, et ob differentiam fructus, in hoc genere vix definiendam, huc referri posset.*

Hoferus in Act. Helvet. Vol. I. p. 71. Capsulas semper tres, nunquam plures, ast in iisdem semina plura, receptaculo columnari adnata, vidit.

987. FLAGELLARIA. *Linn.* Ed. V. n. 406.

Calix hexaphyllus, persistens, foliolis ouatis, exterioribus acutioribus; styli persistentes; fructus subrotundus, vnilocularis, calice coronatus, nucleo subrotundo foetus. *Folia arundinacea, apice spiraliter contorta.*

3. *TETRASTYLAE.*

988. PETIVERIA. *Plum. G. 50. Linn.* Ed. V. n. 417.

Calix pentaphyllus, foliolo superiori triangulari, duabus lateralibus spinulis ornato, quatuor inferioribus oblongis angustis; fructus semen est vnicum, inferius teretiusculum, superius compressum, emarginatum, latiusculum, stylis rigidis reflexis armatum.

Calicem auctores tetraphyllum modo describunt, et foliolum superius omittunt; Hall. Goett. 258.

hoc

hoc vnice pro calice, et quatuor reliqua pro corolla adsumit.

Brown. Iam. p. 274. Squamas tres loco calicis; florem tetrapetalum persistentem; capsulam vniloculарem, semine vnico instructam, descripsit.

989. SAVRVRVS. *Linn.* Ed. V. n. 414. *Hall. Goett.* 7.

Calix monophyllus, persistens, squamae instar suscipiens stamina longa; styli quatuor persistentes; bacca tetrasperma. *Flores et fructus in spicam collecti.*

Linnaeus tres modo stylos, et baccam monopyrenam describit; nos vero Trewium secuti fuimus, vid. Comm. Norimb. 1742. p. 410. et 1745. p. 414.

F. OCTANTHERAE.

1. *MONOSTYLAE.*

990. LACHNAEA. *Roy. cit. Linn.* Ed. V. n. 441.

Calix persistens, monophyllus, tubulosus, tubo tenui, limbo quadrifido irregulari; stigma capitatum, hispidum; semen vnicum, oblongo-acutum.

991. PASSERINA. *Rupp.* 64. *Linn.* Ed. V. n. 440. SANAMVNDA *Magn. Char.* 150.

Calix ventricosus, semiquadrifidus, intus coloratus, persistens, ouulum arcte cingens; stigma capitatum, villosum; semen oblongum, vtrinque acuminatum, calice coriaceo comprehensum.

Ad

Ad THYMELAEAS *refert Tournefortius.*

992. STELLERA. *Gmel. et Linn.* Ed. V. n. 439. CHAMAEIASME *Amm. Ruth. p.* 17.

Calix persistens, monophyllus, infundibuliformis, tubo longo, limbo quadri-vel quinquepartito; *stamina quandoque decem;* stigma capitatum; semen vnicum, rostratum.

PASSERINA *Rupp. huc refertur a Linnaeo Spec. Tom. I. p.* 559.

Tria haec genera fere conueniunt, hinc forte conjungenda. Inuolucrum in PASSERINA *et* STELLERA *corollam, in* LACHNEA *vero calicem dixit Linnaeus; ast quia in omnibus persistit, ad apetalos flores collocauimus, alias cum* THYMELAEA *magnam ostendunt conuenientiam.*

2. *DISTYLAE.*

993. CHRYSOSPLENIVM. *Tourn.* 146. *Linn.* Ed. V. n. 493. SAXIFRAGA AVREA *Raj.* 25.

Calix patens, quadri-raro quinquepartitus, coloratus, per maturitatem viridescens, persistens, fructum cingens; stamina octo vel decem; capsula membranacea, bicornis, vnilocularis, bivaluis; semina minutissima. *Radix perennis fibrosa; folia semiorbicularia.*

994. GALENIA. *Linn.* Ed. V. n. 443. SHERARDIA *Pont. Epist.* 14.

Calix monophyllus, quadrifidus, minimus, persistens; capsula subrotunda, bilocularis, semina duo, angulosa, continens.

3. *TRI-*

3. *TRISTYLAE.*

995. POLYGONVM. *Linn.* Ed. V. n. 445.

Calix persistens, profunde quinquefidus, plus minus coloratus, segmentis oblongis, raro inaequalibus; stamina quandoque pauciora; stylus in nonnullis duplex; ouulum triquetrum abit in semen vnicum, triquetrum, calice involutum.

Ob summam staminum et stylorum varietatem, conjunguntur:

POLYGONVM *Tourn.* 510. *Linn. Ed. prior. n.* 391. *Radix repens, fibrosa; caules et rami crebrius geniculati, procumbentes; flores alares solitarii; vaginae membranaceae ad nodos ramulorum positae; calix viridis, interius et in margine coloratus; stamina octo; styli tres.*

BISTORTA *Tourn.* 511. *Linn. Ed. prior. n.* 390. *Radix tuberosa contorta; flores dense spicati; calix coloratus; stamina octo; styli duo.*

PERSICARIA *Tourn.* 509. *Linn. Ed. prior. n.* 389. *Radix fibrosa; flores in summis caulibus et ramulis spicati; vaginae membranaceae ad nodos positae; calix coloratus; stamina quinque ad octo; styli duo, vel vnus, bifidus.*

996. FAGOPYRVM. *Tourn.* 511. HELXINE *Linn.* Ed. prior. n. 392.

Omnes fructificationis partes vt in praecedente; glandulae vero octo ad basin segmentorum positae. *Flores laxe spicati.*

Ad POLYGONVM *quoque reduxit Linn. Ed. V. l. c.*

Glandulae optimum praebent diuisionis fundamentum, et propterea quaedam PERSICARIAE *species ad* FAGOPYRVM *erunt reducendae; dum e contrario illae* FAGOPYRI *species, quae iisdem corpusculis carent, ad* POLYGONVM *amandandae. Ita:*

VOLVBILIS *Moehr.* 101. *et* 104. *ad* POLYGONVM *potius, quam* FAGOPYRVM *referri debet.*

997. GVAIABARA. *Plum. Burm. Fasc. VI. p.* 136. VVIFERA *Linn. Hort. Cliff. p.* 487. COCCOLOBIS *Brown. Iam. p.* 209. COCCOLOBA *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1132.

Calix monophyllus, coloratus, in quinque lacinias oblongas, erecto-patentes, diuisus; stamina quandoque pauciora; stigma laceratum; calix erigitur, ouarium inuoluit, accrescit et abit in baccam subrotundam, vniloculareun, vmbilicatam, nuce vnica, basi quinqueloba, foetam.

Ad Polygonum reduxit Linn. Spec. Tom. I. pag. 365.

G. DECANTHERAE.

1. *MONOSTYLA.*

998. BVCERAS. *Brown. Iam. p.* 221. BVCIDA *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1135.

Calix monophyllus, vrceolatus, inferne ventricosus, dein coarctatus, limbo patulo, fere integro; stigma acutum; calix cum ouario mutatur in capsulam vrceolatam, vniloculareun, semine oblongo foetam.

2. *DI-*

2. *DISTYLA.*

999. SCLERANTHVS. *Linn.* Ed. V. n. 497. KNAWEL *Raj* 24. *Boerh. II.* 93. KNAVELIA *Heist. Syst.* 11.

Calix persistens, semiquinquefidus, segmentis acutis, margine coloratis; semina duo, hinc conuexa, inde plana, cum calice quasi coalita. *Flores in summis ramis et diuaricationibus ramorum.*

Ad ALCHIMILLAM *retulit Tourn.* 508.

3. *TRISTYLA.*

1000. TRIOPTERIS. *Linn.* Ed. V. n. 510.

Calix persistens, minimus, quinquedentatus; ouarium tripartitum, singula parte, binis alis erectis, patentibus, petala quodammodo referentibus, ornata; semina tria, basi aucta, et binis alis conspicua.

Descriptio Brown. Iam. p. 192. *multum ab hac recedit: Calix triphyllus, in icone vero tetraphyllus adparens; stamina sex; stigma obtuse trilobum; capsula triangularis, tribus alis aucta, trilocularis; semina solitaria.*

H. DODECANTHERA.

MONOSTYLA.

1001. ASARVM. *Tourn.* 501. *Linn.* Ed. V. n. 522.

Calix coriaceus, campanulatus, ouarium cingens, limbo trifido, segmentis acutis, inflexis; stamina antheris a latere ornata, alterna, breuiora;

ſtigma ſexfidum, ſtellatum; fructus ſexlocularis, duplici ſeminum ouatorum ordine in ſingulo loculo.

I. POLYANTHERAE.

1. *MONOSTYLAE.*

1002. SEGVIERIA. *Loefl. et Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1150.

Calix pentaphyllus, patens, perſiſtens, *foliolis* oblongis, coloratis; ſtamina calice longiora; ouarium compreſſum, ſuperne membranaceum, latere altero craſſiori, ſtylus breuiſſimus, ad latus craſſius ouarii poſitus; capſula oblonga, ala maxima aucta, latere altero craſſiori, baſi vtrinque alis tribus notata, vnilocularis, non dehiſcens, monoſperma.

1003. SLOANEA. *Linn.* Ed. V. n. 582. SLOANA *Plum. G.* 49.

Calix perſiſtens, monophyllus, multifidus, ſegmentis acutis; antherae lateri filamentorum adnatae; capſula echinata, vnilocularis, quadriualvis, ſeminibus carnoſis oblongis foeta.

Capſulam cordatam, denticulis rigidis notatam, quadrilocularem, quadriualuem, et nucleos duos, vel plures in ſingulo loculamento, pulpa obductos, notauit Brown. Iam. p. 250.

1004. TREWIA. *Linn.* Ed. V. n. 1104.

Calix perſiſtens, triphyllus, foliolis ouato-acutis, coloratis; ouarium mutatur in capſulam turbinatam, trilocularem, triualuem; ſemina ſolitaria.

1005. DA-

1005. DALEA. *Brown. Iam. p.* 239.

Calix minimus, monophyllus, campanulatus, truncatus; ouarium calici immersum, ſtylus breuis, ſtigma acutum; bacca minima, ſubrotunda, nucleo vnico, duro tegmine inuoluto, foeta.

1006. SVZYGIVM. *Brown. Iam. p.* 240.

Calix vrceolatus, globoſus, apertus, ad apicem truncatus; ſtamina numeroſa, e parietibus calicis orta; ſtigma acutum; bacca globoſa, calice coronata, quatuor vtplurimum ſeminibus anguloſis referta.

Ad MYRTVM *retulit Linnaeus Syſt. Nat. Ed. X. p.* 1056.

1007. PROCKIA. *Brown. et Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1148.

Calix triphyllus, foliolis ouatis, raro duobus ad baſin acceſſoriis; ſtamina copioſa, capillaria; ſtylus longitudine ſtaminum, ſtigma obtuſum; bacca quinquangularis, ſemina plurima continens.

1008. GVIDONIA. *Plum.* 24. SAMYDA *Linn.* Ed. V. n. 525.

Calix monophyllus, campanulatus, quinque- vel quadrifidus, intus coloratus; ſtamina duodecim ad quindecim, calici adnata; ſtigma capitatum; bacca ouata, quadrilocularis; ſemina reniformia.

Brown. Iam. p. 217. SAMYDAE *ſtamina octo, nouem, vel decem, totidem rudimentis interpoſitis, et capſulam carnoſam, vnilocularem, triualuem; ſemina*

semina plurima, thalamo pulposo immersa, adscripsit.

Linnaeus ex obs. Loefl. Syst. Nat. Ed. X. p. 1382. squamulas quinque bipartitas; nectaria dictas, stamina decem, alternis ex incisuris calicis ortis, et capsulam vt Brownius descripsit.

LACTIA *Loefl. et Linn. Syst. Nat. Ed. X. n. 1149. Calice pentaphyllo, staminibus copiosis, et bacca subtrigona, vniloculari, a* GVIDONIA *differt, et forte huc referri posset.*

1009. HYPOCISTIS. *Tourn. Cor. 46.*

Calix ventricosus, ouarium arcte cingens, limbo quadri-vel quinquefido; stigma subrotundum, multifidum; fructus mollis, multilocularis; semina plurima, exigua.

Ad ASARVM *retulit Linn. Ed. V. n. 522.*

1010. DELIMA. *Linn.* Ed. V. n. 596.

Calix persistens, pentaphyllus; stigma simplex, persistens; fructus *an mollis?* calice longe major, ouatus, acuminatus; biualuis; semina duo.

1011. CHYTRACVLIA. *Brown. Iam. p. 239.*

Calix monophyllus, obuerse conicus, concavus, operculo proprio concauo, prima aetate tectus; hoc per maturitatem reflexo, prodeunt stamina plurima contorta, ex parietibus calicis orta; ouarium in fundo calicis situm, stigma acutum; fructus ignotus.

Ad MYRTVM *retulit Linn. Syst. Nat. Ed. X. p. 1056.*

2. DI-

2. *DISTYLAE.*

1012. CALLIGONIVM. *Linn.* Ed. V. n. 601. POLYGONOIDES *Tourn. Voy. III.* 214.

Calix pentaphyllus, foliolis oblongis, concavis, persistentibus; stylus vix vllus, stigmata duo; fructus est semen oblongum, compressum, crusta alata et hispida cinctum.

1013. SESVVIVM. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1143. HALIMVM *Loefl.*

Calix monophyllus, campanulatus, quinquepartitus, marcescens, laciniis intus coloratis, acutis; stamina calici infra lacinias inserta; stigmata simplicia; capsula ouata, trilocularis, horizontaliter dehiscens, semina subrotunda, margine rostella aucta, continens.

Linn. Spec. Tom. I. p. 446. *ad* PORTVLACAM *retulit.*

4. *TETRASTYLAE.*

1014. TETRAGONIA. *Linn.* Ed. V. n. 551. TETRAGONOCARPOS *Boerh. II.* 262.

Calix quadrifidus, ouarium cingens, coloratus, persistens; stamina circiter viginti; fructus quadrangularis, alis quatuor insignitus, quadrilocularis; semina oblonga. *Flores spicati.*

Primarius flos saepe addit vnam partem numeri, et flores spicae superiores non raro sola stamina et ouula nulla, vel abortiua, obtinent.

1015. TETRACERA. *Linn.* Ed. V. n. 604.

Calix persistens, hexaphyllus, foliolis tribus externis breuioribus, internis longioribus; ouaria quatuor, styli breuissimi; fructus sistit capsulas quatuor, vniualues, vnico subrotundo semine foetas.

5. *PENTASTYLAE.*

1016. AIZOON. *Linn.* Ed. V. n. 553. FICOIDEA *Niss. Act. Paris.* 1711. *p.* 322. *Hall. Goett.* 127. VESLINGIA *Heist. Syst.* 11. *Fabric. p.* 201.

Calix monophyllus, quinquefidus, persistens; stamina incisuris calicis inserta, tribus plerumque conjunctis; capsula ventricosa, quinquangularis, quinquelocularis; semina minima, reniformia.

1017. SHERARDIA. ANTHYLLOIDES *Pluckn. Phyt. Tab.* 12. *f.* 3.

Calix persistens, pentaphyllus, foliolis oblongis, concauis, duobus et tertii dimidia parte viridibus, tomentosis, intus albis, tegentibus duo reliqua et tertii dimidiam partem, petaloideis; stamina nouem ad duodecim, filamentis tenuibus, antheris minimis; ouarium oblongum, styli quinque, breues; fructus quinquelocularis; semina exigua.

Cum ANTHYLLIDE *nil praeter habitum commune habere et hinc nouum nomen mereri Ludwig. Def. n.* 809. *monuit, qui etiam hoc genus solus descripsit.*

Quorsum plantam hanc annuam Auctores retulerint, extricare non potuimus: Et cum SHERARDIA *Vaill. ad* VERBENAM, *et* SHERARDIA *Linn. ad* ASPERVLAM *relata*, SHERARDIA *Pont. autem* GALENIA *dicta fuerit*; *in hujus summi Botanici memoriam, genus eo nomine insigniuimus.*

5. *POLYSTYLAE.*

1018. CALYCANTHVS. *Linn. Syst. Nat.* Ed X. n. 1144. BEVRERIA *Ehret. Tab. I.* BÜTNERIA DVHAMEL *Arb. T.* 114. BASTERIA *Mill. Plant. T.* 60.

Calix monophyllus, vrceolatus, squamosus, foliolis coloratis, lanceolatis, superioribus sensim majoribus, petala mentientibus; stamina calicis collo inserta; ouula plurima, stylis vix vllis, stigmatibus glandulosis terminata, mutantur in semina plurima, caudata, quae calice succulento, quasi baccato, continentur.

1019. ARVM. *Linn.* Ed. V. n. 915.

Spatha colorata, persistens, conuoluta, ventricosa, aurita; *corolla monopetala irregularis quibusdam*; spadix in clauam desinens carnosam, superne nudam, cui inferius adhaerent antherae plurimae, quadragonae, basi lata; et filamenta varia, *nectaria Linnaeo dicta*, antheras non sustinentia; sub his ouaria plurima, stigmate villoso ornata, quae mutantur in baccas, quibusdam seminibus subrotundis foetas.

ARVM *Tourn.* 158. *Folia sagittata, integra.*

COLOCASIA *Raj.* 75. *Folia peltata.*

DRACVNCVLVS *Tourn.* 160. *Folia multifida, quasi palmata obtinent.*

ARISARVM *Tourn.* 161. *Spatha tubuloso ventricosa, superius cucullata, vel galeata, bifida, colorata; spadix incuruus; antherae filamentis insistentes. Linnaeus, vt praecedentes, ad* ARVM *retulit.*

1020. CALLA. *Linn.* Ed. V. n. 917. ARISARVM *Riv. Rupp.* 251. PROVENZALIA *Petit. Gen.* 45. ANGVINA *Trew. Comm. Norib.* 1731. *p.* 60. AROIDES *Siegesb.* 13.

Spatha monophylla, colorata, persistens, patens, oblongo-cordata, acuminata; spadix carnosus, acuminatus, cui vndique accrescunt filamenta plurima, quae antheras sustinent, quibus sine certo ordine interponuntur ouaria, stylo breui ornata, quae mutantur in baccas globoso-compressas, seminibus oblongis foetas.



Appen-

Appendix
ad plantas flore apetalo praeditas, sistens
gramineas et graminibus adfines.

Gramen radice vt plurimum fibrosa, non raro reptatrice fulcitur, caulem, qui culmus dicitur, simplicem articulatum emittit, foliis vaginantibus cinctum, folia ipsa longa et angusta acutaque sunt, in summitate caulium, vel, si adsunt, ramulorum, in spica vel panicula haerent flosculi, vel solitarii, vel collecti.

Locusta vel flosculum vnum, vel duos, tres, pluresque connexos et a reliquis similibus separatos, sistit.

Calix vt plurimum biglumis, gluma vna majore gibba, altera minore plana.

Folliculus, qui Linnaeo corolla dicitur, vt plurimum biualuis.

Stamina in plurimis tria, styli plerumque duo, rarius tres.

Semen in omnibus vnicum, vel folliculo arcte cinctum et annexum, vel ex eo secedens.

Differentia locustarum, calicis et folliculi in glumis et valuis, nec non differentia, quae interdum in staminum et stylorum numero deprehenditur, genera constituit, quae inprimis, duce Linnaeo, qui generibus his plurimis primum nomina generica apposuit, declarabimus, et nonnulla genera, graminibus adfinia, nec alibi commodius collocanda, subnectimus.

Plan-

Plantae Gramineae.

A. MONANTHERA.

1021. CINNA. *Linn.* Ed. V. n. 15.

Locusta vniflora; calix biglumis, gluma altera breuiore; folliculus biualuis, valuula exteriore longiore, infra apicem arista breuissima ornata, interiore breuiore; styli duo, stigmatibus plumosis; semen folliculo inuolutum, cylindraceum.

B. DIANTHERAE.

1. *MONOSTYLA.*

1022. CLADIVM. *Brown. Iam. p.* 114.

Locusta vniflora; calix quinqueglumis, glumis imbricatis, successiue majoribus; folliculus vniualuis, in dorso duplici seta inermi praeditus; stigmata tria, cirrata, deflexa; semen vnum, oblongo-ouatum, nudum. *Folia vaginantia ex alis dimittunt pedunculum, vmbellam quasi sustinentem.*

2. *DISTYLAE.*

1023. ANTHOXANTHVM. *Linn.* Ed. V. n. 40. FLAVIA *Heist. Syst.* 12. *Fabric. p.* 206.

Locusta vniflora; calix biglumis, glumis ouato-acuminatis, inferiore majore; folliculus biualvis, valuulis aristatis, nectarium diphyllum; semen

semen folliculo comprehensum, vtrinque acuminatum.

1024. PASPALVM. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1107.

Locusta vniflora; calix biglumis, glumis aequalibus, suborbiculatis; folliculus biualuis, magnitudine vix calicis, valuulis subrotundis, basi inflexis; semen folliculo adnatum, subrotundum, compressum.

C. TRIANTHERAE.

1. *MONOSTYLA.*

1025. NARDVS. *Linn.* Ed. V. n. 65.

Locusta vniflora; calix nullus; folliculus biualuis, valua exteriore majore, aristata, interiore minore, breuius aristata; semen tenue, longum, folliculo arcte inuolutum.

2. *DISTYLAE.*

1026. CORNVCOPIAE. *Linn.* Ed. V. n. 67. CORNVCOPIOIDES *Scheuchz.* 117. CORNVCOPIA *Hill.* 194.

Calix communis monophyllus, campanulatus, ore dentato, locustas aliquot vnifloras continens; calix proprius biglumis, glumis muticis; folliculus vniualuis; semen vnicum turbinatum, hinc conuexum, inde planum.

1027. BOBARTIA. *Linn.* Ed. V. n. 66.

Locusta vniflora; calix imbricatus, glumis copiosis, exterioribus simplicibus, interioribus biual-

biualuibus; follioulus biualuis, calice breuior, ouario infidens; femen oblongum, calice contentum.

1028. SACCHARVM. *Linn.* Ed. V. n. 68.

Locufta vniflora; loco calicis lanugo florem inuoluens; folliculus biualuis, valuulis oblongo acuminatis, muticis; femen oblongum, folliculo inclufum.

1029. ARISTIDA. *Linn.* Ed. V. n. 88.

Locufta vniflora; calix biglumis, fubulatus; folliculus vniualuis, conniuens, bafi hirfutus, ariftis tribus terminatus; femen tenue, ex folliculo dehifcente fecedens.

1030. PHALARIS. *Raj.* 31. *Linn.* Ed. V. n. 69.

Locufta vniflora; calix biglumis, glumis compreffis, carinatis, maximis, folliculus biualuis, valuula exteriore majore acuminata, interiore minore; femen e rotundo vtrinque acuminatum, folliculo arcte inuolutum.

1031. PHLEVM. *Linn.* Ed. V. n. 71. TYPHOIDES *Hall. Goett.* 50.

Locufta vniflora; calix biglumis, glumis ex angulo exteriore ariftatis, cauis, compreffis; folliculus biualuis, valuis aequalibus, vel exteriore majore; femen fubrotundum, calice et folliculo tectum.

Gramina Thyphoidea Scheuchzeri huc refer.

1032. ALO-

1032. ALOPECVRVS. *Linn.* Ed. V. n. 72.

Locuſta vniflora, ſetis copioſis quandoque obuallata; calix biglumis, glumis compreſſis, concauis; folliculus vniualuis, valuula concaua, cui ad baſin ariſta longa inſeritur; ſtyli calice longiores; ſemen ſubrotundum, folliculo incluſum.

Gramina Myoſuroidea Scheuchzeri huc pertinent.

1033. PANICVM. *Tourn.* 515. *Linn.* Ed. V. n. 70.

Locuſta vniflora, inuolucro polyphyllo interdum cincta; calix triglumis, glumis binis majoribus acuminatis, tertia poſt alteram poſita, minore; folliculus biualuis, valua vna majore, altera minore, interdum ariſtata; ſemen ſubrotundum, folliculo arcte inuolutum.

1034. MILIVM. *Tourn.* 514. *Linn.* Ed. V. n. 73.

Locuſta vniflora; calix biglumis, glumis ouato acuminatis; folliculus biualuis, valuula altera minore; ſemen ſubrotundum, folliculo adnatum.

Vulgares MILII *Tourn. ſpecies ad* PANICVM *retulit Linnaeus.*

1035. AGROSTIS. *Linn.* Ed. V. n. 86.

Locuſta vniflora; calix biglumis, glumis acuminatis; folliculus biualuis, valuula majori plerumque ariſtata; ſemen ſubrotundum, vtrinque acuminatum, folliculo arcte incluſum.

1036. LA-

1036. LAGVRVS. *Linn.* Ed. V. n. 86.

Locusta vniflora; calix biglumis, glumis patulis, aristatis, arista villosa; folliculus biualuis, valuula majori duplici arista praedita, tertia ad dorsum accedente, valuula altera minori acuminata; semen oblongum, folliculo arcte inclusum, aristatum.

Ad PHLEVM *posuit Hall. Goett.* 50.

1037. STIPA. *Linn.* Ed. V. n. 84.

Locusta vniflora; calix biglumis, glumis laxis, acuminatis; folliculus biualuis, valuula exteriore terminata, arista longa, lanata, vel nuda, basi articulata, interiore mutica; semen oblongum, calici adnatum.

Species STIPAE *ad* FESTVCAM *antea retulerat Linnaeus; nunc* ANDROPOGON *Gronov. Virg.* 133. STIPAE *addit.*

1038. APLVDA. *Linn.* Ed. V. n. 89.

Calix communis, vniualuis, locustas cingit bifloras, flosculo altero sessili, altero pedunculato; calix proprius biglumis, obliquus, gluma exteriori crassiori; folliculus biualuis, valuis aequalibus, muticis; semen folliculo adnatum.

Calicem communem biualuem, florem sessilem foemineum et duos masculinos pedicellatos continere, et stylum simplicem modo adesse, scribit Linn. Syst. Nat. Ed. X. p. 1383.

Vt ex Spec. Tom. I. p. 82. *patet, Linnaeus* SCHOENANTHVM *Scheuchz.* 119. *forte huc pertinere, et modo folliculo aristato differre, existimat. Ludwigius vero Def. n.* 1060. SCHOENANTHVM *Scheuchz.*

Scheuchz. cum ISCHAEMO *Linn. conjungit. Et cum* SCHOENANTHVS *et* ISCHAEMVM *quodammodo cum* APLVDA *conueniant;* ISCHAEMVM *vero Hall. longe differat, nosque diuersas auctorum descriptiones vix conciliare queamus; characteres horum generum hic subjungimus.*

SCHOENANTHVS *Scheuchz.* 119. *Calix communis vniglumis, continens locustam tripartitam; in suprema parte calix biglumis, folliculum biualuem et vel tria stamina, vel ouulum continet; in inferiori calix proprius vniglumis, ex sinu aristam emittit et folliculum biualuem continet, in cujus sinu stamina haerent.*

ISCHAEMVM *Linn. Ed. V. n.* 1016. *Locusta biflora; calix biglumis, transuersim positus, flosculo altero masculo, altero perfecto; folliculus biualuis; stamina tria; styli duo; calix et folliculus semen lineare inuoluunt.*

ISCHAEMVM *Hall. Goett.* 42. *Locusta vniflora; calix vniglumis; folliculus biualuis; hucque posuit* GRAMEN DACTYLON *spicis villosis C. B. Pin.* 8. *quod ad* ANDROPOGON *retulit Linnaeus Spec. Tom. II. p.* 1047.

1039. MELICA. *Linn.* Ed. V. n. 76.

Locusta biflora; calix biglumis, glumis ouatis, aequalibus; corpusculum pedunculatum, duos flosculos truncatos sistens; folliculus biualuis, valuae muticae, vna plana, altera concaua; semen ouatum, ex folliculo secedens.

1040. DACTYLIS. *Roy.* 56. *Linn.* Ed. V. n. 80.

DIGITARIA *Heist. Syst.* 12. *Fabric. p.* 207.

Locusta vni- aut multiflora; calix biglumis, glumis carinatis, altera folliculo longiore, altera

breuiore; folliculus biualuis, valuulis acutis, altera longiore intra glumam calicis majorem; femen fubrotundum, ex vna parte conuexum, ex altera planum, ex folliculo fecedens.

1041. AIRA. *Linn.* Ed. V. n. 75.

Locufta biflora; calix biglumis, glumis ouato-acutis; folliculus biualuis, valuis ouato-acutis, altera non raro ariftam emittente; ftamina et ftyli interdum in diftinctis folliculis; femen oblongum, folliculo arcte inclufum.

1042. SECALE. *Tourn.* 513. *Linn.* Ed. V. n. 92.

Locufta biflora; calix folliculo minor, biglumis, glumis anguftis, acuminatis; folliculus biualuis, valua exteriore ventricofa, ariftata, margine inferiore ciliato, interiore plano; foliola duo, intra folliculum contenta, *nectaria Linnaeo dicta;* femen oblongum, fere cylindraceum, obtufum, e folliculo fecedens.

1043. TRITICVM. *Tourn.* 512. *Linn.* Ed. V. n. 94.

Locufta faepius triflora; calix biglumis, glumis obtufis; folliculus biualuis, valuula exteriore ventricofa, ex fummo dorfo ariftata, vel modo acuminata, interiore plana; femen oblongum, fuperius obtufum, hinc gibbum, inde longitudinaliter fulcatum, ex folliculo fecedens.

1044. HORDEVM. *Tourn.* 513. *Linn.* Ed. V. n. 93.

Locufta triflora; calix communis, fex anguftis foliolis conftat, duobus, glumarum inftar, fingulo folliculo

folliculo ſubjectis; folliculus biualuis, valuula exteriore ventricoſa, in ariſtam longam deſinente, interiore plana; ſemen ventricoſum, longitudinaliter ſulcatum, vtrinque acuminatum, folliculo arcte inuolutum.

Floribus perfectis quandoque miſcentur mares.

1045. ARVNDO. *Linn.* Ed. V. n. 87.

Locuſta vni-vel multiflora; calix biglumis, glumis acuminatis, muticis, altera breuiore; folliculus biualuis, valuulis acuminatis, ad baſin lanuginoſis; ſemina vtrinque acuminata, lanuginoſo folliculo arcte incluſa.

1046. AVENA. *Tourn.* 514. *Linn.* Ed. V. n. 85.

Locuſta multiflora, laxa; calix biglumis, glumis ventricoſis, muticis; folliculus biualuis, valuula majore, ventricoſa, ariſta, ex dorſo prodeunte, geniculata, praedita; foliola duo, *nectaria Linnaeo dicta*, a latere ſuperiori ouuli; ſemen oblongum, vtrinque acuminatum, longitudinaliter ſulcatum, folliculo arcte inuolutum, hirſutum, vel laeue.

1047. BROMVS. *Linn.* Ed. V. n. 83. FESTVCA *Scheuchz.* 250. AEGILOPS *Dill.* G. 90. AVENARIA *Heiſt. Syſt.* 12. *Fabric. p.* 206.

Locuſta multiflora, ouata; calix biglumis, glumis acuminatis, muticis, inferiore minore; folliculus biualuis, valuula inferiori majori, concaua, apice bifido, ariſtam rectam infra apicem demittente, ſuperiori minori mutica; ſemen

hinc conuexum, inde ſulcatum, folliculo arcte incluſum.

1048. POA. *Linn.* Ed. V. n. 77. PANICVLARIA *Heiſt. Syſt.* 12. *Fabric. p.* 207.

Locuſta multiflora, diſticha; calix biglumis, glumis acuminatis; folliculus biualuis, valuulis muticis; ſemen compreſſum, vtrinque acuminatum, folliculo arcte inuolutum.

1049. VNIOLA. *Linn.* Ed. V. n. 79.

Locuſta multiflora; calix ſexglumis, glumis diſtiche imbricatis; folliculus biualuis, valua interiore parum eminente; ſemen oblongum, folliculo arcte incluſum.

1050. CYNOSVRVS. *Linn.* Ed. V. n. 81.

Inuolucrum partiale triphyllum, foliolo plerumque pennato perſiſtente; locuſta multiflora; calix biglumis, glumis anguſtis, acuminatis; folliculus biualuis, valua exteriore concaua, ariſtata, interiore plana, mutica; ſemen oblongum, vtrinque acuminatum, folliculo arcte incluſum.

Gramina ariſtata Scheuchzeri huc pertinent.

1051. ACHYRODES.

Locuſtae ſuperiores plures ſteriles, calice conſtant biglumi, inuoluente folliculum vniualvem, obtuſum, abſque ſtaminibus et piſtillis, ad quarum baſin fertiles flores collocati. Locuſta bi-vel triflora; calix biglumis, glumis gracilibus, ariſtatis; folliculus biualuis, valuula altera ouata, mutica, ad baſin ſolitaria, longiſſima ariſta ornata, altera ex apice ariſtam, valuula longiorem emittente; ſemen oblongum.

Gramen

Gramen Barcinonense panicula aurea Tourn. 523. *characterem generis praebuit. Linnaeus Spec. To. I. p.* 73. *ad* CYNOSVRVM *retulit; plantam vero peculiaris generis esse, recte monuit Hall. Goett.* 49. *Flores superiores steriles non commode flores, sed inuolucrum modo dici posse, asserit Linnaeus Spec. l. c.*

'Αχυρώδης dicuntur veteribus locustae frumentaceae, grano vacuae et steriles; quod nomen optime huic plantae competit.

1052. FESTVCA. *Dill. G.* 90. *Linn.* Ed. V. n. 82. BROMOIDES *Scheuchz.* 257. FESTVCARIA *Heist. Fabric. p.* 207.

Locusta tenuis, multiflora; calix biglumis, glumis acuminatis, muticis, inferiore minore; folliculus biualuis, valuula inferiore majore, arista longissima terminata; semen longitudinaliter sulcatum, tenue, folliculo arcte inclusum.

1053. LOLIVM. *Linn.* Ed. V. n. 90.

Locusta multiflora, disticho spicata; calix vniglumis, gluma locustam ad caulem apprimens, exterior; folliculus biualuis, valuula inferiore conuoluta, acuminata, superiore angusta; semen oblongum, hinc gibbum, inde sulcato-planum, e folliculo secedens.

1054. BRIZA. *Linn.* Ed. V. n. 78. TREMVLARIA *Heist. Syst.* 12. *Fabric. p.* 207.

Locusta multiflora, cordata, disticha; calix biglumis, glumis cordatis, concauis, folliculus biualuis, valuula vna concaua, altera minore pla-

na; ſemen ſubrotundum, compreſſum, ex folliculo ſecedens.

Gramina tremula Scheuchzeri huc pertinent.

1055. ELYMVS. *Linn.* Ed. V. n. 91.

Calix non glumoſus, ſed tetraphyllus, foliolis duobus, ſingulae ſpiculae ſubjectis; folliculus biualuis, valuula exteriore majore, ariſtata, interiore plana; ſemen conuexum, folliculo tectum.

3. *TRISTYLA.*

1056. ERIOCAVLON. *Linn.* Ed. V. n. 95.

Locuſta ſquamoſa, imbricata; calix vniglumis; folliculus trifidus, pedicello piloſo inſiſtens, ſegmentis villoſis, ſemen exiguum, folliculo adhaerens et cum eo volitans.

D. HEXANTHERA.

DISTYLA.

1057. ORYZA. *Tourn.* 513. *Linn.* Ed. V. n. 404.

Locuſta vniflora; calix biglumis, glumis minimis, acuminatis; foliola duo truncata, ad ouulum poſita, *a Michelio petala, a Linnaeo nectaria dicta*; folliculus biualuis, vaſuula majore anguloſa, ariſtata; ſemen obtuſum, compreſſum, ſtriatum, folliculo inuolutum.

Plantae

Plantae graminibus adfines.

A. DIANTHERA.

1058. MARISCVS. *Hall. Helv.* 251. *Goett.* 57.
PSEVDO CYPERVS *Mich. G.* 54.

Calix communis biglumis, cujus glumis succedunt duae squamae longae, siccae; locustae biflorae, teretes, acutae, fasciculatae; stamina modo duo; stylus bicornis; capsula ossea, nucleo foeta, filamentis aristatis non cincta. *Habitus Schoeni.*

B. TRIANTHERAE.

I. *MONOSTYLAE.*

1059. CYPERVS. *Mich. G.* 44. *Linn.* Ed. V. n. 61.

Calix vniuersalis, vel triphyllus, vel nullus; locustae multiflorae, in spicas distichas dispositae; squamae ouatae, carinatae, flores distinguentes; stylus filiformis, stigmata tria; semen vnicum, triquetrum. *Caules triquetri.*

DVLCICHINVM *Dod.* 340. *huc pertinet.*

1060. SCIRPVS. *Linn.* Ed. V. n. 62.

Calix vniuersalis, vel nullus, vel aliquot foliorum; locustae multiflorae, squamis oblongis imbricatae; stigma trifidum; semen triquetrum, vel in apice, vel in basi, aristis minimis, *nectaria a Brown. Iam. p.* 127. *dictis*, circumuallatum.

SCIRPVS *Mich. G.* 49. *Caules rotundiores:*

SCIRPO-CYPERVS *Mich. G.* 46. *Caules triquetri:*

SCIRPOIDES *Scheuchz.* 371. *Mich. G.* 52. *Capitula magis sphaerica, densa, praeterea semina nuda, nullis aristis obuallata, tribuunt, minus recte, auctores.*

1061. LINAGROSTIS. *Tourn.* 664. *Mich. G.* 53. ERIOPHORVM *Linn. Ed. V. n.* 63. PLVMARIA *Heist. Syst.* 12. *Fabric. p.* 207.

Locusta vniflora, vna vel plures, squamis oblongis imbricata; stigmata tria; semen vnicum, triquetrum, pappis sericeis longissimis ad basin cinctum.

1062. SCHOENVS. *Hall. Helv.* 251. CYPERELLA *Mich. G.* 53.

Calix communis biglumis; locustae multiflorae; calix proprius imbricatus, foliolis sex inaequalibus; stigma trifidum; semen obsolete trigonum, filamentis aristiformibus cinctum. *Locustae in capitula oblonga, capitula in vmbellas disposita.*

SCHOENVS *Linn. Ed. V. n.* 60. *hoc genus,* MARISCVM *Hall. et* MELANOSCHOENVM *Mich. G.* 46. *quem in priori Ed. n.* 53. *ad* CYPERVM *retulerat, simul comprehendit.*

1063. CENCHRVS. *Linn.* Ed. V. n. 1017. PANICASTRELLA *Mich. G.* 36. ECHINARIA *Heist. Fabric. p.* 206.

Calix exterior communis laciniatus, echinatus, tres vt plurimum locustas continens, cum similibus spicatim dispositus; locusta biflora, flore altero perfecto, altero masculo; calix proprius biglu-

biglumis, glumis concauis, acuminatis; folliculus biualuis, valuulis acuminatis, muticis, interiore minore; ſtigma diuiſum; ſemen ſubrotundum.

1064. LYGEVM. *Linn.* Ed. V. n. 64.

Calix exterior monophyllus, perſiſtens, duos vni ouulo inſidentes floſculos cingens; calix proprius biglumis, gluma exteriore minore, interiore longiore bifida; in quolibet calice tres haerent antherae; ſtylus vero ex ouulo ſurgit vnus, ſtigmate ſimplici; fructus durus, bilocularis, ſemina ſolitaria continens.

2. *DISTYLAE.*

1065. HOLCVS. *Linn* Ed. V. n. 1015.

Locuſta vniflora; calix biglumis, glumae rigidae, muticae; folliculus biualuis, villoſus, valvula exteriore ariſtata, interiore mutica; ſtyli capillares; ſemen ouatum; folliculo arcte inuolutum, a latere hujus flores vtrinque duo ſtaminei poſiti.

HIEROCLOE *Gmel. Sibir. Tom. I. p.* 101. *huc refert Linn. Spec. Tom. II. p.* 1048. *differt floribus perfectis diantheris, maſculis triantheris.*

1066. ANDROPOGON. *Roy.* 52. *Linn.* Ed. V. n. 1014.

Locuſta vniflora; calix biglumis, glumis muticis, interiore anguſtiore; folliculus biualuis, minor, ariſta e baſi valuulae majoris tortilis, recurua; ſtyli capillares, ſtigmata plumoſa; calix et folliculus ſemen inuoluunt, ariſta folliculi ter-

terminatum; hi flores perfecti sessiles sunt, dantur vero et mares pedunculati.

1067. AEGILOPS. *Linn.* Ed. V. n. 1018.

Locusta tri vel quadriflora, flores perfectos laterales et masculos intermedios continens; calix biglumis, glumis ouatis, aristatis; folliculus biualuis, valuula exteriore ouata, triplici arista terminata, interiore mutica; semen oblongum, valuulae folliculi interiori accretum.

Petala duo plumosa quoque addit, et ampliorem descriptionem exhibet Hall. Goett. 52.



CLAS-

CLASSIS XVI.

Plantae flore inuoluto, relatiuo monophyto.

A. MONOPETALAE.

1068. NAIAS. *Linn.* Ed. V. n. 974. FLVVIALIS *Vaill. Act. Parif.* 1719. *p.* 62. *Mich. G.* 11.

Fl ftamineus. Calix monophyllus, ventricoſus, ſegmentis binis oppoſitis; corolla quadrifida, laciniis reflexis; anthera vnica, craſſa.

Fl. piſtillatus. Calix nullus; corolla nulla; ouarium oblongum, vnico vel quibusdam ſtylis inſignitum, fructum ſiſtens, vel vnilocularem, vel quorundam loculorum; ſemina oblonga. *Planta aquatica; ex alis foliorum flores diuerſi.*

Ad diphytas plantas nunc refert Linnaeus.

1069. TRAGIA. *Plum. G.* 14. *Linn.* Ed. V. n. 930.

Fl. ſtamineus. Squama calicina corollam infundibuliformem ſuſtinens, limbo trifido; ſtamina tria.

Fl. piſtillatus. Calix quinquefidus, ſegmentis concauis, acutis, perſiſtens; ſtylus vnicus, ſtigmata tria; fructus ſpinoſus, tricoccos; ſemina globoſa.

1070. FE-

1070. FEVILLAEA. *Linn.* Ed. V. n. 972.

NHANDIROBA *Plum. G.* 20.

Fl. ſtamineus. Calix campanulatus, quinquefidus; corolla rotata, limbo ſemiquinquefido, laciniis rotundis; ſtellula in medio flore; ſtamina tria.

Fl. piſtillatus. Ouarium calice quinquefido comprehenſum; corolla rotata, ſtellula quinquefida ornata; ſtylus incertus; bacca maxima, cortice duro tecta; ſemina orbicularia, compreſſa. *Planta ſcandens.*

Brown. Iam. p. 374. Plantam dioeciis, et mari ſtamina quinque, foeminae ſtylos tres, ſtigmatibus ſubrotundis, fructum calice aucto ſemitectum, trilocularem, adſcripſit.

1071. TRICHOSANTHES. *Linn.* Ed. V. n. 966. ANGVINA *Mich. G.* 12.

Fl. ſtamineus. Calix longus, monophyllus, quinquefidus; corolla quinquefida, calici connata, crinibus ſubtiliſſimis in ambitu ciliata; filamenta tria ſuſtinent corpus cylindraceum, cui anthera linearis, repens, annexa eſt; ſtyli tres minimi.

Fl. piſtillatus. Ouarium ſub flore; calix et corolla vt in ſtamineo; ſtylus ſimplex, ſtigmata tria; fructus longiſſimus, pulpoſus, trilocularis, ſemina compreſſa, membrana inuoluta, continens. *Habitus ſcandens.*

Burmannus in Plum. Faſc. I. p. 14. ſpeciem deſcribit fructu quadriloculari, corolla non fimbriata, ſed bicorni, quae, ſi genere diſtinguenda eſſet, eo monente, CERATOSANTHES *dici poſſet.*

1072. SE-

1072. SECHIVM. *Brown. Iam. p.* 355.

Fl. ſtamineus. Calicis loco denticuli minores ad inciſuras corollae poſiti; corolla monopetala, campanulata, ad medium quinquefida; filamentum vnicum, craſſum, antheris quatuor cordatis ornatum.

Fl. piſtillatus. Calix et corolla vt in ſtamineo; ſtylus craſſus, ſimplex, florem ſuſtinet et perfodit; ſtigma capitatum; pomum magnum, obuerſe cordatum, ſemine vnico minori foetum. *Folia cordato anguloſa; racemi alares.*

1073. MOMORDICA. *Tourn.* 103. BALSAMINA MAS *Raj.* 74.

Fl. ſtamineus. Calix monophyllus, quinquefidus; corolla calici adnata, quinquefida, ſegmentis profundis, amplioribus; antherae quinque, tribus filamentis adnatae; inter ſtamina fouea balſamica.

Fl. piſtillatus. Calix vt in ſtamineo, ouario inſidens, per maturitatem deciduus; corolla vt in ſtamineo; filamenta tria ſine antheris; ſtylus ſimplex, triplici tuba, duabus, vt ſolet, duplicibus, inſtructus; fructus verrucoſus, tuberculatus, parum carnoſus, per maturitatem dehiſcens; ſemina plana, margine denticulato inſtructa, membrana inuoluta. *Planta capreolis ſcandens, annua.*

LVFFA *Tourn. Act. Pariſ.* 1706. *p.* 84. *Fructu ſulcato, intus reticulato, ſicco, differt, et huc poſſet referri.*

1074. ELATERIVM. *Boerh. II.* 77. CVCVMIS ASININVS *Raj.* 73.

Fl. stamineus et

Fl. pistillatus in essentialibus cum praecedente conueniunt; stylus breuissimus trifidus, lacinia quaelibet denuo diuisa, hinc stigmata sex; fructus vero oblongus, hispidus, succulentus, per maturitatem cum strepitu a pedunculo secedens, et semina compressa, oblonga, spargens. *Planta annua, capreolis destituta; folia cordata.*

MOMORDICA *Linn. Ed. V. n.* 967. MOMORDICAM, LVFFAM *et* ELATERIVM *conjungit.*

1075. CVCVMIS. *Linn.* Ed. V. n. 969.

Fl. stamineus. Calix monophyllus, quinquefidus; corolla calici adnata, quinquefida; filamenta tria, quorum duo apice bifida; antherae quinque lineares repentes; corpusculum truncatum in floris centro.

Fl. pistillatus. Calix et corolla vt in stamineo; filamenta tria sine antheris; ouarium sub calice positum, stylus simplex, stigmata tria tripartita; fructus trilocularis; semina duplici ordine posita. *Plantae capreolis donatae.*

Huc refertur:

CVCVMIS *Tourn.* 104. *Fructus teres, oblongus, tuberculatus, leuiter spinosus; semina oblonga.*

MELO *Tourn.* 104. *Fructus ouatus, vel glaber, vel rugosus, loculamenta bifariam secta, caro dulcis; semina oblonga.*

COLO-

COLOCYNTHIS *Tourn.* 107. *Pulpa fructus fungosa et maxime amara; foliis in profundas lacinias sectis a praecedente differt.*

ANGVRIA *Tourn.* 106. CITRVLLVS *Raj.* 73. *Fructu maximo, carne aquosa et dulci et foliis, in profundas lacinias diuisis, differt.*

1076. CVCVRBITA. *Linn.* Ed. V. n. 968.

Fl. stamineus. Calix monophyllus, quinquefidus; corolla calici adnata, quinquefida; nectarium fungosum in centro floris; anthera vnica, siue linea farinacea repens, filamentis tribus, superne coalitis, annexa.

Fl. pistillatus. Calix, corolla et nectarium vt in stamineo; loco staminum margo in tres cuspides desinens; ouarium sub flore, stylus simplex, apice trifido et stigmate simplici sursum deorsumque repente instructus; fructus variae figurae, sub cortice pulpam, varie in locumenta diuisam, et semina plana, duplici ordine posita, continet. *Plantae capreolis scandentes.*

Huc refertur:

CVCVRBITA *Tourn.* 107. *Fructus in sex loculamenta diuisus; semina quasi introrsum emarginata.*

LAGENARIA *Siegesb.* 61. *Fructu longissimo diuersa.*

PEPO *Tourn.* 105. *Fructus trifariam diuisus; semina annulo tumido cincta.*

MELOPEPO *Tourn.* 106. *Fructus angulosus, in quinque partes sectus; semina compressa.*

1077. BRYONIA. *Tourn.* 102. *Linn.* Ed. V. n. 970.

Fl. stamineus. Calix monophyllus, quinquedentatus; corolla calici adnata, quinquefida; antherae quinque; tribus filamentis adhaerentes.

Fl. pistillatus Calix et corolla vt in stamineo; ouarium sub flore, globosum; stylus trifidus; fructus est bacca, semina ouata continens. *Radix crassa, fungosa; planta capreolis scandens.*

MELOTHRIA *Linn. Ed. V. n.* 48. *floribus omnibus perfectis a* BRYONIA *differt: et cum sexus in aliis genera non constituat, optime huc retulit Hall. Goett.* 208.

1078. SICYOS. *Linn.* Ed. V. n. 971. SICYOIDES *Tourn.* 103. BRYONIOIDES *Dill. H. Elth. p.* 58. BRYONIASTRVM *Heist. Syst.* 10. *Fabric. p.* 195.

Fl. stamineus. Calix monophyllus, quinquedentatus; corolla calici adnata, quinquefida; stamen antheram vnicam, vel ex quinque coalitam, tribus filamentis, superne concretis, annectit.

Fl. pistillatus. Calix et corolla vt in stamineo; ouarium sub flore ouatum; stylus simplex; stigma trifidum; fructus oblongus, compressus, parum carnosus, cute tenui, echinata, tectus, monospermus. *Planta capreolis scandens.*

SICYOS *fol. ternatis Linn. Spec. Tom. II. p.* 1013. *cum sit tetrapetala, tetranthera, monostyla, fructumque baccam gerat, a Brown. Iam. p.* 147. *pro nouo genere assumitur, et* IRSIOLA *dicitur.*

1079. AMBROSIA. *Tourn.* 439. *Linn.* Ed. V. n. 938.

Fl. stamineus. Compositus, calice communi, monophyllo, quinque-vel octofido; flosculi tubulosi, quinque staminibus et stylo simplici, nullo vero ouulo instructi; thalamo nudo affixi.

Fl. pistillatus. Ouarium nudum, echinatum, clauae simile, stylo simplici, ast duplici stigmate ornatum; nux vnilocularis, aculeata, semine vnico, oblongo, foeta.

1080. XANTHIVM. *Tourn.* 438. *Linn.* Ed. V. n. 937. LAPPARIA *Heist. Syst.* 11.

Fl. stamineus. Compositus; flosculi plures, calice sqamoso contenti, in capitulum collecti, tubulosi, quinquedentati; stamina quinque.

Fl. pistillatus. Ouarium nudum, ouato-oblongum, aculeatum, tuba bifida instructum, fit capsula bilocularis, apice bifida, semina oblonga continens.

1081. GVETTARDA. *Linn.* Ed. V. n. 943.

Fl. stamineus. Calix monophyllus, cylindraceus, integerrimus, deciduus; corolla infundibuliformis, septemfida; stamina septem; stylus simplex.

Fl. pistillatus. Calix et corolla vt in stamineo; ouarium subrotundum, stylo longiore ornatum; fructus siccus, subrotundus, semine vnico foetus.

POTERIVM *Linn. vid.* SANGVISORBA *n.* 22.

B. TRIPETALA.

1082. SAGITTARIA. *Linn.* Ed. V. n. 946. *Heist. Fabric. p.* 61. SAGITTA *C. B. Pin.* 194. *Dill. G.* 104.

Fl. stamineus. Calix triphyllus; petala subrotunda; stamina multa.

Fl. pistillatus. Calix et corolla similis; ouula multa in capitulum congesta; styli breuissimi; semina multa, oblonga, compressa, margine cincta.

Radix fibrosa, crassa, fungosa, repens; folia plerumque inferiora oblongo cuspidata, superiora sagittae cuspidem alatam referentia; flos stamineus superior, pistillatus inferior.

C. TETRAPETALAE.

1083. ARGYTHAMNIA. *Brown. Iam. p.* 338.

Fl. stamineus. Calix tetraphyllus, foliolis lanceolatis, villosis; corollae petala minora, lanceolata; stamina quatuor.

Fl. pistillatus. Calix vt in mare; corolla nulla; styli tres, tripartiti, laciniis singulis denuo bifidis; stigmata lacerata; capsula obtuse trigona, trilocularis, trisperma.

1084. PLVKNETIA. *Linn.* Ed. V. n. 964.

Fl. stamineus. Calix nullus; petala ouata, patentia; stamina octo coalita; glandulae nectariferae quatuor, ad basin staminum barbatae.

Fl. pi-

Fl. pistillatus. Calix et corolla vt in stamineo; ouarium tetragonum, stylus simplex, longus, declinatus, stigma peltatum, quatuor punctis notatum; capsula quadrilocularis; semina solitaria subrotunda.

D. PENTAPETALAE.

1085. ANDRACHNE. *Linn.* Ed. V. n. 973. TELEPHIOIDES *Tourn. Cor.* 50. *Dill. H. Elth. p.* 377.

Fl. stamineus. Calix pentaphyllus; corolla rosacea, petalis calice minoribus, foliolis bifidis, cuilibet petalo annexis; stamina quinque.

Fl. pistillatus. Calix pentaphyllus; corolla ex foliolis minimis bifidis tantum constans; styli tres, semibifidi; stigmata globosa; capsula subrotunda, trilocularis, in loculis biualuibus semina bina continens.

1086. CROTON. *Linn.* Ed. V. n. 960. RICINOIDES *Tourn.* 655.

Fl. stamineus. Calix pentaphyllus; corolla rosacea, calice vix major, petalis oblongis; glandulae nectariferae in fundo calicis quinque; stamina multa, basi connexa.

Fl. pistillatus. Calix et corolla vt in stamineo; styli tres, stigmata bifida; fructus subrotundus, tribus oblongis seminibus foetus.

BERNHARDIA *Houst. Flores relatiuos diphytos exbibet.*

CROTON *foliis ouatis, tomentosis, integris, serratis Linn. Spec. Tom. II. p* 1004. *monente Zinn. p.* 51. *alium quodammodo characterem habet; dum corolla*

 desti-

destituitur, et calix ab exteriore latere tripartitus, tribus squamis nectariferis praeditus, ab interiore vero in duas lacinias minimas sit fissus.

1087. MANIHOT. *Tourn.* 658. *Dill. H. Elth. p.* 217. IATROPHA *Linn.* Ed. V. n. 961.

Fl. stamineus, Calix quinquedentatus, minimus; corolla profunde quinquefida, *an pentapetala?* stamina quinque ad decem; pistilli vestigium rude.

Fl. pistillatus. Calix exiguus; corolla rosacea; ouarium oblongum, styli tres, bifidi; capsula trilocularis; semina subrotunda, solitaria.

Flores in corymbo, in summis pedunculis staminei plures, in diuisionibus pedunculorum pistillati pauciores.

IVSSIEVIA *Houst. siue* IATROPHA *vrens, quam Linnaeus huc refert, nouem habet stamina, quorum tria longiora, setam filamento insertam ostendunt; species vero Gossypii folio decem habet stamina, alternis breuioribus, et in stamineo flore glandulas quinque paruas, basi annexas.*

CASSAVA *americana huc quoque pertinet.*

E. HEXAPETALA.

1088. SOLANDRA. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1170.

Flores quinque, vmbellulam, inuolucro tetraphyllo cinctam, constituunt, quorum quatuor in ambitu siti, pedunculati, masculini, quintus centralis, sessilis, femininus.

Fl. stamineus. Calix nullus; petala ouata, sessilia, aequalia; stamina sex.

Fl. pi-

Fl. pistillatus. Corolla eadem; styli duo, stigmata acuta; capsula oblonga, dicocca.

F. APETALAE.

1089. CYNOMORIVM. *Mich. G. 17. Linn.* Ed V. n. 922.

Fl. stamineus. Squama truncata, inferius angusta, conuexa; stamen vnicum, anthera didyma.

Fl. pistillatus. Ouulum squamulis secundariis spicae cinctum, vnico stylo donatum, semen subrotundum exhibet.

Planta parasitica, oblonga, fungo similis, ex squamis imbricatis composita; hae paululum succedunt, et plantam in spicam typhoideam extendunt, quae aliis angustioribus squamulis vndique obsita est, inter quas separatim haerent distincti flores.

1090. AXYRIS. *Hall. Comm. Goett. Tom. II. p.* 345. *Linn.* Ed. V. n. 929.

Fl. stamineus. Calix vnifolius; stamen vnicum.

Fl. pistillatus. Calix duplex; exterior bi-vel trifolius; interior monophyllus, quadrifidus, plumosus; styli duo; semen vnicum, compressum.

Flores mares dense spicati, terminales, feminae alares.

Linn. l. c. in masculis calicem tripartitum et stamina tria; in feminis calicem pentaphyllum, foliolis duobus exterioribus breuioribus, describit, et

CERATOIDEM *Tourn. Cor.* 52. *ast dubie, huc apponit, quam in Edit. prior. n.* 853. *ad* VRTICAM *retulit.*

1091. CERATOCARPVS. *Buxb. Comm. Petrop. Tom. I. p.* 241. *Hall. Goett.* 27. *Linn.* Ed. V. n. 921.

Fl. stamineus. Calix monophyllus, bipartitus; stamen vnicum.

Fl. pistillatus. Calix bifolius, ouario adnatus; styli duo; capsula biualuis, ex calice enata; semen compressum, bicorne continens.

1092. OMPHALANDRIA. *Brown. Iam. p.* 334. OMPHALEA *Linn. Syst. Nat.* Ed X. n. 1166.

Fl. stamineus. Calix tetra-vel pentaphyllus, foliolis subrotundis, concauis; nectarium, vel thalamus potius crassus, vmbonatus, in medio calicis situs, sustentaculum praebet antheris geminis, lateribus thalami oppositis longitudinaliter immersis. *Antherae quandoque tres.*

Fl. pistillatus. Calix idem; stylus breuis; stigma leuiter trifidum, fructus carnosus, ouatus, trilocularis; semina solitaria, oblonga.

1093. FICVS. *Tourn.* 662. *Linn.* Ed. V. n. 1032.

Fructificationes in cauo pomi carnosi, siue calicis communis contentae, cujus vmbilicus aliquot squamis clauditur.

Fl. stamineus. Calix tripartitus; stamina tria.

Fl. pistillatus. Calix quinquefidus; stylus bifidus; semen subrotundum.

FICVS *Pont. Anth.* 227. *Flores ſtaminei et piſtillati in ſimplici pomo.*

CAPRIFICVS *Pont.* 228. *Flores ſtaminei in pomo abortiuo.*

ERINOSYCE *Pont.* 230. *Flores ſtaminei in pomo abortiuo, piſtillati in pomo matureſcente.*

1094. PHYLLANTHVS. *Linn.* Ed. V. n. 932.

Fl. ſtamineus. Calix monophyllus, ſexfidus; ſtamina tria.

Fl. piſtillatus. Calix ſimilis; ſtyli tres bidentati; fructus ſphaericus, trilocularis, loculo quolibet biualui; ſemina ſex.

Folia oblonga, alterna; flores, vel ex alis, vel crenis ipſorum foliorum.

VRINARIA *Burm. Zeyl.* 230. *ſ.* NIRVRI *Mart. Cent. I. Tab* 9. *et*

MYROBALANVS EMBLICA *offic. ſpecies ſunt* PHYLLANTHI.

Speciei, ex crenis foliorum floriferae, flores perfectos et ſtamina quinque tribuit Brown. Iam. p. 188.

1095. CAREX. *Linn.* Ed. V. n. 928.

Locuſta multiflora, vna vel plures, ſquamis oblongo-acutis imbricatae, ſpicatim diſpoſitae.

Fl. ſtamineus. Stamina tria, calice longiora.

Fl. piſtillatus. Intra ſquamam, folliculum inflatum, bidentatum, perſiſtentem obtinet, intra quem ouulum ſtylo brevi, bi-vel trifido, ornatum haeret, quod in ſemen triquetrum mutatur.

CAREX *Rupp.* 323. *Mich. G.* 66. SCIRPOIDES *Mont. Gram.* 16. *Flores, et stamineos, et pistillatos, in eadem spica habet, interdum stamineos superius, pistillatos inferius, interdum hos superius, illos inferius.*

CYPEROIDES *Mich. G.* 55. *Flores stamineos et pistillatos in distinctis spicis siue locustis gerit, vt plurimum oblongis, in vna planta.*

VLVA *Hall. Helv.* 242. *Spicas staminiferas et pistilliferas in duplici planta habet.*

1096. ZEVGITES. *Brown. Iam. p.* 341.

Fl. stamineus. Pedunculus tenuis, biflorus, ex sinu glumae tertiae floris pistillati surgens; folliculus biualuis, stamina tria, antheris bilobis, vtrinque bifurcis.

Fl. pistillatus. Locusta triflora; calix triglumis, glumis inferioribus aequalibus, ouatis, tertia interiore triplo majore, obtusa, setula terminata; ex sinu hujus ouarium oblongum, stylo simplici villoso, instructum, surgit.

Ad APLVDAM *retulit Linn. Syst. Nat. Ed. X. p.* 1306.

1097. TRIPSACVM. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1167.

Fl. stamineus. Locusta quadriflora, siue vtrinque biflora; calix biglumis, glumis nauicularibus, parallelis; folliculus biualuis, calice minor; stamina tria.

Fl. pistillatus. Calix bi vel quadripartitus, ad basin sinubus hians; folliculus triualuis; styli duo,

duo, ſtigmata villoſa; ſemen vnicum, glumis quaſi perforatis incluſum.

Datur et ſpecies hermaphrodita.

1098. OLYRA. *Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1168.

Locuſta vniflora; flores ſtaminei infra piſtillatos poſiti.

Fl. ſtamineus. Calix biglumis, glumis lanceolatis, altera ariſta terminata; folliculus biualuis, longitudine calicis; ſtamina tria.

Fl. piſtillatus. Calix biglumis, magnus, patulus, glumis ouatis, altera ariſta terminata; folliculus biualuis, breuiſſimus, muticus, ſtylus breuis, ſtigmata duo; folliculus deciduus inuoluit ſemen ouatum.

1099. MAYS. *Tourn.* 531. MAYZ *Pont. Anth.* 126. ZEA *Linn.* Ed. V. n. 926, MANIGETTA *Siegesb.* 71. MAYZIA *Heiſt. Syſt.* 12.

Fl. ſtamineus. Locuſtae biflorae; calix biglumis, glumis oblongis, muticis; folliculus biualvis, valuulis oblongis, muticis; ſtamina tria. *Flores laxe ſpicati in ſumma planta.*

Fl. piſtillatus. Spica denſa, foliis inuoluta infra ſtamineos; calix biglumis, glumis ſubrotundis, breuiſſimis; folliculus biualuis, valuulis latis, membranaceis, breuiſſimis; ſtylus ſimplex, longiſſimus; ſemina ſubrotunda, inferne angulosa, columnae mediae ſpicae adhaerentia et ad dimidium immerſa.

1100. COIX. *Linn.* Ed. V. n. 927. LACRYMA IOBI *Tourn.* 531. LACRYMARIA *Heist.* *Syst.* 12. HIERODACRYDIVM *Siegesb.* 55.

Fl. stamineus. Locustae biflorae, laxe spicatae; calix biglumis, glumis muticis, exteriore crassiore; folliculus biualuis, valuulis muticis; stamina tria.

Fl. pistillatus. Locusta biflora; calix biglumis, gluma exteriore duriore, majore, nitida; folliculus biualuis, valuulis muticis; stylus simplex, stigmata duo; semen subrotundum, gluma calicis exteriore arcte inuolutum.

COIX *seminibus angulatis, quae* DACTILOIDES *a Pont. Anth.* 196. *dicitur, duo habet, notante Hall. Goett.* 52. *lata petala.*

1101. SPARGANIVM. *Tourn.* 530. *Linn.* Ed. V. n. 925.

Fl. stamineus. Calix triglumis, deciduus; stamina tria.

Fl. pistillatus. Calix idem; stylus breuis, bicornis; fructus sunt capsulae osseae, vni-vel biloculares, nucleo farinaceo foetae.

Flores in globulos collecti, staminei superiores, pistillati inferiores.

1102. TYPHA. *Tourn.* 530. *Linn.* Ed. V. n. 924.

Fl. stamineus. Calix triglumis, vix conspicuus; stamina tria.

Fl. pistillatus. Ouulum, pappis cinctum, stylo simplici persistente instructum, in semen ouatum mutatur.

Habitus

Habitus arundinaceus; clauae binae in vno scapo, quarum superior stamineos, inferior pistillatos flores sustinet.

1103. VRTICA. *Tourn.* 534. *Linn.* Ed. V. n. 935.

Fl. stamineus. Calix quadrifidus, in medio mellifer; stamina quatuor, segmentis calicis interposita.

Fl. pistillatus. Calix biualuis, persistens; stylus villosus; semen vnicum, oblongum, splendens.

VRTICA *Pont. Anth.* 210. *Flores relatiui in duplici planta.*

VRTICOIDES *Pont. ibid.* 218. *Flores relatiui monophyti.*

VRTICASTRVM *Heist. Cat.* 1730. *p.* 39. *species non vrentes complectitur.*

1104. CVPRESSVS. *Tourn.* 587. *Linn.* Ed. V. n. 958.

Fl. stamineus. Amentum subrotundum; squamae peltatae, vniflorae, antheris quatuor singulae adhaerentibus.

Fl. pistillatus. Amentum subrotundum; squamae vniflorae, crassae; ad basin puncta numerosa, loco stylorum; ouulum paruum, intra squamas coni peltatas positum, semen fit angulosum. *Folia breuia, imbricata.*

1105. THVYA. *Tourn.* 586. *Linn.* Ed. V. n. 957. ARBOR VITAE *Dod.* 630.

Fl. stamineus. Amentum paruum, subrotundum; squamae subouatae, vniflorae; antherae quatuor squamae adnatae.

Fl. pi-

Fl. pistillatus. Amentum paruum, oblongum; squamae biflorae; ouulum minimum; stylus simplex; conus obtusus, sub singula squama semina duo oblonga, ala membranacea cincta. *Folia breuia, imbricata.*

1106. VISCVM. *Tourn.* 609. *Linn.* Ed. V. n. 979.

Fl. stamineus. Calix quadrifidus, segmentis ouatis, quibus quatuor antherae sine filamentis adhaerent.

Fl. pistillatus. Calix similis, ouario insistens; stylus breuis; fructus sistit baccam globosam, glutine plenam, quae semen compressum, cordatum, continet.

Planta parasitica; folia opposita, oblonga; flores conglomerati.

Dioeciis annumerauit Linnaeus.

1107. ALNVS. *Tourn.* 587. *Linn.* Ed. prior. n. 855.

Fl. stamineus. Amentum cylindraceum, ex squamis trifloris compositum; calix proprius, patens, quadrifidus; stamina quatuor.

Fl. pistillatus. Amentum ouatum, ex squamis bifloris compositum; ouulum paruum; styli duo; fructus est conus, sub cujus singula squama semina duo, angulosa, latent.

1108. BETVLA. *Tourn.* 588. *Linn.* Ed. prior. n. 856. BETVLVS *Lob. et Siegesb.* 18.

Fl. stamineus. Amentum cylindraceum, ex squamis tridentatis, trifloris, compositum; calix pro-

proprius squama est major, aliis minoribus cincta, ex qua quatuor stamina surgunt.

Fl. pistillatus. Amentum cylindraceum, ex squamis bifloris, triangularibus, compositum; ouulum minimum; styli duo; fructus est conus, sub singula squama semina tria compressa, ala membranacea instructa.

BETVLA *Linn. Ed. V. n. 933. hoc, et praecedens genus conjungit.*

1109. MORVS. *Tourn.* 589. *Linn.* Ed. V. n. 936.

Fl. stamineus. Amentum oblongum; calix quadrifidus, foliolis concauis; stamina quatuor, longiora.

Fl. pistillatus. Amentum oblongum; calix paruus, trifidus, vel quadrifidus; ouulum duplici stylo ornatum, quod in bacculam pulposam, vnico oblongo semine foetam mutatur. *Baccae omnes conjunctae baccam compositam sistunt.*

Flores interdum relatiui diphyti sunt.

1110. BVXVS. *Tourn.* 578. *Linn.* Ed. V. n. 934.

Fl. stamineus. Calix ex quatuor, vel pluribus squamis, subrotundis, constat; *Linnaeus calici tria foliola, corollae duo petala adscribit;* stamina quatuor, thalamo tetragono adnata.

Fl. pistillatus. Calix vt in stamineo; *Linnaeus calici quatuor foliola, corollae tria petala adscribit;* styli tres breues; capsula subrotunda, trirostris, trilocularis; semina oblonga, in singulo loculo bina.

Folia

Folia semper virentia; flores in glomerulos, alis foliorum adnatos, collecti.

1111. SAPIUM. *Brown. Iam. p.* 338.

Fl. stamineus. Calix nullus; e singula lacuna biglandula surgunt stamina quatuor ad sex, breuissima.

Fl. pistillatus. Calix minimus, quadridentatus, ex lacuna biglandula ortus; ouarium intra calicem situm; stylus breuis, tripartitus; capsula subrotunda, trilocularis; semina solitaria.

Flores spicati, e superiore spicae parte mares, in inferiore feminae enascuntur,

ALTERAMNUS *Brown. Iam. p.* 339. *Flores relatiui in eadem spica, mares quatuor staminibus, feminae tribus stylis praeditae sunt: et, vt ipse Brownius putat, forte huc referri debet.*

1112. AMARANTHUS. *Linn.* Ed. V. n. 941.

Fl. stamineus. Calix tri vel pentaphyllus, coloratus, foliolis acutis, persistentibus; stamina tria, vel quinque.

Fl. pistillatus. Calix similis; styli tres; capsula ouata, operculo horizontaliter dehiscente, sub quo semen vnicum splendens.

Flores in capitula densa, vel in alis sessilia, vel in spicam collecta, digesti; relatiuis interdum perfecti admisti.

AMARANTHUS *Tourn.* 234. *Calicem pentaphyllum, et quinque stamina,*

BLITUM

BLITVM *Tourn.* 507. *Calicem triphyllum et ſtamina tria obtinent, et ob ſummam habitus convenientiam, bene conjunguntur.*

PSITTACVS *Heiſt. Cat.* 1730. *p.* 30. *Foliis variegatis differt.*

1113. PHARVS. *Brown. Iam. p.* 344. *Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1169.

Fl. ſtamineus. Calix biglumis, breuis, ſimplex; folliculus biualuis, longior; ſtamina ſex breuia.

Fl. piſtillatus. Calix biglumis, ſimplex; folliculus vniualuis, valuula oblonga anguſta, aetate rigida, et a tergo lineae inſtar exaſperata; ouulum paruum oblongum, folliculo incluſum, ſtylus bi-vel trifidus, ſtigmata cirrhoſa.

Planta graminea; folia neruoſa, petioli contorti, vt aduerſa ſuperficie folia coelum reſpiciant. Mares pedunculati, feminei flores ſeſſiles ſunt, in eadem panicula.

Linnaeus l. c. piſtillato flori folliculum quoque biualuem, valuula interiori lineari, adſcripſit.

1114. ABIES. *Linn.* Ed. prior. n. 880. *Hall. Goett.* 6.

Fl. ſtamineus. Amentum conſtat ex ſquamis hiantibus, ad quarum baſin interius plura haerent filamenta, inferne coalita, antheras ſuſtinentia.

Fl. piſtillatus. Amentum conſtat ex ſquamis duplicatis, bifloris; ouulum minimum; ſtylus ſimplex; amentum mutatur in conum, ſub ſingula duplicata ſquama, quarum altera interna amplior, ſemina immediate ambiens, altera externa

terna anguſtior, interiori proxime adſtans; duae nuces alatae.

Conjunguntur itaque:

ABIES *Tourn.* 585. *Hall. Helv.* 147. *Folia longa, plana, ſparſim ſolitaria; amentum ſtamineum cylindraceum.*

LARIX *Tourn.* 586. *Hall. Helv.* 148. *Folia tenuiora, plura ſimul ex vna gemma, inſtar penicilli enata; amentum ſtamineum, ſubrotundum.*

1115. PINVS. *Tourn.* 585. *Linn.* Ed. prior. n. 879. *Hall. Helv.* 149.

Fl. ſtamineus et *piſtillatus* cum Abiete conueniunt: aſt ſquama, ad duo ſeminum ouula, ſimplex modo eſt, non duplicata.

Addit Ludwig Def. n. 885. *Amentum ſtamineum, racemoſum, et calicem triphyllum, deciduum, in maſculis floribus.*

PINASTER *Mich. G.* 223. *a* PINO *differt foliis triangularibus, e ſquamoſo tubo quinis ſemper egredientibus.*

PINVS *Linn. Ed. V. n.* 956. ABIETEM, LARICEM *et* PINVM *Tourn. conjungit; diſtinctiuam vero a nobis traditam notam, docuit Trewius Nov. Act. N. Cur. Tom. I. p.* 469.

1116. MYRIOPHYLLVM. *Vaill. Act. Pariſ.* 1719. *p.* 30. *Linn.* Ed. V. n. 945. PENTAPTEROPHYLLVM *Dill. G.* 125. PENTAPTERIS *Hall. Helv.* 201. *Goett.* 40.

Fl. ſtamineus. Calix tetraphyllus, foliolis inaequalibus; ſtamina octo, calice longiora, pendula.

Fl. pi-

Fl. pistillatus. Calix similis, ouario insistens; styli quatuor; fructus quadrilocularis; semina quatuor, solitaria.

Planta aquatica; folia verticillata; flores verticillati, vel spicati, plerumque relatiui, rarius perfecti, hinc, et ob analogiam cum sequenti genere, huc transposuimus.

Linnaeus semina quatuor nuda assumit, et Hall. Helv. l. c. quatuor petala calici quadrifido addit.

1117. CERATOPHYLLVM. *Linn.* Ed. V. n. 944. *Hall. Helv.* 202. HYDROCERATOPHYLLVM *Vaill. Act. Paris.* 1719. *p.* 16. DICHOTOPHYLLVM *Dill. G.* 91.

Fl. stamineus. Calix multifidus; antherae plures, quasi conglomeratae, filamentis vix conspicuis.

Fl. pistillatus. Calix similis; stylus simplex; capsula vnilocularis, vel acuminata, vel tridentata, monosperma.

Planta aquatica; folia verticillata; flores relatiui, in verticillis distincti, positi.

1118. THELIGONVM. *Linn.* Ed. V. n. 947. CYNOCRAMBE *Tourn. Cor.* 52.

Fl. stamineus. Calix monophyllus, semibifidus; stamina duodecim, vel plura.

Fl. pistillatus. Calix minor, monophyllus, bifidus, persistens; ouarium globosum; stylus breuis; capsula coriacea, globosa, semen vnicum continens.

Flores in alis superiorum foliorum staminei, in inferiorum pistillati.

1119. DALECHAMPIA. *Plum. G.* 17. *Linn.* Ed. V. n. 1022. CONVOLVVLO-TITHYMALVS *Boerh. II.* 268.

Inuolucrum commune duplicatum, exterius tetraphyllum, foliolis anguſtis, interius diphyllum, foliolis ſemitrifidis; in hoc inuolucro haerent flores relatiui, ſeparati.

Fl. ſtamineus. Calix ventricoſus, quinquefidus; ſtamina multa, ex calice ſucceſſiue erumpentia.

Fl. piſtillatus. Calix multifidus, hiſpidus; ouarium ſubrotundum; ſtylus ſimplex, dentatus, corollam mentiens; capſula tricocca, ſeminibus ſubrotundis foeta.

Flores perfectos et femininos deſcripſit Boerh.

1120. CARPINVS. *Tourn.* 582. *Linn.* Ed. V. n. 952.

Fl. ſtamineus. Amentum cylindraceum; ſquamae oblongae, vniflorae, margine villoſae; ſtamina multa.

Fl. piſtillatus. Amentum folioſum, laxum; ſquamae biflorae; calix ſexfidus; ouulum paruum; ſtyli duo; fructus eſt nux ouata, anguloſa, monoſperma, intra baſin ſquamae calicinae, concauae, haerens.

OSTRYA *Mich. G.* 223. *quae amentum floris piſtillati oblongum, ſquamoſum, ſemina oblonga, anguloſa, acuminata, intra ſquamam calicinam inflatam, obtinet, huc referri poteſt.*

1121. QVERCVS. *Linn.* Ed. V. n. 949.

Fl. ſtamineus. Floſculi rariores in filis, ex gemma oriundis, quaſi in amentis laxioribus; calix

calix ex squamis aliquot paruis compositus; stamina quatuor, saepe plura.

Fl. pistillatus. Ouula nonnulla filis, ex aliis gemmis oriundis adhaerent; calix proprius, paruus; styli duo vel plures, ouulo insistentes; fructus in calice proprio hemisphaerico, scabro, nucem oblongam, nucleo simili carnoso, bifariam fissili, foetam, continet.

QVERCVS *Tourn.* 582. *Folia sinuata, quasi laciniata.*

ILEX *Tourn.* 583. *Folia oblonga, dentata, et corticem tenuem.*

SVBER *Tourn.* 584. *Folia oblonga, dentata, et corticem crassum, fungosum, obtinent.*

1122. CORYLVS. *Tourn.* 581. *Linn.* Ed. V. n. 953.

Fl. stamineus. Amentum cylindraceum, longissimum, constans ex squamis trifidis, segmento medio latiori, vnifloris; stamina octo, vel plura.

Fl. pistillatus. Ouula nonnulla sessilia, gemma inclusa; calix proprius paruus; ouulum stylis binis ornatum; fructus sistit calicem majorem, monophyllum, margine lacero, qui inuoluit nucem oblongo-acuminatam, simili semine foetam.

1123. IVGLANS. *Linn.* Ed. V. n. 950. NVX *Tourn.* 581. NVX IVGLANS *Magn. Char.* 301.

Fl. stamineus. Amentum oblongum, constans squamis vnifloris; calix monophyllus, multifidus; stamina plurima.

Fl. pistillatus. Ouaria, vnum, vel aliquot, sessilia, fere nuda, duplici stylo, stigmatibus maximis, clauatis, insignita; fructus sub cortice carnoso nucem biualuem continet, in qua nucleus quadrilobus, varie sulcatus, haeret.

1124. LIQVIDAMBAR. *Linn.* Ed. V. n. 955.

Fl. stamineus. Calix tetraphyllus, deciduus; stamina plurima.

Fl. pistillatus. Calix similis, ast duplex; styli duo; capsula oblonga, vnilocularis, apice biualvis, seminibus numerosis foeta.

Flores staminei in spicam dispositi, ad cujus basin pistillati, in globulos collecti.

1125. FAGVS. *Tourn.* 584.

Fl. stamineus. Amentum rotundum, colligens calices monophyllos, quinquedentatos, plumosos, staminibus octo, vel pluribus, refertos.

Fl. pistillatus. Amentum rotundum, colligens calices monophyllos, quadridentatos; styli tres; calix conniuens, spinis mollibus praeditus, fit fructus vnilocularis, aliquot nuces triquetras continens, in quibus semen carnosum simile haeret.

1126. CASTANEA. *Tourn.* 584.

Fl. stamineus. Calix pentaphyllus; stamina sex et plura.

Fl. pistillatus. Calix plurium ouariorum, conglomeratorum, communis, multifidus, quasi imbricatus; calix proprius quinque-vel sexfidus; styli tres; *an sex?* fructus sistit testam ehinatam vni-

vnilocularem, vt plurimum quadriualuem, nuces hinc conuexas, inde planas, vnam vel aliquot continentem, nucleo carnoſo ſimili foetas.

Flores ſtaminei conglomerati in amentis rarioribus haerent, piſtillati in iisdem amentis inferiorem locum occupant, quoque conglomerati.

FAGVS *Linn. Ed. V. n.* 951. *hoc et praecedens genus coniungit.*

1127. RICINVS. *Tourn.* 352. *Linn.* Ed. V. n. 962.

Fl. ſtamineus. Calix monophyllus, quinquefidus; ſtamina plurima, filamentis in ramos quaſi coalitis.

Fl. piſtillatus. Calix monophyllus, tripartitus, deciduus; ouarium oblongum, corpuſculis ſubulatis vndique ornatum; ſtyli tres, ſemibifidi; fructus tricoccus, iisdem corpuſculis ornatus; ſemina ſubouata.

Planta in calidiore climate arborea, nobis vt plurimum annua; folia magna, peltata; flores ſpicati, in ſpicae parte inferiori ſtaminei, piſtillati autem in ſuperiore parte haerent.

1128. STERCVLIA. *Linn.* Ed. V. n. 963.

Fl. ſtamineus. Calix magnus, monophyllus, quinquepartitus, planus; ſtamina plurima, inferne coalita.

Fl. piſtillatus. Calix ſimilis; ouarium hirſutum, cinctum filamentis ſterilibus, thalamo columnari inſiſtens; ſtylus ſimplex; fructus orbicularis, depreſſus, variis loculamentis diuiſus; ſemina plurima.

1129. ACALYPHA. *Roy. Linn.* Ed. V. n. 959. MERCVRIASTRVM *Heist. Fabric.* p. 202.

Fl. stamineus. Calix tetraphyllus, foliolis subrotundis; stamina octo, vel plura, basi connexa.

Fl. pistillatus. Flosculi plures, inuolucro foliaceo, magno, excepti; calix triphyllus, persistens; ouarium subrotundum, styli tres ramosi; capsula trisulca, trilocularis; semina solitaria, subrotunda.

Flores in alis foliorum spicati, superiores staminei, inferiores pistillati.

RICINOCARPOS *Boerh. I.* 254. *quaedam species huc pertinent.*

1130. PLATANVS. *Tourn.* 590. *Linn.* Ed. V. n. 954.

Fl. stamineus. Squamulae angustae, multae, stamina distinguentes, in amentum globosum collectae.

Fl. pistillatus. Amentum simile globosum; ouula pappo capillari cincta, stylo simplici, stigmate recuruo insignita, multis squamulis distincta.

1131. ZIZANIA. *Linn.* Ed. V. n. 942. ELYMVS *Mitch.* 7.

Fl. stamineus. Calix nullus; folliculus biualvis, valuulis muticis; stamina sex.

Fl. pistillatus. Calix nullus; folliculus biualvis, clausus, valuula exteriori convoluta, in aristam longam desinente, interiori minima; stylus bipartitus, stigmata plumosa; semen oblongum, folliculo inuolutum.

Flores

Flores staminei, in verticillis inferioribus paniculati; pistillati in verticillis superioribus terminatrices.

1132. HVRA. *Comm. Hort. Amst. II. p.* 131. *Linn.* Ed. V. n. 965.

Fl. stamineus. Flores in amento squamoso, squamis subrotundis, vnifloris; sub singula squamula corpusculum bifidum, duobus vel tribus antherarum ordinibus ornatum.

Fl. pistillatus. Calix monophyllus, cylindraceus, integerrimus; corolla nulla; stylus longus, stigma infundibuliforme, multifidum; fructus angulosus, ex multis capsulis compositus, capsula quaelibet biualuis est, valuis lunulatis, elastice dissilientibus.

Flores masculos spicatos, spicam tuberculatam, ex tuberculis singulis stamina singularia, duplici, triplici, vel quadruplici serie antherarum referta, et apicibus nudis decemcrenatis, terminata, describit Brown. Iam. p. 352. *et ad sequens genus* HVRAM *refert. Linnaeus vero Syst. Nat. Ed. X. p.* 1383. *Calicem bifolium, foliolo inferiori longiori, et filamentum vnicum, apice peltatum, antherasque duplici ordine, in singulo circiter vicenas, infra peltam collocatas, sessiles, describit.*

1133. HIPPOMANE. *Linn* Ed. V. n. 1099. *Brown. Iam. p.* 351. MANCANILLA *Plum. G.* 50.

Fl. stamineus. Flores spicati; ex sinu singulae squamae, deciduae, binisque glandulis instructae, confertim emergunt caliculi cyathiformes, inte-

gri, ſeſſiles, ex quorum centro ſurgit filamentum vnicum, calice duplo longius, antheris quatuor inſtructum.

Fl. piſtillatus. Vnus vel alter, ad baſin ſpicae prioris poſitus; calix triphyllus, paruus, intra duas glandulas ſitus, ouarium continens, deciduus; ſtylus breuis; ſtigma concauo-campanulatum, in ſex vel plures lacinias aetate diuiſum; fructus baccatus, ſphaericus, nuce rugoſa, inaequali, ſex ad duodecim loculamentis donatus, nucleis tot, quot ſunt loculamenta, quorum plurima abortiunt.

Linnaeus Syſt. Nat. Ed. X p. 1383. in fl. ſtamineo calicem monophyllum, bifidum, antheram bipartitam, ſulco exaratam, ex obſeruatione Loeflingii adducit.

1134. ZANNICHELLIA. *Mich. G.* 70. *Linn* Ed. V. n. 920. ALGOIDES *Vaill. Act. Pariſ.* 1719. *p.* 15. APONOGETON *Pont. Anth.* 117. GRAMINIFOLIA *Dill. App. p.* 168.

Fl. ſtamineus. Stamen vnicum, anthera ſimplex, longo filamento inſiſtens.

Fl. piſtillatus. Calix ventricoſus, monophyllus, bidentatus; ouula quatuor plerumque, oblonga, ex vna parte gibba, ex altera plana; ſtyli ſimplices, ſtigmata plana; *quae clypeoli dicuntur Michellio*; ſemen ſub cruſta ouuli reniforme.

Planta aquatica; flores diuerſi ex eadem foliorum ala.



CLAS-

CLASSIS XVII.

Plantae flore inuoluto, relatiuo, diphyto.

A. MONOPETALAE.

1135. VALLISNERIA. *Linn.* Ed. V. n. 975.

Fl. stamineus. Calix exterior bifolius, foliolis bifidis, continens capitulum oblongum, flosculis vndique tectum; corollae monopetalae, trifidae, reuolutae, deciduae, et aquis innatantes; stamina duo.

Fl. pistillatus. Scapus tenuis, spiraliter contortus, elastico motu florem ex aquis protrudens; calix exterior tubulosus, ore bifido; ouarium cylindraceum, calice interiori tripartito coronatum; corolla profunde tripartita, laciniis ouatis; styli tres, reflexi; capsula longa, cylindracea, vnilocularis; seminibus copiosis, oblongis, parieti affixis.

VALLISNERIA *Mich. G.* 12. *plantam flore pistillato.*

VALLISNEROIDES *Mich. G.* 13. *plantam flore stamineo sistit.*

1136. RVSCVS. *Tourn.* 79. *Linn.* Ed. V. n. 1008.

Fl stamineus. Calix hexaphyllus, foliolis tribus interioribus angustioribus; corolla monopetala, inflata, ore dehiscens; stamina tria in orificio corollae.

Fl. pistillatus. Calix et corolla vt in stamineo; stylus simplex; bacca globosa, trilocularis, seminibus solitariis, raro omnibus maturis.

Calicem pro corolla adsumsit Hall. Goett. 78. *et corollam nectarium dixit Linnaeus.*

HYPOGLOSSVM *Raj.* 76. *Foliolo secundario, ex medio folio prodeunte, a* RVSCO *differt; in vtraque planta flores foliis insistunt.*

LAVRVS ALEXANDRINA *Raj.* 76. DAPHNE *Knaut.* 50. *Flores non modo perfectos in summis ramulis, racematim dispositos, ostendit, sed et structura diuersos; calicem et corollam, in vnum corpus coalita esse scribit Linn. Spec. Tom. II. p.* 1041. *nectarium suum nunc corollam dicens, qualis etiam reuera est: Hallerus vero l. c. florem globosum, ore quinquedentato clauso, inque ejus tubo squamas quinque breues obtusas, et baccam triquetram, monospermam, descripsit. Si* RVSCVS *foliis margine floriferis, a Dill. H. Elth. p.* 332. *descriptus, cum hac specie etiam androgyna, floris charactere conueniret, posset ex duabus hisce nouum genus formari.*

1137. PISONIA. *Plum. G.* 7. *Linn.* Ed. V. n. 984. PENTAGONOTHECA *Vaill. Act. Par.* 1722. *p.* 192.

Fl. staminеus. Calix paruus, quinquefidus, segmentis acutis; corolla infundibuliformis, limbo quinquefido; stamina quinque.

Fl. pistillatus. Calix et corolla similis; stylus simplex; stigma globosum; capsula quinquangularis, quinqueualuis, vnilocularis; semen vnicum, oblongum.

Calicem diphyllum minimum; corollam conico-campanulatam, quinque crenatam; stamina sex vel septem,

ſeptem; ſtigma ampliatum, lacerum; capſulae angulos, denticulis vncinatis munitos, deſcribit Brown. Iam. p. 358. *Linnaeus vero Syſt. Nat. Ed. X. p.* 1384. *corollae laciniis interjectos denticulos, et ſtigma trifidum deſcripſit, notauitque, maſculos, femineos et hermaphroditos flores, nunc mono- nunc diphytos eſſe.*

1138. ZANONIA. *Linn.* Ed. V. n. 990.

Fl. ſtamineus. Calix minor, triphyllus; corolla rotata, quinquepartita, laciniis concauis, acuminatis; ſtamina quinque.

Fl. piſtillatus. Calix et corolla vt in ſtamineo; ouarium ſub calice; ſtyli tres, ſtigmata bifida; fructus oblongo-truncatus, coriaceus, trilocularis; ſemina bina, oblonga, in ſingulo loculo, membrana inuoluta.

1139. PAPAYA. *Plum. cit. Tourn.* 659.
CARICA *Linn.* Ed. V. n. 1000.

Fl. ſtamineus. Calix nullus; corolla infundibuliformis, tubo tenui, longiſſimo, ſenſim ampliato, limbo quinquefido inſtructa; ſtamina decem.

Fl. piſtillatus. Calix minimus, quinquedentatus; corolla pentapetala, petalis in medio reflexis; ſtylus breuis, quinque tubis, tridentatis, inſtructus; fructus pulpoſus, ſulcis depreſſis diſtinctus, vnilocularis; ſemina oblonga, ſulcata, membrana inuoluta.

Arbor caudice ſimplici; foliis laciniatis, inſtar RICINI, *ornata.*

1140. TAM-

1140. TAMNVS. *Tourn.* 102. BRYONIA NIGRA *Raj.* 75. TAMVS *Linn.* Ed. V. n. 991.

Fl. ſtamineus. Calix nullus; corolla hexapetaloidea, vel hexapetala; ſtamina ſex.

Fl. piſtillatus. Calix nullus; corolla monopetala, ſemi-ſexfida; linea nectarifera ad baſin laciniarum intus poſita; ouarium ſub flore, ſtylus ſimplex, ſtigma trifidum; fructus oblongus, vix carnoſus, trilocularis; ſemina rotunda.

Caules volubiles, ſine capreolis ſcandentes.

B. TRIPETALAE.

1141. EMPETRVM. *Tourn.* 579. *Linn.* Ed. V. n. 977.

Fl. ſtamineus. Calix tripartitus, perſiſtens; petala marceſcentia; ſtamina tria.

Fl. piſtillatus. Calix et corolla vt in ſtamineo; ouarium minimum, nouem ſtigmatibus ornatum; bacca nouem ſeminibus anguloſis repleta.

Habitus et folia ERICAE. *Ex monophytis ad diphytas transpoſuimus plantam.*

1142. PHOENIX. *Kaempf. Amoen. p. 662. Linn.* Ed. V. n. 1089. PALMA DACTYLIFERA *Plum. G.* 1.

Fl. ſtamineus. Calix tripartitus, minimus; petala tria, cuſpidata; ſtamina ſex.

Fl. piſtillatis. Calix et corolla vt in ſtamineo; ſtylus breuis; fructus fit bacca, in ſylueſtribus coriacea, in cultis carnoſa, ſemine oblongo, ſulcato, foeta.

Arbor

Arbor non ramosa; folia pinnata, extremo impari; ex alis foliorum surgit spatha compressa, ab vno latere dehiscens; ex qua emergit scapus racemosus.

Ad PALMAM *suam refert Brown. Iam. p.* 344.

1143. BORASSVS. *Linn.* Ed. V. n. 1085. AMPANA *et* CARIM-PANA *Hort. Mal. I. p.* 11. *et* 13.

Fl. stamineus. Corolla tripartita; stamina sex.

Fl. pistillatus. Corolla eadem, persistens; styli tres; bacca subrotunda, vnilocularis, semina tria continens.

Habitus PALMAE; *spatha vniuersalis composita; scapus imbricatus.*

1144. ARECA. *Linn.* Ed. V. n. 190. PINANGA *Rumph. Amb. I.* 26.

Fl. stamineus. Petala tria, acuminata, rigida; stamina nouem.

Fl. pistillatus. Corolla eadem; fructus fibrosus.

Habitus PALMAE; *spatha biualuis, scapus ramosus; flores plerumque relatiuos simul continens.*

1145. CARYOTA. *Linn.* Ed. V. n. 1092. SEGVASTER MAIOR *Rumph. Amb. I. p.* 64.

Fl. stamineus. Petala tria, lanceolata; stamina plurima.

Fl. pistillatus. Petala similia; stylus simplex; bacca vnilocularis; semina duo.

Habitus PALMAE; *spatha vniuersalis composita; scapus ramosus, flores relatiuos plerumque simul continens.*

1146. ELA-

1146. ELATE. *Linn.* Ed. V. n. 1091.

Fl. ſtamineus. Petala tria, ſubrotunda; ſtamina tria.

Fl. piſtillatus. Petala eadem; ſtylus ſubulatus; fructus acuminatus, nux ouata, ſulco notata.

Habitus PALMAE; *ſpatha biualuis*; *flores relatiui plerumque in vno ſcapo ramoſo.*

PALMAS *reliquas vid. inter tripetalas, perfectas.*

1147. HYDROCHARIS. *Linn.* Ed. V. n. 999. *Zinn. Comm. Goett. Tom. III. p.* 431. MICROLEVCONYMPHAEA *Boerh. I.* 282. STRATIOTES *Dill. G.* 149. MORSVS RANAE *Tourn. Act. Pariſ.* 1705. *p.* 237. *Rupp.* 61.

Fl. ſtamineus. Calix communis bifolius, triflorus, proprius triphyllus; corolla roſacea; ſtamina nouem, quorum tria interiora ſtylum e baſi emittunt.

Fl. piſtillatus. Ouarium ſub flore nudum; calix et corolla vt in ſtamineo; filamenta ſex, lanceolata, circa ſtylos ſex bifidos poſita; fructus coriaceus, ſexlocularis; ſemina minutiſſima.

De HYDROCHARI *et* ALOIDE *conf. Trew. in Comm. Norimb.* 1731. *p.* 165. *Summam vtriusque plantae analogiam inprimis flores piſtillati oſtendunt; hinc in ordine naturali omnino proximae ſunt plantae.*

C. TE-

C. TETRAPETALAE.

CERVISPINA *Riv. vid. pentapet. reg. n.* 692.

RHODIOLA *Linn. vid. pentapet. reg. n.* 800.

1148. FRAXINVS. *Mich. G.* 225. ORNVS *Ponth. Anth. p.* 299.

Fl. ſtamineus. Calix paruus, quadri-vel quinquedentatus; petala anguſta, longa, quatuor vel quinque; ſtamina duo.

Fl. piſtillatus. Calix et corolla vt in ſtamineo; ouulum compreſſum, oblongum, ſimplici vel trifido ſtigmate ornatum; ſemen oblongum, cruſta membranacea, linguaeformi, tectum. *An in his interdum flores perfecti? Linnaeus omnes perfectos eſſe ſcribit.*

Arbor; folia pinnata, extremo impari,

ORNVM *Mich, ad nudos flores retulimus,*

FRAXINVS *Tourn.* 577. *et Linn. Ed. V. n.* 1026. ORNVM *et* FRAXINVM *Mich. complectitur.*

1149. TROPHIS. *Brown. Iam. p.* 357. *Linn. Syſt. Nat.* Ed. X. n. 1173.

Fl. ſtamineus. Calix nullus; corolla tetrapetala; ſtamina quatuor; flores ſpicati.

Fl. piſtillatus. Calix nullus; corolla nulla; ouarium ouatum; ſtylus tenuis, ad baſin fere diviſus; bacca ſubſtriata, rugoſa, nuce biloba foeta.

1150. GLEDITSCHIA. *Linn.* Ed. V. n. 1025. MELILOBVS *Mitch. G.* 15.

Fl. ſtamineus. Calix quadrifidus; petala concaua; ſtamina ſex.

Fl. pi-

Fl. pistillatus. Calix vt in stamineo; petala majora; filamenta duo antheris destituta, *nectaria Linnaeo dicta*; stylus simplex; legumen longum, compressum, dissepimentis transuersim distinctum; semina subrotunda, nitida, in pulpa latitantia.

Flores in amento dispositi.

Linnaeus, qui ad Polygamias dioecias retulit, mari calicem triphyllum, et corollam tripetalam; hermaphrodito calicem tetraphyllum et corollam tetrapetalam; feminae autem, calici et corollae quinque foliola adscripsit.

D. PENTAPETALAE.

ARVNCVS *Linn. vid. pentapet. regul n.* 806.

1151. IRESINE. *Brown. Iam. p* 358. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1174.

Fl. stamineus. Calix bifolius, minimus, foliolis nitidis, acutis, oppositis; petala erecta, lanceolata, lucida; stamina quinque breuiora; squamulae totidem, *nectaria dictae*, interpositae.

Fl. pistillatus. Calix et corolla vt in mare; stylus nullus; stigmata duo, subrotunda; capsula ouata, seminibus aliquot, tomento obsitis, foeta.

1152. CLVTIA. *Boerh. II.* 260. *Linn.* Ed. V. n. 1009.

Fl. stamineus. Calix quinquefolius; corolla rosacea, petalis cordatis, calice minoribus; squamae quinque, tridentatae, glandulam nectariferam in sinu fouentes; thalamus columnaris, cui quinque stamina radiatim adhaerent.

Fl. pi-

Fl. pistillatus. Calix et corolla vt in stamineo; squamae quinque, bifidae, ast glandulis destitutae; styli tres, bifidi; capsula subrotunda, sex lineis sulcata, scabra, trilocularis; semina subrotunda.

ELVTERIA *H. Cliff.* 486. *et* CASCARILLA *offic.* CLVTIAE *sunt species.*

1153. KIGGELARIA. *Linn.* Ed. V. n. 1001.

Fl. stamineus. Calix monophyllus, quinquefidus, campanulatus; petala quinque; glandula triloba, vngui petalorum adnata; stamina decem.

Fl. pistillatus. Calix et corolla vt in stamineo; styli quinque; capsula coriacea, globosa, scabra, quinqueualuis; semina subrotunda.

1154. CORIARIA. *Niss. Act. Paris.* 1711. *p.* 320. *Linn.* Ed. V. n. 1002.

Fl. stamineus. Calix pentaphyllus, minimus; petala quinque; stamina decem.

Fl. pistillatus. Calix et corolla vt in stamineo; ouula quinque, introrsum coalita, stylis totidem ornata; petala, carnosa facta, tegunt quinque semina reniformia.

Linn. in prior. Ed. n. 458. *ad perfectos flores retulit.*

1155. GIGALOBIVM. *Brown. Iam. p.* 362.

Fl. stamineus. Calix minimus, quinquedentatus; petala quinque, parua, erecta; stamina plurima, corolla longiora. *Flores spicati.*

Fl. pistillatus. Legumen maximum, longissimum, varie contortum, biualue; semina plura, orbiculata, compressa. *Flos ignotus.*

E. HEXAPETALA.

1156. SMILAX. *Tourn.* 654. *Linn.* Ed. V. n. 992.

Fl. stamineus. Calix nullus; corolla patens, petalis reflexis; stamina sex.

Fl. pistillatus. Calix deciduus; corolla vt in stamineo; ouarium oblongum; styli tres; fructus subrotundus, vno vel altero semine foetus.

Habitus scandens, cum vel sine capreolis; planta saepius spinosa.

SASSAPARILLA *et* CHINA RADIX *offic. huc pertinent.*

F. APETALAE.

1157. CISSAMPELOS. *Linn.* Ed. V n. 993. *Brown. Iam. p.* 357. CAAPEBA *Plum. G.* 29.

Fl. stamineus Calix tetraphyllus, foliolis lanceolatis, conniuentibus; discus membranaceus, in fundo calicis situs; *an nectarium?* ex centro disci filamentum vnicum, anthera concaua, quadriloba, ornatum.

Fl. pistillatus. Loco calicis foliolum vnum vel alterum, ad latera ouarii positum; margo membranaceus, e latere ouarii assurgens; *forte nectarium*; ouarium minimum; stylus nullus, stigmata tria minima; bacca subrotunda, semine

vnico

vnico, ſubcompreſſo, ad latera glabro, margine rugoſo, foeta.

1158. SALIX. *Tourn.* 580. *Linn.* Ed. V. n. 976.

Fl. ſtamineus. Squamae amenti oblongi vniflorae; glandula nectarifera ad baſin; ſtamina duo, tria, vel quinque.

Fl. piſtillatus. Squamae amenti oblongi vniflorae; ouarium oblongum, corniculatum; ſtyli duo breuiſſimi; fructus eſt capſula vnilocularis, biualuis; ſemina papposa.

Datur etiam ſpecies floribus hermaphroditis.

1159. IVNIPERVS. *Linn.* Ed. V. n. 1005.

Fl. ſtamineus. Amentum oblongum, ſquamae vniflorae; antherae tres, vel filamentis coalitis, vel ſquamae quaſi adnatae.

Fl. piſtillatus. Calix exterior tripartitus; ouarium ſubrotundum; calix interior tripartitus, ouario inſidens atque perſiſtens; ſtyli tres; bacca ſubrotunda, vmbilicata, triſperma.

IVNIPERVS *Tourn.* 588. *Folia plana, acuta, terna, ſemper oppoſita.*

CEDRVS *Tourn.* 588. *Folia breuia, imbricata; bacca ſubrotunda.*

SABINA *Boerh. II.* 207. *Folia breuia, imbricata; bacca verrucoſa.*

1160. OSYRIS. *Linn.* Ed. V. n. 978. CASIA *Tourn.* 664.

Fl. ſtamineus. Calix monophyllus, trifidus; loco corollae margo triplex; ſtamina tria.

Fl. pistillatus. Calix similis, ouarium cingens; stylus breuissimus, stigma tripartitum; fructus est bacca, ossiculo vnico globoso foeta. *Flores alares.*

NITRARIA *Schoberi cit. Gmel. Flor. Sib. Tom. II. p. 237. huc pertinet; ibidemque legimus, baccas plures, calici quinquefido insistere, singulamque baccam, nucem duram, in mucrone crenatam, continere.*

Linnaeus, qui Syst. Nat. Ed. X. n. 1139. NITRARIAE *genus adsumsit, flores perfectos, calice monophyllo, quinquefido, minimo, petalis quinis, apice fornicatis, staminibus quindecim, et stylo crasso praeditos, et baccam, semine vnico crenato foetam, descripsit.*

1161. BATIS. *Brown. Iam. p.* 356. *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1152.

Fl. stamineus. Flores plures, per spicas pyramidatas, ex squamis quadruplici ordine imbricatas, dispositi; ex vaginula membranacea irregulari, squamis interposita, surgunt stamina quatuor, longiora.

Fl. pistillatus. Calix communis diphyllus, in capitulum colligit ouula plura, inuicem subadnata, quadrangularia, stigmate obtuso, villoso, terminata, quae totidem fiunt baccae, seminibus binis refertae.

1162. HIPPOPHAE. *Col. Ecphr. I.* 36. *Linn.* Ed. V. n. 980. RHAMNOIDES *Tourn. Cor.* 53. *Hall. Helv.* 161.

Fl. stamineus. Calix monophyllus, bifidus, segmentis subrotundis; stamina quatuor.

Fl. pi-

Fl. pistillatus Calix monophyllus, tubulosus, limbo bifido, deciduus; stylus simplex; bacca globosa, vnicum semen continens.

Habitus RHAMNI *spinosus*.

1163. MYRICA. *Linn.* Ed. V. n. 981. ELAEAGNVS *Siegesb. p.* 43.

Fl. stamineus. Squamae amenti oblongi vniflorae, lunulatae; stamina quatuor, vel sex.

Fl. pistillatus. Squamae amenti oblongi vniflorae, lunulatae; ouarium subrotundum, styli duo; bacca, vnicum semen continens.

GALE *Tourn. Act. Paris.* 1706. *p.* 83. *Stamina quatuor; bacca coriacea, triloba.*

AMBVLON *I. B. II. p.* 503. *Stamina sex; bacca carnosa, globosa.*

1164. LVPVLVS. *Tourn.* 535. HVMVLVS *Linn.* En. V. n. 989.

Fl. stamineus. Flores in racemo; calix monophyllus, profunde quadri-vel quinquefidus; stamina quinque, breuissima.

Fl. pistillatus. Strobilus ex squamis, axi appositis, conflatus et inuolucro vniuersali tetraphyllo cinctus; intra squamas haerent ouula, duplici stylo ornata; semen subrotundum, tegmine membranaceo cinctum.

Radix maxime repens; folia scabra, angulosa, opposita; caules volubiles.

1165. ACNIDA. *Linn.* Ed. V. n. 987. ACNIDE *Mitch.* 28.

Fl. stamineus. Calix quinquefidus; stamina quinque, breuissima.

Fl. pistillatus. Inuolucrum polyphyllum, deciduum; calix bifolius, minimus, persistens; styli quinque, pubescentes; fructus compressus, angulosus, calice succulento tectus; semen vnicum.

Ad CANNABIN *retulit Gronov. Flor. Virg.* 192.

1166. CANNABIS. *Tourn.* 535. *Linn.* Ed. V. n. 988.

Fl. stamineus. Calix quinquefidus; stamina quinque breuissima.

Fl. pistillatus. Calix persistens, monophyllus, acuminatus, vno latere dehiscens; ouula duplici stylo ornata; fructus est testa dura, rotunda, fragilis, semine globoso foeta.

Radix annua; folia digitata, conjuncta; cortex lentus, tenax.

1167. DATISCA. *Linn.* Ed. V. n. 1003.

CANNABINA *Tourn. Cor.* 52.

Fl. stamineus. Calix pentaphyllus; antherae decem, calice majores, sessiles.

Fl. pistillatus. Calix idem; styli tres; capsula triangularis, tricornis, apice peruia, vnilocularis; semina plurima.

Folia pinnata.

1168. TEREBINTHVS. *Tourn.* 579.

Fl. stamineus. Calix quinquedentatus, minimus; stamina quinque.

Fl. pistillatus. Calix minimus; styli duo, reflexi; fructus fit bacca, coriaceo nucleo, biloculari, foeta, vnico semine saepius tantum maturescente.

Folia

Folia ternata, vel pinnata, extremo impari; flores in racemis alaribus.

PISTACIA *I. Bauh. I. p. 275. Manet. Vir. 45. huc pertinet.*

1169. LENTISCVS. *Tourn. 580.*

Fl. ſtamineus. Calix minimus, quinquedentatus; ſtamina quinque.

Fl. piſtillatus. Calix minimus; ſtyli tres; reflexi et cirrhoſi; fructus eſt bacca carnoſa, vno vel altero ſemine foeta.

Folia pinnata, extremo impari nullo; flores in racemis alaribus.

PISTACIA *Linn. Ed. V. n. 982. hoc, et praecedens genus, conjungit.*

1170. ANTIDESMA. *Burm. Zeyl. 22. Linn.* Ed. V. n. 985.

Fl. ſtamineus. Calix pentaphyllus, foliolis concauis; ſtamina quinque, longiora.

Fl. piſtillatus. Calix ſimilis; ſtylus vix vllus; ſtigmata quinque; bacca ſtigmatibus ornata, ſemine vnico foeta.

Flores ad apices ramorum ſpicati.

1171. DIOSCOREA. *Plum. G. 9. Linn.* Ed. V. n. 995.

Fl. ſtamineus. Calix monophyllus, ſexfidus, ſegmentis acutis, patentibus; ſtamina ſex, breviſſima.

Fl. piſtillatus. Calix ſimilis; ſtyli tres; capſula triangularis, trilocularis, triualuis, in quolibet loculo ſemina duo, margine membranaceo cincta.

1172. SPINACIA. *Tourn.* 533. *Linn.* Ed. V. n. 986.

Fl. stamineus. Calix quinquefidus, segmentis oblongis; stamina quinque, longiora.

Fl. pistillatus. Calix quadrifidus, persistens; styli quatuor villosi; fructus subrotundus, vel angulosus, vel cornutus; semen vnicum subrotundum. *Radix annua*; *flores alares.*

Datur et species, cujus staminei flores calicem quadrifidum et quatuor stamina habent.

1173. RAIA. *Burm. in Plum. Fasc. VII. p.* 148. IAN-RAIA *Plum. G.* 33. RAIANIA *Linn.* Ed. V. n. 994.

Fl. stamineus. Calix hexaphyllus, foliolis oblongis; stamina sex.

Fl. pistillatus. Calix ouario insidens; sexpartitus, persistens; styli tres; fructus subrotundus, ala membranacea, in vno latere affixa, auctus, semine subrotundo foetus.

1174. EPHEDRA. *Tourn.* 663. *Linn.* Ed. V. n. 1007.

Fl. stamineus. Amentum squamosum, flosculos conglomeratos sistens; calix singulus minimus, bifidus; antherae septem vt plurimum, corpusculo crassiori insistunt.

Fl. pistillatus. Amentum squamosum, squamis succulentis cruciatim positis constans, et baccam mentiens; ouarium in apice positum; styli duo; semina duo, ouato-acuta, polita, parte auersa gibba, contigua, plana, membrana cincta.

Habitus fruticosus; *folia* EQVISETI.

1175. PO-

1175. POPVLVS. *Tourn.* 592. *Linn.* Ed. V. n. 996.

Fl. stamineus. Squamae vniflorae, fimbriatae, amentum oblongum constituentes; stamina octo, breuissima; nectarium corniculatum.

Fl. pistillatus. Amentum, squamae, et nectaria vt in stamineo; stigma quadrifidum; fructus oblongus, bilocularis, biualuis; semina papposa.

1176. NYSSA. *Linn.* Ed. V. n. 1028.

Fl. stamineus. Calix quinquefidus; stamina decem.

Fl. pistillatus. Calix idem, ouario insistens; stylus simplex, stigma incuruum; fructus coriaceus, vnilocularis, semen vnicum, sulcatum, continens.

Flori pistillato Linnaeus quoque stamina adscripsit, et ad polygamias reduxit plantam.

1177. MERCVRIALIS. *Tourn.* 534. *Linn.* Ed. V. n. 998.

Fl. stamineus. Calix tripartitus, segmentis oblongo-acutis, patentibus; stamina quinque ad quindecim.

Fl. pistillatus. Calix idem; ouarium subrotundum, compressum, ad cujus latera duo filamenta, sterilia, haerent; styli duo, reflexi, hirsuti; capsula didyma, bilocularis; semina subrotunda.

Folia opposita; flores alares, staminei spicati, pistillati solitarii.

PHYLLON *C. B. Pin.* 122. CYNOCRAMBE *Cam. Epit.* 999. *et* RICINOCARPOS *afra Boerh. I.* 254. *quae perfectos fert flores, huc pertinent.*

1178. BERNARDIA. *Brown. Iam. p.* 361.

Fl. ſtamineus. Calix monophyllus, in tres vel quinqe lacinias reuolutas, profunde ſectus, ex ſinu ſquamarum ſpicae emergens; ſtamina plura, ad baſin in vnum corpus coalita.

Fl. piſtillatus. Calix ouario ſuppoſitus, campanulatus, quinquedentatus, laciniis tribus majoribus; ouarium trilobum, villoſum; ſtylus vix vllus, ſtigmata tria, lacera; capſula ſubrotunda, obtuſe triloba, trilocularis, triſperma.

1179. CLIFFORTIA. *Linn.* Ed. V. n. 1004.

Fl. ſtamineus. Calix triphyllus, foliolis acutis; ſtamina multa.

Fl. piſtillatus. Calix triphyllus, ouario inſiſtens, ſtyli duo; capſula oblonga, bilocularis, in ſingulo loculo ſemen vnicum, teretiuſculum.

1180. TAXVS. *Tourn.* 589. *Linn.* Ed. V. n. 1006.

Fl. ſtamineus. Calix tetraphyllus, foliolis binis exterioribus durioribus, interioribus teneris; filamentum craſſum, carnoſum, plurimis antheris anguloſis praeditum.

Fl. piſtillatus. Calix idem; thalamus pulpoſus, baccam referens; ſtylus vix vllus; in cauo thalami, ſuperne aperto, haeret ſemen oblongum.



CLAS-

CLASSIS XVIII.

Plantae flore nudo.

Classis haec vltima nudos sistit flores, sub quo nomine illae tantum recensendae essent plantae, quae stamina et pistilla, sine inuolucris euidenter conspiciendis, exhibent: nos vero varias quoque junximus plantas, quae vnam vel alteram floris partem ostendunt, et interdum ipsis inuolucris non destituuntur; quoniam calices, petala, stamina et pistilla, non adeo euidenter discerni et ad praecedentes classes reduci possunt. Praemissis igitur plantis, quae vere nudum florem gerunt; filices, muscos, fungos, postea quasdam dubias et prioribus adfines, tandem submarinas, exponimus.

A. NVDAE.

1181. SALICORNIA. *Tourn. Cor.* 51. *Linn.* Ed. V. n. 10.

Habitus aphyllus; planta teres, succulenta, ex squamis tetragonis, cauli circumpositis, constans; ex squamarum commissuris stamen vnicum; stylus simplex, stigma bifidum; semen vnicum.

1182. LIMNOPEVCE. *Cord. Hist.* 150. *Vaill. Act. Paris.* 1719. *p.* 19. PINASTELLA *Dill. G.* 168. HIPPVRIS *Linn.* Ed. V. n. 11.

Ouula in alis foliorum, margine tenui coronata; stamen vnicum; stylus simplex; semen vnicum, subrotundum. *Folia verticillata.*

PINASTELLAE *Rupp.* 349. BLITOIDIS *Siegesb.* 20. *vna ſpecies huc pertinet; altera ad* CERATOPHYLLVM *amandanda.*

1183. CHARA. *Vaill. Act. Pariſ.* 1719. *p.* 18. *Linn.* Ed. V. n. 1066. HIPPVRIS *Dill. G.* 88. *Pont. Anth. p.* 116.

Globuli floriferi, in alis foliorum ſeſſiles. *Planta aquatica; caules ramoſi; folia verticillata; habitus Equiſeti.* Calicem bifolium; corollam dentatam; antheram vnam ſine filamento, ſtigmata tria, et capſulam monoſpermam deſcripſerunt auctores.

1184. PIPER. *Linn.* Ed. V. n. 42.

Ouulum rotundum, ad cuius baſin antherae duae collocatae ſunt; ſtylus breuiſſimus; ſtigma triplex, villoſum; ſemen globoſum, cortice inſtar baccae tectum. *Flores ſpicati.*

1185. ORNVS. *Mich. G.* 222.

Piſtillum, cui a latere duae antherae adhaerent, breuiſſimo ſtylo inſtructum, in fructum oblongum, linguaeformem mutatur. *Folia pinnata, impari extremo; ſquamae binae pedunculos ramoſos continent, in quolibet ramo haeret flos nudus.*

Quandoque flores feminini interſperſi ſunt. Linn. Ed. V. n. 1026. *ad* FRAXINVM *retulit.*

1186. DORSTENIA. *Plum. G.* 29. *Linn.* Ed. V. n. 147.

Fructificationes thalamo plano, anguloſo, membranaceo, adhaerent, in cuius foueis haerent ſtamina quatuor, et ouulum acuminatum, ſtylo ſimplici ornatum.

1187. RVP-

1187. RVPPIA. *Linn.* Ed. V. n. 161. BVCCAFERREA *Mich. G.* 72.

In ſummis ramulis haerent ſpicae, ex antheris reniformibus ſine filamentis compoſitae, inter quas emergunt pedunculi tenues, quibus ſingulis inſiſtit ouulum, ſtigmate paruo ornatum, quod mutatur in ſemen vnicum, ſubrotundum, cruſta acuminata, obliqua, tectum. *Planta aquatica repens; folia anguſta, vaginantia.*

ZOSTERA *Linn. Ed. V. n.* 919. ALGA *Raj. Syn. III.* 52. *folii baſis vaginans, longitudinaliter conniuens, includit ſpicam, quae ſuperne antheris, breuiſſimo filamento innatis, inferne piſtillis, ſtigmate tenui terminatis, componitur. Ad* RVPPIAM *reduxit Moehring. Phil. Tranſ.* 1741. *p.* 217.

B. FILICES.

Filices, cum Plumierio, Linnaeus appellat eas plantas, quae, vel in dorſo foliorum tantum, vel in dorſo foliorum et ſpicis, vel in ſpicis tantum, floris vel fructus veſtigia ſeu fructificationes, in aceruulos aut capſulas quasdam colligunt. Appellantur Epiphylloſpermae ſeu dorſiferae, quoniam plurimae fructificationes in dorſo foliorum gerunt: cum vero hoc non in omnibus inueniatur, Rajus capillares has plantas dixit; vel a radice fibroſa, vel a pedunculis foliorum, in quibusdam ſpeciebus teneris, capillis ſimilibus.

1188. ACROSTICHVM. *Hall. Helv.* 134 *Linn.* Ed. V. n. 1037.

Fructificationes totam auerſam foliorum ſuperficiem occupantes.

1189. AS-

1189. ASPLENIVM *Hall. Helv.* 134. *Goett.* 2. *Linn.* Ed. V. n. 1042.

Fructificationes in lineas, ad costam, vel nervum folii oblique conuergentes, dispositae; interdum adeo copiosae, vt superficiem folii inferiorem, vt in Acrosticho, tegere videantur.

Ex foliorum differentia in varia genera distinctum fuit:

LINGVA CERVINA *Tourn.* 544. PHYLLITIS *Raj.* 11. *Rupp.* 346. *Folia longa, integra, vel simplicia, vel superius laciniata.*

HEMIONITIS *Tourn.* 546. *Non nisi foliis inferius auriculatis a* LINGVA CERVINA *differt.*

ASPLENIVM *Tourn.* 544. SCOLOPENDRIA *Raj.* 13. CETERACH *off. Folia semipinnata; fructificationes copiosae.*

TRICHOMANES *Tourn.* 549. POLYTRICHVM *off. Folia pinnata, foliolis nonnunquam semipinnatifidis.*

RVTA MVRARIA *Raj.* 13. MVRARIA *Rupp.* 347. *Folia ramosa; fructificationes in pinnulis, ex ambitu ad mediam partem conuergentes.*

Gleditschius in ACROSTICHO *et* ASPLENIO *fructificationes integrum folii dorsum occupare assumit, plures hinc* ASPLENII *species ad* ACROSTICHON *amandauit,* CETERACH *off. vero, vt singulare genus* ASPLENII, LINGVAM CERVINAM PHYLLITIDIS *nomine, vt et* TRICHOMANEM *conseruauit. Conf. Fl. Lips. p.* 289. *sq.*

1190. POLYPODIVM. *Hall. Helv.* 137. *Goett.* 3. *Linn.* Ed. V. n. 1043.

Fructificationes, vel subrotundae, vel lunulatae, figura vix certis limitibus circumscribenda; in

in lineis, ad neruum laciniarum vel pinnularum parallelis.

POLYPODIVM *Tourn.* 540. *Folia pinnatifida profunde quidem, sed non ad costam vsque secta.*

LONCHITIS *Tourn.* 538. *Folia pinnata, vel ramoso-pinnata, pinnis auriculatis.*

FILIX *Tourn.* 536. PTERINIVM *Siegesb.* 91. *Folia pinnata, pinnis pinnatifidis.*

FILICVLA *Tourn.* 541. *Folia ramosa, pinnis pinnatis. Huius vero quaedam species ad* ACROSTICHVM *pertinent.*

POLYPODIVM *off. vt separatum genus considerat, et ex reliquis nouum,* PTERIS *nomine, condidit Gleditschius l. c. p. 292. et 94.*

1191. BLECHNVM. *Linn.* Ed. V. n. 1039.

Fructificationes dispositae in lineas, costae folii parallelas et approximatas.

1192. ADIANTHVM. *Linn.* Ed. V. n. 1044.

Fructificationes variae figurae, vt plurimum oualis, apicibus foliorum incisorum subiectae.

1193. PTERIS. *Linn.* Ed. V. n. 1038. THELYPTERIS *Rupp.* 342. FILIX *Hall. Helv.* 132. PTERIVM *Siegesb.* 91. PTERIDIVM *Gled. Fl. Lipf. p.* 295.

Fructificationes in lineis, ad limbum omnium foliorum pinnatorum subtus dispositae; folia vt plurimum ramosa, pinnata.

STRVTHIOPTERIS *Cord. Hist.* 171. *Hall. Helv.* 132. *Gled. Fl. Lipf.* 296. SPICANT *Rupp.* 346.

PTE-

PTERINOIDES *Siegesb.* 91. FILICASTRVM *Amm. Ruth. n.* 252. *Folia profundius pinnatifida in ambitu cespitis oriunda, nullis fructificationibus referta, folia vero ex medio cespite oriunda, prioribus angustiora, margine reuoluta, seminalia sunt. Ad* PTERIN *quoque Roy. p.* 497. *ad* OPHIOGLOSSVM *Linnaeus retulit, vid. Spec. Tom. II. p.* 1066.

1194. LONCHITIS. *Linn.* Ed. V. n. 1041.

Fructificationes lunulatae, ad fines foliorum pinnatifidorum tantum positae.

1195. HEMIONITIS. *Linn.* Ed. V. n. 1040.

Fructificationes in lineis varie coeuntibus, vel se intersecantibus, dispositae.

1196. TRICHOMANES. *Linn.* Ed. V. n. 1045. DAREA *Petiv. Muf.* 761.

Fructificationes ex foliorum limbis surgunt, calice quasi cinctae, et stylum superius emittentes.

Haec tria genera, ex Plumerianis sunt, et forte plura formari possent, nisi limites, vt in nostris jam vidimus, difficilius definirentur.

1197. OSMVNDA. *Tourn.* 547. *Linn.* Ed. V. n. 1036. *Hall. Helv.* 130.

Folia diuersae figurae, pinnata vel pinnatifida, nullis fructificationibus referta, racemi, vel simplices, vel ramosi, capsulas globosas plurimas, horizontaliter dehiscentes et puluerem emittentes, obtinent.

LVNA-

LVNARIA *Raj.* 13. *et Riv. Pinnis foliorum lunatis, vel multifidis, et racemis minus copiosis, ab* OSMVNDA *differt.*

1198. ONOCLEA. *Linn.* Ed. V. n. 1034.
ANGIOPTERIS *Mitch. G.* 29.

Fructificationes in ſpica ramoſa; capſulae globoſae quinqueualues; puluis ſeminalis villoſus thalamo erecto, ad baſin valuularum poſito, adhaerens.

Ad OSMVNDAM *refertur in H. Cliff. p.* 472.

1199. OPHIOGLOSSVM. *Tourn.* 248. *Linn.* Ed. V. n. 1035.

Folium vnicum, pedunculo a latere adhaerens; ſpica lingulata, multas cellulas vtrinque poſitas, transuerſim dehiſcentes, obtinet, quae puluerem ſeminalem emittunt.

1200. EQVISETVM. *Tourn.* 532. *Linn.* Ed. V. n. 1033.

Amentum longum, ex ſcutis ſexangularibus, capſulas puluerulentas, introrſum verſus directas et elaſticas, tegentibus, componitur; ex capſulis puluis ſeminalis diſpergitur. *Radix maxime repens; caules et folia teretia, caua, pyxidatim articulata.*

C. MVSCI.

Muſci ſunt plantae perennes, foliis, a caule diſtinctis, facile et poſt annos reuiuiſcentes, licet veras radices non omnes emittant, tamen caulium ima parte terrae et aliis corporibus adhaerent, vt aliquam ad minimum partem ſucci nutritii inde

attrahere queant. Ex capitulis vel capſulis pollinem fundunt, qui antherarum puluerem et ſemina ipſa ſiſtit, nondum tamen accurate diſtinguitur. Michelius aliqua differentiae ſtaminum et piſtillorum veſtigia inuenit, nondum luculenter demonſtrata. Varias, a Ludwigio ad dubias plantas relatas, his adpoſuimus.

1201. CONFERVA. *Dill. Syn. III.* 57. *Muſc. p.* 11. *Linn.* Ed. V. n. 1070.

Planta ex filamentis vniformibus conſtans, in tenuia capillamenta diuiſis; filamenta vero, vel aequalia ſunt, vel crebris interſectionibus, lumbricorum latorum annulos referentibus praedita, vel ex globulis, proxime ſibi adiunctis, conſtant.

CONFERVA *Hill.* 76. *ſpecies modo continet, quarum filamenta in nodos diuiſa ſunt, reliquas ad* BYSSVM *retulit.*

CONFERVA *Hall. Helv. p.* 1. *ſpecies aquaticas.*

BYSSVS *Hall. Helv. p.* 4. *terreſtres ſpecies ſiſtit, eandemque differentiam notauit, inter ſuam* CONFERVAM *et* BYSSVM *Dill. Muſc. p.* 1. *Et niſi filamentorum breuitas et ortus notam diſtinctiuam praebeat, forte vtrumque genus conjungendum eſſet.*

1202. TREMELLA. *Dill. Muſc.* 41. VLVA *Dill. Syn. III.* 62.

Subſtantia vniformis, tenera, pellucida, membranacea, vel gelatinoſa, humore gaudens, et in aqua plerumque naſcens; foliis planis, latis vel anguſtis, vel tubuloſis, a Conferua differens.

Huc

Huc referatur:

VLVA *Linn. Ed. V. n.* 1069. *Fructificationes in membrana vesiculari.*

TREMELLA *Linn. Ed. V. n.* 1067. *Substantia uniformis, pellucida, membranacea, gelatinosa.*

PHYLLONA *Hill.* 79. *species sistit* TREMELLAE *Dill. foliaceas.*

VLVA *Hill.* 80. *Brown. Iam.* 79. *species tubulosas.*

COLLEMA *Hill.* 82. *Brown. Iam.* 80. *species gelatinosas.*

NOSTOCK *Geoffr. Act. Parisi.* 1708. *p.* 228. LINCKIA *Mich.* 120. *Hall.* 62. *huc quoque pertinet.*

1203. VSNEA. *Dill. Musc.* 56. *Hill.* 85.

Planta ex meris filis, teretibus et solidis, constans, cuius extremitates et latera in orbiculos exsuccos desinunt.

1204. CORALLOIDES. *Dill. Musc. p.* 75.

CLADONIA *Hill.* 91. *Brown. Iam.* 80.

Muscus caulescens, non raro ramosus, ex partibus, diuersa figura praeditis, constans, cuius summitatibus tubercula adnascuntur, plerumque carnosa et limbo destituta, nunc crassiora, nunc tenuiora.

1205. LICHENOIDES. *Dill. Musc.* 124.

Planta ex partibus diuersae figurae constans, caule plerumque destituta, vel ex mera crusta, vel foliis constans; vel tuberculis, vel acetabulis, vel peltis praedita, quae corpuscula, vel sine, vel breuissimo pedunculo adhaerent.

LICHEN *Linn. Ed. V. n.* 1065. *tria haec Dilleniana genera coniungit.*

Plurimae etiam LICHENIS *et* LICHENOIDIS *Mich. p.* 73. *et* 105. *species ad haec genera reducuntur.*

PLATYSMA *Hill.* 88. *Brown. lam.* 80. *illas comprehendit* LICHENUM *species, quae firmae sunt flexilesque, in ramos distributae, in quarum foliosa expansione rotunda nascuntur corpuscula.*

PYXIDIUM *Hill.* 94. *species pyxidatas continet.*

PLACODIUM *Hill.* 96. *Brown. lam.* 81. *ex friabili, vel gelatinosa constat massa, quae in crustas planiores, vel scabras et granulatas, vel ad marginem foliaceas fere, formatur; fructificatio bractearum sub forma, superficiei, et quidem centro plantae adhaeret.*

1206. SELAGO. *Dill. Syn. III. p.* 105. *Musc. p.* 435. *Hall. Helv.* 94.

Capsulae in foliorum alis haerent, vel reniformes, vel subrotundae, operculo, calyptra et setis carentes, simplici cauitate praeditae, in duas valvas longitudinaliter dehiscentes.

1207. LYCOPODIVM. *Dill. Syn. III.* 107. *Musc.* 441. *Hall. Helv.* 92.

Capsulae Selagini similes; quae vero non in foliorum alis, sed aggregatae in spicam digestae sunt.

1208. SELAGINOIDES. *Dill. Syn. III.* 106. *Musc. p.* 460. *Hall. Helv.* 94. POLYCOCCA *Hill.* 116.

Capsulae in foliorum alis positae, tri-vel quadricoccae, et per maturitatem in tres quatuorue valuas dehiscentes.

1209. LYCOPODIOIDES. *Dill. Syn. III.* 108. *Musc.* 462. *Hall. Helv.* 93. TRISPERMIVM *Hill.* 112.

Capsulae in spicas dispositae, duplices, aliae puluerulentae, aliae semina tria includentes.

LYCOPODIVM *Linn. Ed. V. n.* 1049. *et Ludw. Def. n.* 955. *quatuor haec genera coniungit.*

1210. PORELLA. *Dill. Musc.* 459. *Linn.* Ed. V. n. 1050. OPECA *Hill.* 116.

Capsulae nudae, calyptra nulla tectae, plurimis poris, per latera dehiscentes, et puluerem farinosum emittentes.

1211. MNIVM. *Dill. Syn. III. p.* 77. *Musc.* 229. *Linn.* Ed. V. n. 1056. *Hall. Helv.* 119.

Capitula biformia; alia mollia, puluerulenta, nuda, calyptra et capsula destituta; alia, capsulae sunt, calyptra et operculo transuersim dehiscente praeditae.

Huc refertur a Dillenio BLASIA *Mich. G.* 14. *Linn. Ed. V. n.* 1062. *Folia coriacea, ramosa; ex superficie superiori tubuli cylindracei, superne ampliati; ad foliorum margines adstant capsulae variae, mininis seminibus repletae.*

1212. SPHAGNVM. *Dill. Syn. III.* 104. *Musc.* 240. *Hall. Helv.* 95.

Planta caulifera, vel acaulos; capsulae vniformes, ouatae vel cylindraceae, nudae, nulla calyptra tectae, fere sessiles; capsulae apex, operculo remoto, puluerem emittit.

SPHAGNVM *Linn. Ed. V. n.* 1051. *Capsula ore integerrimo, operculo obtuso tecta.*

PHASCVM *Linn. Ed. V. n.* 1052. *Capsula ore ciliato, operculo acuminato tecta.*

1213. FONTINALIS. *Dill. Syn. III.* 79. *Musc.* 254. *Linn.* Ed. V. n. 1053. *Hall. Helv.* 95.

Capsulae in alis foliorum sessiles, nullis, aut breuissimis pedunculis adhaerentes, non nudae, sed calyptra praeditae, ore ciliato, operculo acuminato tecto, et calice squamoso inclusae.

1214. HYPNVM. *Dill. Syn. III.* 79. *Musc.* 261. *Linn.* Ed. V. n. 1058. *Hall.* 97.

Capsulae, calyptra glabra et operculo, transversim dehiscente, praeditae, variae figurae; pedunculis longis, ex foliorum alis ortis, et inuolucro siue perichaetio squamoso aut piloso cinctis, insidentes.

1215. BRYVM. *Dill. Syn. III.* 91, *Musc.* 338. *Linn.* Ed. V. n. 1057. *Hall. Helv.* 108.

Capsulae Hypno similes; calyptra laeui, modo recta, modo oblique insidente, cinctae, pedunculis quoque insidentes, ast perichaetio destituuntur, et huius loco tuberculum habent, et vel ex summitate ramulorum vel ad radices egrediuntur; operculum, nunc aequali, nunc ciliato margine horizontaliter secedit.

1216. POLYTRICHVM. *Dill. Syn. III.* 90. *Musc.* 419. *Linn.* Ed. V. n. 1055. *Hall. Helv.* 106.

Cum Bryo conueuit; capsulae vero, calyptra, quae vel ex mero villo, vel ex membrana pilosa conformata est, recta, nunquam obliqua, tectae sunt.

ADIAN-

ADIANTHVM AVREVM *off. huc pertinet.*

Linnaeus in hoc et aliis generibus florem pistillatum in foliolis, stellae in modum, in summitate distinctarum plantarum dispositis, indicauit; quem vero gemmam modo esse, verius asseruit Hall. Helv. 107.

1217. SPLACHNVM. *Linn.* Ed. V. n. 1054.

Calyptra conica, laeuis; capsula, denticulis octo reflexis dehiscens, vmbraculo maximo cincta.

1218. ANTHOCEROS. *Mich. G.* 10. *Linn.* Ed. V. n. 1064. *Hall. Helv.* 127. *Dill. Musc.* 475.

Folia plana, coriacea, coaceruata, in superficie superiori vaginula, ex cuius orificio surgit cornu longum, biualue; farina filamento, per medium excurrenti, adhaerens; capsulae stellatae sexfidae, vel in iisdem foliis, vel in aliis similis plantae; semina minutissima, in radiis stellae contenta.

Ad LICHENASTRVM *retulerat Dill. Syn. III. p.* 109.

1219. IVNGERMANNIA. *Linn.* Ed. V. n. 1059. LICHENASTRVM *Dill. Syn. III.* 109. *Musc.* 479.

Planta repens; folia simplicia, in surculos disposita; ex vagina membranacea, nunc simplici, nunc biualui, nunc multifida, surgit pedunculus, sphaerulam nudam sustinens, quae in quatuor valuas dissilit et pollinem ejicit; semina, vel in eadem, vel alia planta, in sinu foliorum haerent, vel solitaria, vel conferta.

Huc pertinet:

IVNGERMANNIA *Mich. G. 6. Hall. Helv. 120. Folia in surculis, duplici ordine seu opposite dispositis; flores forte staminei.*

MVSCOIDES *Mich. G. 9. Hall. Helv. 123. Folia in surculis imbricata multorum ordinum; plantae semina exhibentes.*

HEPATICOIDES *Vaill. Bot. Par. 99. huc quoque pertinet.*

1220. MARCHANTIA, *Linn.* Ed. V. n. 1061.

Planta serpens, foliacea, foliis ramosis, ima superficie radicatis, superiori superficie, partim pedunculos, qui capitula variae formae farinifera sustinent, partim semina, vario modo disposita, ostendunt.

MARCHANTIA *Mich. G. 1. Hall. Helv. 126. Hill. 117. In summitate pedunculi scutum multifidum, sub cuius laciniis multi flosculi, monopetalis similes, et duplici calice comprehensi, latent; ex flosculis illis puluis emittitur; semina vero haerent in acetabulis, quorum margo vt plurimum dentatus est.*

HEPATICA *Mich. G. 3. Hall. Helv. 126.* CONICEPHALA *Hill. 118. Scutum capitatum, sulcatum, in ima parte flosculos, monopetalis similes, quinquefidos, calice contentos, et puluerem demittentes sustinet; semina in acetabulis.*

LVNVLARIA *Mich. G. 4. Hall. Helv. 125.* SELENIA *Hill. 120. Capitulum cruciatum; in quatuor apicibus haerent flosculi tetrapetaloidei, in apice filamentosi; semina in acetabulis semilunatis.*

MAR-

MARSILEA *Mich. G.* 5. *Hall. Helv.* 124. *Capitula sphaerica, in flosculum tetrapetaloidem aperta; filamentis, in spongiae speciem intricatis, in medio flosculi, vel apice laciniarum positis; semina, vel in tota foliorum superficie, vel in apicibus foliorum conferta.*

Hanc ad IVNGERMANNIAM *retulit Linnaeus.*

LICHEN *Dill. Musc. p.* 516. MARCHANTIAM, HEPATICAM, TARGIONIAM, RICCIAM *et* SPHAEROCARPVM *Mich. coniungit.*

1221. TARGIONIA. *Mich. G.* 3. *Linn.* Ed. V. n. 1060.

Folia coriacea, coaceruata, in quorum apice, vel forte in ambitu passim, calicis bifidi adparent; hi in medio flosculos monopetalos, filamentis repletos, continent.

1222. RICCIA. *Mich. G.* 106. *Linn.* Ed. V. n. 1063. *Hall. Helv.* 128.

Folia coriacea, plus minus ramosa, serpentia; filamenta erecta, apice truncata, vel ad neruum, vel in tota superficie folii; capsulae oblongo-cuspidatae, coaceruatae, et semina minutissima continentes, vel in eadem, vel in distincta planta.

Ad LICHEN *retulit Dill. Musc. p.* 533. *hoc et praecedens genus.*

D. FVNGI.

Fungi sunt plantae, quae carnosam substantiam sistunt, et vel pedunculo et pileo simul, vel pileo tantum, lateraliter ad alia corpora accrescente, constant, vel tandem variam inprimis globosam figuram, obtinent.

1223. AMANITA. *Dill. G.* 73. FVNGVS *Mich. G.* 133. *Hall. Helv.* 34. LEPIOTA *Hill.* 35. *Brown. Iam.* 77.

Planta fungosa horizontalis, vel pileo donata, vel sessilis, inferiori superficie lamellis, a centro ad peripheriam directis ornata; fructificationibus, vel margini, vel superficiei totius laminae, affixis.

AGARICO FVNGVS *Hall. Helv.* 57. AGARICVS *Hill.* 27. *Brown. Iam.* 76. *species pedunculo destitutas, et margine laterali sessiles, sistit.*

AGARICVS *Linn. Ed. V. n.* 1074. *et Gled. Fung. p.* 81. AMANITAM *et* AGARICO FVNGVM *coniungit.*

POCILLARIA *Brown. Iam. p.* 78. *sola figura differt; planta lanuginosa, superne caua, obuerse conica, cyathum vini referens; externe lamellata.*

SCINDALMA *Hill. p.* 33. *species, quae ex lamellis sibi impositis, semicircularis formae, constant, huc erunt reducendae.*

Huc spectant etiam Fungi, pileolo sulcato a Battar. adducti Cl. V. p. 27. *vt* LEVCOMYCES *et* PSEVDO-FARINACEVS, *et plurimi ex Cl. VI. p.* 29. *scil. Fungi non caespitosi, singulares, annulo instructi, vt* CALANTICA, MASTOCEPHALVS, *nec non Cl. VIII. p.* 33. POLYMYCES *s. fungus caespitosus annulo instructus, et Cl. IX. p.* 36. *fungi vmbilicati, solitarie nascentes, pileolo sulcato et superne depresso instructi;* OMPHALOMYCES *et* ALECTOROLOPHOIDES. *Cl. X. Fungi ex vno communi principio plures, sulcis a pedunculo ortis, et per pileum, superne depressum, in formam inuersi coni expansis, praediti, quorum genus etiam* POLYMYCES *dicitur: tandem Cl. XI. Fungi solitarii, pileo sulcato, non vmbilicato, sed in*

medio

medio acuminato aut tumente praediti, MONOMYCES, PICROMYCES, MYOMYCES. *Cl. XIII. p.* 51. *Fungi pileolo sulcato, tenerioris substantiae, aqueo humore abundantes*, HYDROPHORVS *Cl. XIV. p.* 55. BVLLA *fungi teneriores, clauulorum formam aemulantes.*

1224. BOLETVS. *Linn.* Ed. V. n. 1075.

Planta fungosa, horizontalis, vel pileo donata, vel sessilis, substantia inferiori a superiori, vel distincta, vel non distinguenda; ex poris, vel tubulis, composita, cuilibet tubulorum margini corpuscula quaedam, antheris similia, adhaerent.

Huc pertinet:

FVNGVS FAVAGINOSVS *s.* CERIOMYCES *Battar. p.* 62.

SVILLVS *Mich. G.* 126. *Hall. Helv.* 29. SOLENIA *Hill* 38. *species pedunculo instructae, substantia pilei inferior a superiori separabilis.*

AGARICO-SVILLVS *Hall. Helv.* 29. *species pedunculo destitutae.*

POLYPORVM *Mich. G.* 129. *Hall. Helv.* 25. PORIVM *Hill.* 40. *species pedunculo instructae, substantia pilei inferior a superiori non separabilis.*

AGARICO-POLYPORVS *Hall. Helv.* 26. *species pedunculo destitutae.*

BOLETVS *Dill. G.* 74. SVILLVM *et* POLYPORVM *Mich. coniungit, tanquam fungos, pedunculo instructos, inferius porosos.*

PORIA *Hill. p.* 28. *Brown. Iam.* 76. AGARICO-SVILLVM *et* POLYPORVM *Hall. tanquam fungos, interne porosos, sessiles, coniungit.*

Huc

Huc forte etiam spectat:

AMPHETRETIA *Hill. p.* 31. *quae in vtraque superficie foraminibus pertusa est planta.*

1225. HYDNA. *Guett. I.* 21. HYDNVM *Linn.* Ed. V. n. 1076.

Planta fungosa, horizontalis, vel pileo donata, vel sessilis, inferiori superficie papillis, siue denticulis angustis, acutis, echinata.

ERINACEVS *Dill. G.* 74. *Mich. G.* 132. *Hall. Helv.* 31. ACONTIA *Hill.* 41. *species pedunculo instructas.*

ECHINAGARICVS *Hall. Helv.* 32. ODONTIA *Hill.* 30. *species pedunculo destitutas sistunt.*

BOLETVS *Gled. Fung. p.* 62. *hoc et praecedens genus coniungit.*

1226. MERVLIVS. *Hall. Helv.* 33.

Planta fungosa, cuius pediculus pileum sustinet, inferiori superficie venis ramosis, cum carne fungi continuis, ornata.

AGARICO-MERVLIVS *Hall. Helv.* 33. *species pedunculo destitutas sistit.*

1227. PHALLVS. *Linn.* Ed. V. n. 1077. *Gled. Fung. p.* 54. DICTYARIA *Hill.* 44.

Planta fungosa, pedunculo et pileo, vel capitulo donata, superficies superior striis eminentibus et crassioribus varie reticulata, fructificationes suscipiens, inferior glabra.

PHALLVS *Mich. G.* 201. *Hall. Helv.* 74. *Planta in ortu ex membrana siue volua oriunda; pedunculus tubo, in media volua posito, insertus, pilei summi-*

summitate, vel perforata, vel non perforata, substantia reticulata, liquescens, semina continet.

PHALLO-BOLETVS *Mich. G. 202. Pedunculus ex nulla volua oriundus; semina per pilei superficiem dispersa, pileus de reliquo Phallo similis.*

BOLETVS *Mich. G. 203. Hall. Helv. 23.* MORCHELLA *Dill. G. 74.* MERVLIVS *Boerh. I. 13. non pileum, sed capitulum clausum, reticulatum, obtinet.*

PSEVDO BOLETVS *Segv. Vir. I. 18. cum priori conuenit, excepta capituli parte inferiori, quae patula est, et vsque ad verticem caua.*

BOLETVS *Battar. p. 23. fungos sistit, qui vel scrobiculis excauati sunt, vel pileolum eleganter complicatum, seu calyciformem, inferne, nec sulcatum, nec tubulatum, habent.*

1228. CLATHRVS. *Mich. 213. Gled. Fung. 139.* CLETHRIA *Hill. 46. Brown. Iam. 78.*

Fungus subrotundus, corpore extra voluam prodeunte, reticulari cauo, in cuius cauitate communi, ante voluae defluuium, fructificationes innumerae, massae gelatinosae immersae, deprehenduntur.

1229. STEMONITIS. *Gled. Fung. p. 140.* ARCYRIA *Hill. 47.*

Fungus petiolatus, vel sessilis, globosae, oblongae vel turbinatae figurae, volua, vel persistente, vel fugaci exceptus, cuius substantiae spongiosae fructificationes innumerae adhaerent.

Huc refertur:

CLATHROIDES *Mich. G. 214. Planta fungosa oblonga vel rotunda, sub cortice reticulata, non caua, in areolis reticuli semina exhibens et eiiciens.*

CLA-

CLATHROIDASTRVM *Mich. G. 214. Hall. Helv. 4. Cortex, vel nullus, vel fugax; pedunculus per capitulum, exterius reticulatum, productus.*

EMBOLVM *Hall. Helv. p. 4. huc forsan pertinere, monet Gleditsch. l. c. Planta tenera, tenui pedunculo cylindrum, embolo siphonis similem, sustinens; semina in nuda carne disposita sine cortice.*

Cum CLATHROIDE *Mich. etiam proxime convenit:*

BVXBAVMIA *Hall. Helv. p.* 10. *Substantia durior, vacuas reticuli areas non relinquens, ceterum Clathroidi similis.*

SPHAEROCEPHALVS *Hall. Helv.* 9. *Pedunculus capitulum sphaericum, cortice obductum, intus non reticulatum, sed spongiosum et filamentosum, sustinet.*

Haec duo genera Halleri et CLATHROIDEM BVXBAVMIAE, *nomine coniungi posse, asserit Gleditsch. p.* 142.

CLATHRVS *Linn. Ed. V. n.* 1038. *haec genera sub n.* 1228. *et* 1229. *adducta coniungit, excepto* EMBOLO *Hall. quem, vt et* SPHAEROCEPHALI *quasdam species, ad* MVCOREM *reduxit.*

1230. ELVELA. *Linn.* Ed. V. n. 1079. *Gled. Fung. p.* 36.

Fungus variae figurae, cuius superficies, petiolo, si adest, excepto, fructificationes innumerae occupant:

Huc spectat:

FVNGOIDASTER *Mich. G.* 200. LEOTIA *Hill.* 43. *Pileus pedunculo insistens, vtraque superficies laeuis, nunc in hac, nunc in illa semina exhibens.*

AGA-

AGARICVS *Hall. Helv.* 59. *similes plantas, pedunculo destitutas, exhibet, cum quo conuenire videtur,* STERCVM *Hill. p.* 34.

AGARICVS *Mich. G.* 117. *non solum* AGARICVM *Hall. sed omnes fere plantas fungosas, pedunculo destitutas, exhibet.*

AGARICVS *Battar. p.* 66. *continet fungos, nulla constanti forma donatos, in eo conuenientes, quod duplici strato crescant, quorum superius fibrosum est, inferius, vel tubulosum, vel sinuosum, vel lamellatum.*

FVNGOIDES *Mich. G.* 204. *Planta variae figurae, superficie laeui; semina in superiori parte pilei, vel capituli gerens.*

1231. PEZIZA. *Dill. Syn. III. G.* 76. *Linn.* Ed. V. n. 1080. *Gled. Fung.* 136. CYATHOIDES *Mich. G.* 222.

Planta tenera, coriacea, cyathiformis, inferius angustior, superius ampliata, et primum membrana tenera tecta, qua fissa, fructus lentiformes, tenui pedunculo adhaerentes ex cauo secedunt, qui pulposi sunt et glutinosi; seminaque plurima continent.

FVNGOIDES *Vaill. Bot. Par.* 56. *et Mich. quaedam species huc potius, quam ad praecedens genus pertinent;* PEZIZAS *scutellatas et pyxidatas ad* ELVELAM *reduxit Gleditschius.*

CYATHOIDEM *Mich. et* PEZIZAM *Dill. vt duo diuersa genera proposuit Hall. Helv. p.* 17. *et* 18. *nulla differentia annotata.*

CYATHIA *Hill. p.* 55. *Brown. Iam.* 78. *cum* CYATHOIDE *Mich. conuenit; nec differt:*

ENCAE-

ENCAELIA *Hill. p. 56. plantae, quarum cauum nulla membrana tectum est: huc* PEZIAS *Dill.* FVNGOIDIS *Mich. quasdam species et* AVRICVLAS IVDAE *collocauit.*

FVNGVS MEMBRANACEVS *Battar. p. 25. illos continet, quorum corpus vna membrana lata siue plana sit, siue plicata, siue cyathiformis, inferne nec lamellata, nec tubulosa, componitur.*

1232. LYCOPERDON. *Tourn. 563. Linn.* Ed. V. n. 1081. *Gled. Fung.* 142. BOVISTA *Dill. G.* 76.

Fungus vel pedunculo donatus, vel carens, globosus, subrotundus, vel turbinatus, cuius substantia membranis, simplici, duplici, tripliciue obuoluta est, plus minus, aut vario loco dehiscentibus.

Referantur huc:

LYCOPERDON *Mich. G.* 217. *Hall. Helv.* 11. *Cortex duplex vel triplex; pulpa in pollinem resoluta.*

LYCOPERDOIDES *Mich. G.* 219. *Hall. Helv.* 13. *Cortex simplex; pulpa in cellulas diuisa, quae glebulam filamentosam continent.*

LYCOPERDASTRVM *Mich. G.* 219. *Hall. Helv.* 13. *Cortex simplex; pulpa in tenuissimum pollinem resoluta.*

GEASTER *Mich. G.* 220. *Hall. Helv.* 13. *Cortex duplex, interior, ore dentato per apicem hiat, exterior reuoluitur et in radios stellares resoluitur; pulpa in pollinem tenuissimum mutata. Volua enim haec radiata non obstat, quo minus cum* LYCOPERDO *possit vniri, cum nunquam, monente Gleditschio, volua genera, sed modo species distinguat.*

LYCO-

LYCOPERDON *Hill. p. 49. Praecedentia genera quoque coniungit. Verum addi quoque debet*

CARPOBOLVS *Mich. 221. Hall. 13. Hill. 53. Cortex duplex, pellucido interposito liquore separatus, quo exhalato, contrahitur vterque et pulpa exsiccata instar globuli cum elasticitate eiicitur.*

GEASTROIDES *Battar. p. 74. huc forte etiam erit reducenda.*

1233. TVBER. *Mich. G. 221. Hall. Helv. 14.* TARTVFI *Imp. 824.*

Planta callosa, sub terra nascens, figura subrotunda, cortice inaequali, pulpa rimosa, in pollinem non resoluta, in rimis vesiculae, vno vel altero semine repletae, haerent.

Ad LYCOPERDON *retulit Linn. et Gled.*

1234. CLAVARIA. *Linn.* Ed. V. n. 1081. *Gled. Fung. 26.*

Planta fungosa, vel simplex, vel ramosa, interne, vel caua, vel plana, seminibus in superficie adhaerentibus.

CLAVARIA *Mich. G. 208. Hall. Helv. 14. Hill. 59. Battar. 22. Ex pedunculo tenui sensim in clauam crassiorem extenditur.*

CORALLOIDES *Mich. G. 209. Hall. Helv. 14. Battar. 22.* MERISMA *Hill. 60. Planta ramosa, ramulis, vel plana expansione, vel tenerioribus ramulis finitis.*

DITIOLA *Brown. Iam. 79. Plantam sistit cum* CORALLOIDE *Mich. conuenientem.*

CORALLO FVNGVS *Vaill. Bot. Par. p. 41. cum coralloide proxime conuenit.*

FVNGOIDES *Dill. Syn. III. 13. G. 75. ſpecies digitatas et clauatas continet, et huc referri debet.*

Haec duo vltima genera Hall. ad CORALLOIDEM *retulit.*

1235. ISARIA. *Hill 66.* PVCCINIA *Mich. G. 213. Hall. Helv. 16.*

Facies Coralloidis, ſed fabrica ex filis, in transuerſum poſitis, et in communi centro conniuentibus, conſtat.

1236. MVCOR. *Linn.* Ed. V. n. 1083. *Gled. Fung.* 158. PHYSARVM *Hill.* 68.

Maſſa mucilaginoſa, putrefactis corporibus vegetabilium et animalium adhaerens, in qua veſiculae, quarum ſubſtantia, aut villis reticulata, aut cellulis contexta, ſimplici, varie dehiſcente, cortice obducitur.

MVCILAGO *Mich. G. 216. Cortex exterius exareſcens, furfuraceus; ſemina in medio contenta.*

MVCOR *Mich. G. 215. Planta ſphaerica, pedunculo donata vel carens, inordinate diſrupta, ſemina minutiſſima fundens.*

MVCILAGO *Hall. Helv. 5. ſpecies quasdam* MVCILAGINIS *Mich. continet, quae vita breui inprimis a congeneribus differunt.*

MVCOR *Hall. Helv. 7.* MVCILAGINIS *ſpecies capitatas, aqueo humore deſtitutas, ſimul complectitur.*

LYCOGALA *Mich. G. 215. Hall. Helv. 7. Planta ad rotundam figuram accedens, intus reticulata, liquore, in quo ſemina latent, repleta.*

1237. BYS-

1237. BYSSVS. *Linn.* Ed. V. n. 1071. *Gled. Fung. p.* 1.

Planta ex plurimis filamentis, ſimplicibus aut ramoſis, conſtans, quibus fructificationes, vel ſecundum longitudinem adhaerent, vel in ſpicam capitulumque colliguntur.

Huc refertur:

BYSSVS *Dill. Syn. III.* 56. *Muſc. p.* 1. *Hill.* 74. *Contextus ex partibus tenuiſſimis, quae, vel pulueris ſubtiliſſimi, vel lanuginis tenerrimae forma, rebus putredini obnoxiis, adnaſcuntur.*

BOTRYTIS *Mich. G.* 212. *Hall. Helv.* 6. *Pedunculi tenuiſſimi ramoſi, ſemina ſpicatim adhaerentia.*

ASPERGILLVS *Mich.* 212. *Hall. Helv.* 6. *Semina tenera, in filamenta nexa, varie diſpoſita.*

MONILIA *Hill.* 69. BOTRYTIN *et* ASPERGILLVM *Mich. coniungit; quae genera, ob capitula fungoſa, fere fungoſae naturae eſſe, et ad* MVCOREM *proxime accedere;* BYSSVM *vero textura ſua cum muſcis magis conuenire, monuit Dill. Muſc. p.* 1.

E. PLANTAE DVBIAE.

Huc reiicimus cum Ludwigio plantas quasdam, quae varia cum praecedentibus communia habent, interim characteres diuerſos gerunt, vt vix cum illis coniungi poſſint. Plurimas vero, antea huc relatas, vel ad muſcos, vel fungos collocauimus.

1238. LENTICVLA. *Mich. G.* 15.

Folia parua, aquis innatantia, inferius radiculas in aquam demittentia; calix cucullatus, aequalis, ſtamina duo emittens, et ouarium imperfe-

 ctum;

ctum; in altero folii latere similis calix, ouarium oblongo-cuspidatum ferens, quod in fructum, semina striata continentem, mutatur.

LENTICVLARIA *Mich. G. 15. Hall. Helv. 128. Priori similis, sed semina tantum quaedam in inferiori parte foliorum, vel oblonga, vel rotunda, ostendit.*

HYDROPHACE *Buxb. Cent. II. Tab. 37. est* LENTICVLAE *species, quae sub singulo folio globulum, ex multis acinis, instar fructus Rubi, compositum, stigmatibus pariter punctatum gerit; hanc cum Raio ad capillares plantas refert.*

LEMNA *Linn. Ed. V. n. 923.* LENTICVLAM *et* HYDROPHACEN *coniungit.*

1239. CALAMARIA. *Dill. Musc. 540.*

SVBVLARIA *Dill. Syn. III. 306.* ISOETES *Linn.* Ed. V. n. 1048.

Folia porosa, sed membranis transuersim intercepta, quae denuo in medio diuisae sunt, ita, vt quatuor inde efficiantur pori. In tuberis plantae parte superiori, sub foliorum imis inuolucris circumcirca, plurima, in simplici cauitate congesta, latent semina.

Intra basin foliorum interiorum, squamam cordatam, vnica anthera donatam, intra basin vero exteriorum similem squamam et capsulam seminalem ouatam describit Linnaeus.

1240. SVBVLARIA. *Dill. Musc. 542.*

Folia multis intus poris pertusa, ad quorum extremitates et subinde in medio eorum, ex ipsis foliis cornicula nascuntur pilosa, tubulosa; semina

na singularibus pedunculis adnata, solitaria, calice quadrifido cincta.

1241. PILVLARIA. *Vaill. Bot. Par. p.* 159. *Dill. Musc.* 538. *Linn.* Ed. V. n. 1047. HYDROPIPER *Buxb. Cent. II. Tab.* 37. GRAMINIFOLIA *Rai.* 14.

Planta palustris; folia ex communi caulis ambitu plura, vt plurimum quaterna, ante maturitatem conuoluta; sub folio puluerulenta linea; pedunculus ex ala breuis sustinet fructum sphaericum, grani piperis magnitudine, quadrilocularem, multis seminibus foetum.

1242. MARSILEA. *Linn.* Ed. V. n. 1046. SALVINIA *Mich. G.* 107.

Planta palustris, ramosa, foliis pinnatis, superficies folii verrucosa; ex qualibet verruca filamenta quatuor, *antherae Linnaeo dicta*; fructus radici adhaerens, subrotundus, vel solitarius, vel duplex, vel triplex, vnilocularis, semina multa continens.

LEMNA *Iuss. Act. Paris.* 1740. *p.* 263. *a Linnaeo huc refertur.*

Linn. in prior. Ed. n. 961. *hoc et praecedens genus, nomine* MARSILEAE, *et nomine* SALVINIAE *Hill.* 127. *coniunxit.*

1243. SPHAEROCARPOS. *Mich. G.* 3. *Hill.* 125.

Ampullae multae, oblongae, coriaceae, coaceruatae; quaelibet ampulla oblonga, orificio superius aperta est; in fundo ampullae haeret corpusculum sphaericum, semina plurima, exigua, continens.

A Dillenio ad LICHENEM *refertur, et in aliis recentissimorum scriptis non commemoratur.*

1244. LICHEN-AGARICVS. *Mich. p.* 103. *Hall. Helv.* 89.

Planta coriacea, inter Lichenem et Agaricum dubia, variae figurae, ex cauitate sphaerica pulverem nigricantem emittens.

XYLARIA *Hill.* 62. *Illas sistit* LICHEN-AGARICI *species, quae lignosae magis sunt substantiae, et in superficie superna veras antheras, inferne vero in cellulis semina ferunt.*

AECIDIVM *Hill.* 64. *Tuberosam et crustosam magis habet stubstantiam, eiusque superficies rotundis tecta est tuberculis, quae cellulas, duplicis generis flores continentes, tegunt.*

1245. CERATOSPERMVM. *Mich. G.* 125. *Hill.* 65.

Plantula parua, Agarico similis, semina corniculata emittens.

F. SVBMARINAE.

Plantas submarinas illas appello, quae potissimum ex fundo maris eruuntur, interim variae simul recensendae erunt, quae aquis quoque dulcibus tectae, crescunt. Harum insignis copia est; nec omnes cognitae, nec accurate in ordinem redactae. Plures insectorum sunt domicilia, an vero inde ad regnum animale potius amandandae, dubitamus. Varia, quae Imperati et alii annotarunt auctores, cum suis obseruationibus contulit et ita digessit Ludwigius, vt plantae mollioris, corneae et lapideae substantiae exhibeantur, inprimis cum pauca

fructi-

Fructificationis vestigia detecta sint. Qui vero ea, quae Clar. Vitaliano Donati summo studio in his ipsis plantis praestitit, perlustrare cupiat, videat tabulam synopticam, quae in Commentariis de rebus in scientia naturali et medicina gestis Vol. I. p. 476. proponitur.

1246. ALGA. *Tourn.* 569.

Planta ad littora maris, in ipsis tamen aquis crescens; radix arundinacea, comosa; folia graminea, vel arundinacea, extra aquas prominentia.

Fibrae, ex radice comosa decerptae et vndis marinis ad littora agitatae, in pilas marinas conuoluuntur.

1247. FVCVS. *Tourn.* 565.

Planta radice plana fulta; substantia tenax, coriacea; folia ramosa, diuersae figurae.

STRONGYLIVM *Hill.* 23. *Ramos obtinet rotundae magis figurae.*

1248. GONGOLARIA. *Imper.* 844.

Planta radice plana fulta, tenax, coriacea, ramosa, vesicis in tractu caulium et ramorum tumentibus.

Huc pertinet FVCVS *Linn. Ed. V. n.* 1068. *qui vesiculas glabras, pilis intus adspersas, tanquam flores stamineos, et vesiculas glabras, gelatina repletas, punctis perforatis adspersas, tanquam vestigia floris pistillati adsumit.*

ACINARIA *Donat.* 35. *ad* FVCVM *refertur a Linnaeo.*

1249. ACETABVLVM. *Tourn.* 569.

Planta coriacea, tenui pedunculo, folia caua peluiformia, instar pilei fungorum sustinens.

1250. AVRICVLA. *Imp.* 827.

Planta coriacea, fungosa, aceruatim crescens ex basi crassiore in membranam semicircularem se dilatans.

1251. SERTVLARIA. *Imp.* 855. OPVNTIOIDES *Boerh. l.* 4. ORMVS *Hill.* 12.

Planta coriacea, ex basi crassa ramosa, rami vero ex foliis subrotundis per filamentum, in medio continuatum, inuicem annexis, compositi.

SERTVLARIA *Linn. Ed. prior. n.* 984. ACETABVLVM *Tourn.* OPVNTIOIDEM *Boerh. et* CORALLINAM *Tourn. coniungit.*

1252. ALCYONIVM. *Tourn.* 576.

Planta variae figurae, vel globosa, vel ramosa, substantia interna ex fibris densius contextis, coagmentata, crusta, vel coriacea, vel interdum calcarea obducta.

AVRANTIVM MARINVM *Marsi. Hist. Mar. p.* 80. *Planta sphaerica, coriacea, ab vna parte leviter saxis adhaerens, intus tomento fibrarum et aqua repleta, forte huc referri posset.*

1253. SPONGIA. *Tourn.* 575. *Linn.* Ed. V. n. 1072.

Planta diuersae figurae, globosa, irregularis, ramosa, basi adhaerens; substantia vel magis fibrosa, quasi ex crinibus complicata vel lamellata,

lata, quodammodo cellularis, plus minus flexilis, vel fragilis, vndique porosa cellularis.

BADIAGA *Buxb. Comm. Petr. Tom. II. p.* 343. *est spongia magis fragilis, erecta, ramosa, aquarum dulcium, cui minutissima semina in variis partibus superficiei adhaerent.*

1154. KERATOPHYTVM. *Boerh. I. 6.* LITHOPHYTON *Tourn.* 574. LITHOXYLON *Linn.* Ed. V. n. 1073.

Planta ramosa flexilis, substantia cornu similis, si vel raditur, vel comburitur; superficies materia calcarea incrustata, vel non incrustata, crusta in variis varie tuberculata.

TITANOKERATOPHYTON *Boerh. I. 7. Incrustatas potissimum species complectitur.*

CAMPYLIVM *Hill.* 18. KERATOPHYTA *et* TITANOKERATOPHYTA *Boerh. coniungit.*

SAVALLIA *Imp.* 824. *est* KERATOPHYTVM *non incrustatum, nigrum, vulgo* CORALLIVM NIGRVM *appellatum.*

CORALLINA *Tourn.* 570. *Plantulas paruas huc pertinentes, vel incrustatas, vel non incrustatas sistit; species officinalis crustam articulatam obtinet.*

1255. CORALLVM. *Tourn.* 572. CORALLIA *Boerh. I.* 3. ISIS *Linn.* Ed. II. n. 978.

Planta ramosa, substantia solida, dura, cortice tecta, cortex sub aquis lentus, postmodum aridus, friabilis.

Florem, in cortice, hexapetalo similem, descripsit Marsilius Hist. Mar. p. 168.

1256. MADREPORA. *Tourn.* 572. *Linn.* Ed. II. n. 982.

Planta ramosa, substantia dura, nullo cortice obducta; cauernulae radiatae, ex media substantia in ramos et ramulos extensae, in variis speciebus variae.

1257. LITHOFVNGVS. *Ludw. Def. n.* 1006. FVNGVS LAPIDEVS *Raj. III. Boerh. I.* 1.

Planta fungo similis, pileolo vario, quoad figuram et superficiem, substantia solida, dura.

MYCEDIVM *Hill.* 2. *Planta lapideae duritiei, minime flexilis.*

ASTERAEA *Hill.* 4. *Gyros rotundos, medio loco depressiores sistit, ex centro ad peripheriam decurrentes.*

1258. TVBIPORA. *Ludw. Def. n.* 1007.

Planta ex cylindris non ramosis composita, cavernulis radiatis in cylindris exsculptis.

TVBIPORA *Linn. Ed. II. n.* 981. TVBVLARIA *Tourn.* 575. *Planta ex cylindris parallelis, ex stratis sibi inuicem superimpositis, conflata.*

1259. RETEPORA. *Ludw. Def. n.* 1008. ESCHARA *Tourn.* 576. MILLEPORA *Linn.* Ed. II. n. 980.

Planta dura, quasi foliacea, instar laminarum, simplicibus poris pertusarum, disposita, non incrustata.

CELLEPORA *Linn. Ed. II. n.* 983. *Planta dura, cauernulis oblongis, reptatricibus, excauata, forte huc referri posset.*

Plan-

Plantae dubiae et nondum accurate descriptae.

1260. ANTHOSPERMVM, *Linn.* Ed. V. n. 1029. AMBRARIA *Heist. Syst.* II.

Calix vel corolla, in alis foliorum, angustorum, confertim positorum, tubulosa, semiquadrifida; stamina quatuor.

Plantae flore pistillato imperfectam descriptionem, nomine TOVRNEFORTIAE, *Pont. Epist. p.* II, *dedit; Linnaeus ad polygamias dioecias retulit.*

1261. ARGVSIA. *Amm. Ruth. p.* 29. MESSERSCHMIDIA *Linn. H. Vpsal. p.* 36.

Calix monophyllus, multifidus; corolla infundibuliformis; fructus coriaceus, in duas partes, officulo foetas, dehiscens, vmbilicatus.

Linnaeus Spec. Tom. I. p. 140. *ad* TOVRNEFORTIAM *amandauit.*

1262. PETREA. *Linn.* Ed. V. n. 682.

Calix monophyllus, quinquepartitus, maximus, coloratus, persistens: corolla monopetala, calice minor, irregulariter quinquefida; stamina quatuor; ouarium oblongum; stylus simplex.

1263. RHIZOPHORA. *Linn.* Ed. V. n. 524. MANGLES *Plum. G.* 13.

Flores staminei et pistillati distincti, in simplici planta:

Fl. stamineus. Calix quadrifidus; corolla profunde quadrifida, laciniis angustis; stamina multa, loco pistilli globulus minimus.

Fl. pi-

Fl. pistillatus. Calix quadrifidus; corolla quadrifida, pistillum inferius crassum, in stylum crassum desinit; semen in fructu carnoso vnicum.

Ad perfectos flores retulit Linnaeus.

1264. MOLLE. *Tourn.* 661. SCHINVS *Linn.* Ed. V. n. 479. PIPERODENDRVM *Heist. Fabr.* 218.

Calix minor, quinquefidus, segmentis rotundiusculis; corolla rosacea; petala quatuor vel quinque; stamina octo vel decem, partim petalis, partim calici inserta; glandulae nectariferae in orbem positae centrum occupant; in medio fouea. *Folia pinnata, extremo impari.*

Descriptio est plantae flore stamineo; alia flore pistillato, semen grani Piperis magnitudine exhibere dicitur; Linnaeus flores perfectos adsumit, cuius ouarium stylo breui terminatur, et baccam monopyrenam; glandulas vero nullas commemorauit, in Syst. Nat. Ed. X. p. 1034. baccam trispermam adsumit.

1265. NEGVNDO. *Raj. Hist.* 1798.

Ex gemma foliorum fila longa propendent, quorum extremo adhaeret calix tri- quadri- vel quinquefidus, minimus; stamina quatuor, ad sex.

Flos pistillatus incertus in distincta planta collocatus videtur.

Inter ACERIS *species Boerh. II.* 234. *et Linn. Spec. Tom. II. p.* 1056. *recensent, cum quo habitu quodammodo conuenit.*

1266. BE-

1266. BEGONIA. *Tourn.* 660. *Linn.* Ed. V. n. 1024.

Flos duplex in ſimplici planta; folia cordata.

Fl. ſtamineus. Calix nullus; corolla tetrapetala, duobus petalis latioribus, duobus anguſtioribus; ſtamina multa.

Fl. perfectus. Calix ouarium cingens, tricuſpidatus; corolla roſacea, *pentapetala vt ſcribit Linnaeus*, *Rumphius quatuor numerat*, ſtamina multa, ſtyli tres bifidi, capſula triangularis, trilocularis; ſemina exigua.

1267. SAPOTA. *Plum. G.* 43. ACHRAS *Linn.* Ed. V. n. 1093.

Calix perſiſtens, pentaphyllus, foliolis acutis; corolla roſacea, petalis obtuſis, emarginatis; ſtamina plura; ſtylus ſimplex; fructus eſt bacca ouata, quinquelocularis, in ſingulo loculo ſemen vnicum, nitidum.

Brown. Iam. p. 200. duas definitiones dedit: Calix hexaphyllus, laciniis acuminatis, tribus magis externe ſitis; corolla monopetala, tubuloſa, in ſex breues acutas lacinias ſecta; ex fauce corollae nectaria quinque, oblonga, conniuentia, ſtamina ſex, ouarium vmbilico villoſo circumductum, ſtylus breuis craſſus, ſtigma truncato radiatum; bacca ſubrotunda, duodecimlocularis, nuces ſolitariae, in altero margine cicatricula rugoſa notatae. In altera definitione ſcribit: *Corolla campanulata, in quinque vel ſex lacinias erectas diuiſa, totidem nectaria, aſt lacerata; ſtamina quinque vel ſex; bacca bilocularis; nuces ſolitariae ſulco longitudinali notatae.*

Prie-

Priorem definitionem, a Brownio datam, etiam repetiit Linn. Syst. Nat. Ed. X. p. 1381.

1268. BROSSAEA. *Plum. G.* 5. *Linn.* Ed. V. n. 1095.

Calix monophyllus, quinquefidus, segmentis acutis; corolla conica, truncata; stylus simplex; fructus calice carnoso, conniuente, tectus, quinquelocularis.

1269. BVCEPHALON. *Plum. G.* 52. *Linn.* Ed. V. n. 1096.

Ouarium calice et corolla destitutum, cui duo stamina, instar cornuum vtrinque extensa adhaerent; fructus fit bacca oblonga, striata, nucleum oblongum continens.

1270. CAESALPINA. *Plum. G.* 28. *Linn.* Ed. V. n. 463.

Calix vix conspicuus; corolla monopetala, irregularis, quadrifida, lacinia anteriori concaua, oblonga, reliquis subrotundis; stamina quinque; stylus simplex; fructus est legumen, seminibus oblongis foetum.

Linneus calicem quinquepartitum, lacinia inferiore angustiore, corollam ignotam, et stamina decem incurua, descripsit; Brownius Iam. p. 227. *vero, speciei, quae* PSEVDO SANTALVM *dicitur, calicem quinquefidum, laciniis superioribus aequalibus, lateribus minoribus, infima carinata maxime fimbriata; petala quinque fere aequalia, stamina decem, declinata, intra laciniam infimam calicis reposita; stylum et stigma simplex; capsulam oblon-*

oblongam, biualuem, vnilocularem; semina tria vel quatuor compressa tribuit.

1271. DVRANTA. *Linn.* Ed. V. n. 705.

CASTOREA *Plum.* G. 30.

Calix ouarium arcte cingens, quinquefidus; corolla tubulosa, bilabiata, labio superiori integro, concauo, inferiori quadripartito, lateralibus et binis inferioribus aequalibus, subrotundis; *an stamina quinque vel quatuor?* stylus simplex; bacca quatuor seminibus angulosis foeta.

1272. RHEEDIA. *Linn.* Ed. V. n. 1102.

VAN RHEEDIA *Plum.* G. 45.

Calix nullus; petala quatuor; fructus paruus succulentus, vnilocularis; semina tria, characteribus notata.

1273. FVCHSIA. *Plum.* G. 15. *Linn.* Ed. V. n. 1097.

Calix ouarium arcte cingens, margine integro; corolla tubulosa, ex angusto ampliata, limbo octofido, laciniis alternis interioribus, omnibus acutis; stamina quatuor, vel plura; stylus simplex; bacca quadrilocularis, in singulo loculo semina oblonga, duplici serie posita.

1274. HERNANDIA. *Plum.* G. 6. *Linn.* Ed. V. n. 931.

Planta relatiua, an monophyta? an diphyta?

Fl. stamineus. Calix triphyllus; petala tria; stamina tria.

Fl. pi-

Fl. pistillatus. Calix monophyllus, ouarium cingens, trifidus; calix expansus vesicam sistit, in qua continetur nux striata.

Ad monophytas refert Linnaeus, et mari inuolucrum partiale tetraphyllum, triflorum, calicem proprium campanulatum, integrum, corollam sexfidam; feminae vero calicem et corollam similem et stylos filiformes, quot? *tribuit.*

1275. HIPPOCRATEA. *Linn.* Ed. V. n. 1098. C[illegible] *Plum. G.* 8.

Calix monophyllus, semiquinquefidus; corolla monopetala, vrceolaris; fructus sistit tres capsulas biualues, seminibus alatis foetas.

1276. LEONTOPETALOIDES. *Amm. Comm. Petr. Tom. VIII. p.* 211.

Calix monophyllus, paruus, in aliquot segmenta diuisus; corolla infundibuliformis, tubo tenui, sensim nonnihil ampliato, limbo amplo, profunde sexfido; stamina forte sex; stylus simplex; stigma subrotundum; fructus est vesica angulosa, plurimis seminibus angulosis foeta. *Radix tuberosa; petioli et pedunculi ex radice oriundi; folia laciniata; flores vmbellati.*

Ad LEONTICEN *amandauit Linnaeus, licet ipse dubitet, an huc pertineat.*

1277. RICINOCARPODENDRON. *Amm. Comm. Petr. Tom. VIII. p.* 211.

Calix vix vllus; petala tria; tubo vrceolato in medio constituto; fructus est bacca trilocularis, trisulcata, in singulo loculo nux coriacea, nucleum

nucleum bilobum continens. *Planta arborea; folia pinnata.*

1278. MYRISTICA. *Linn.* Ed. prior. n. 1016.
NVX MOSCHATA *offic.*

Calix monophyllus, campanulatus, quadridentatus, fructus coriaceus, semen oblongum, rete cinctum.

1279. XIMENIA. *Plum. G. 6. Linn.* Ed. V. n. 1105.

Calix vel margo breuis, vel deciduus, triphyllus, foliolis cordatis; corolla monopetala, profunde trifida, laciniis erectis, superne reflexis; stamina et stylus incerta; fructus est bacca oualis, vnica nuce foeta.

1280. HYPELATE. *Brown. Iam. p.* 208.

Calix tetraphyllus, foliolis ouatis; corolla tetrapetala, petalis calicinis foliolis similibus, vmbilicus carnosus, ouario circumductus, nectarium dictus; stamina octo, inter ouarium et vmbilicum enata, inferne deflexa; ouarium minimum, angulosum; stylus breuis; stigma acutum.

1281. SIMARVBA. *off.* TEREBINTHVS *Brown. Iam. p.* 345.

Planta relatiua monophyta.

Fl. stamineus. Calix minimus, quinquedentatus, corolla monopetala, ad basin fere quinquefida; stamina decem breuia; aliquando quinta pars numeri deficit.

Fl. pistillatus. Calix, corolla et pistillum ignotum, bacca ouata, tribus lineis longitudinaliter

notata, vnilocularis, triualuis, succo terebinthinaceo et nucleo vnico referta.

1282. NEANTHE. *Brown. Iam. p.* 289.

Calix monophyllus, tubulosus, quinquedentatus, corolla tripetala, tertium reliquis duplo maius, omnia inuoluens; stamina decem, quorum nouem coalita; stylus simplex; stigma acutum; fructus ignotus.

1283. SCIODAPHYLLVM. *Brown. Iam. p.* 190.

Calix est margo ouarii quinquedenticulatus, corolla monopetala, tubuloso campanulata, quinque crenata; stamina quinque breuissima; styli quinque breues. *Folia petiolo communi vmbellatim adnata, flores spicati.*

1284. COILOTAPALVS. *Brown. Iam. p.* III. CECROPIA *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1171.

Flores in oblongis pedunculis dense congesti, membranaceo communi inuolucro tecti; spadix brachiatus, brachiis simplicibus; singulo insident caliculi numerosi carnosi minimi, ouula totidem inuoluentes; corolla minima, infundibuliformis, limbo ampliato, antheris numerosis minutissimis referto; bacca minor.

Linnaeus ad Dioicias retulit, et descriptionem paulo mutatam dedit l. c.

1285. ACIDOTON. *Brown. Iam. p.* 356.

Flores relatiui diphyti.

Fl. stamineus. Ignotus.

Fl. pi-

Fl. pistillatus. Calix nullus; corolla penta- vel monopetala, profunde quinquefida, laciniis binis maioribus, styli tres reflexi.

1286. ADELIA. *Brown. Iam. p.* 361.

Flores relatiui diphyti.

Fl. stamineus. Calix bifolius, minimus; corolla monopetala, quadripartita patens; stamina plura.

Fl. pistillatus. Incognitus.

BERNARDIAM *et* ACIDOTON *Brown. coniungit nomine* ADELIAE *Linnaeus et* BERNARDIAE *definitionem retinuit Syst. Nat. Ed. X. p.* 1298.

1287. CROSSOPETALVM. *Brown. Iam. p.* 145. RHACOMA *Linn. Syst. Nat.* Ed. X. n. 1114.

Calix coloratus, monophyllus, patens, in quatuor vel quinque partes sectus; corolla mono- vel tetrapetala, ad basin secta, petalis fimbriatis; stamina quatuor ad interstitia petalorum posita; stylus breuis; stigma simplex; capsula ouata, vnilocularis, monosperma.

Ita in descriptione legimus; in icone vero corollam monopetalam, tubo breui, limbo quinquefido instructam, stamina quinque, stigma duplex et baccam bilocularem polyspermam conspicimus, quae differentia ex falsa tabularum citatione oritur; huncque errorem euidenter cognouimus, dum Tab. XVI. fig. 1. *et ad* CROSSOPETALVM *et ad* EHRETIAM *citatur; Ita et Tab. XIII. fig.* 2. *ad* VARRONIAM *et* PSYCHOTROPHVM *citatur.*

1288. EXCOECARIA. *Linn. Syst. Nat. Ed. X. p. 1288.*

Flores relatiui diphyti.

Fl. stamineus. Amentum nudum, calix nullus, corolla nulla.

Fl. pistillatus. Amentum, calix et corolla conveniunt, styli tres, capsula tricocca.

In Generibus huic Libro additis, EXCOECARIA *non descripta reperitur.*

Varia adhuc imperfecte cognita descripsit Brownius, nullis nominibus genericis additis, alia dubia et obscura genera exhibuit Linnaeus in Fl. Zeyl. sed cum characteres ex siccis tantum speciminibus desumpserit, illa nunc studio omittimus.



INDEX



INDEX.

INDEX

Ambulia

Arum

B.

Borassus

Cacalian-

Cardomo-

Centun-

Chionan-

Coa

Cornulus

Dictyaria

Exacum

Hydro-

Lapsana

Lilio-

Lycoperdon

Matthiola

Milium

Myrcia

N.

O.

Odontia

Percbepier

Portulaca

Selago

Stoechas

Thamnia

Trifolioides

Verbascum

X. Xan-



EMEN-



EMENDANDA.

pag. 42 lin. 12 post 821. adde LYCOMELA *Heist. Fabr.* 194.
\- 91 - 21 IVSTITIA leg. IVSTICIA.
\- 95 - 20 reflerens leg. referens.
\- 99 - 17 post MANETTIA adde SELAGO.
\- 106 - 14 ac calice leg. a calice.
\- 118 - 14 b fructu etc. ponatur ante lineam 13. CELSIA etc.
\- 123 - 21 PENTASTEMON leg. PENSTEMON.
\- 150 - 19 2. Flosculi etc. ponatur post lin. 4.
\- 154 - 15 SPHARGANOPHORVS leg. SPARGANOPHORVS
\- - - 16 p. 308. leg. p. 408.
\- 157 - 9 adde *ad* INVLAM *emendauit* Linnaeus *Syst. Nat. Ed. X. p.* 1219.
\- 171 - 17 LAMPSANA leg. LAPSANA.
\- 262 - 6 *Coral* leg. CORAL.
\- 269 - 20 *Rai.* leg. *Riv.*
\- 271 - 30 marginam leg. marginem.
\- 281 - 12 693. leg. 692.
\- 287 - 28 aggretatos leg. aggregatos.
\- 291 - 24 POTTA leg. POTHA.
\- 318 - 3 LIMONIVM leg. LIMON.
\- 321 - 4 post 997. adde TELEPHIVM *Rai. p.* 76.
\- 331 - 20 praecipue canaliculato, leg. praecipue, canaliculato.
\- - - 28 adhaerent stigmata leg. adhaerent, stigmata
\- 334 - 3 carinas leg. carinam.
\- 366 - 25 Ed. V. leg. Ed. I.
\- 373 - 7 lanato leg. lunato.
\- 398 - 1 IVNCNS leg. IVNCVS.
\- 406 - 7 LACTIA leg. LAETIA.
\- 407 - 16 rostella leg. rostello.
\- 418 - 16 plano leg plana.
\- 428 - 1 FEVILLAEA leg. FEVILLEA.
\- 495 - 3 STERCVM leg. STEREVM.





